UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 01621001 5

BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM GRAECORUM ET ROMANORUM
TEUBNERIANA

# PSEUDACRONIS
## SCHOLIA IN HORATIUM
## VETUSTIORA

RECENSUIT
O. KELLER

I

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI

LL
H8113
[redacted]

Pseudo-Acron

# PSEVDACRONIS
## SCHOLIA IN HORATIVM VETVSTIORA

RECENSVIT

OTTO KELLER

VOL. I

SCHOL. *AV* IN CARMINA ET EPODOS

323985
36
2
3.

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MCMII

PA
6408
A4
1902
v.1

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

Printed in Germany

THEODORO MOMMSEN

S.

# PRAEFATIO

Quoniam ante hos quadraginta annos Horatiana scholia edere nobis proposuimus, haud sane defuit temporis spatium, quin satis amplum et accuratum congerere possemus apparatum. Nec solus equidem negotium illud susceperam, sed adiuuabar carissimi amici opera, Alfredi Holderi, cuius collationes omnium diligentissimis adnumerandas esse uix quisquam negauerit.

Itaque in Pseudacrone multo uberiore ac certiore uti mihi licuit uariarum lectionum congerie, quam ista fuerat, qua utraque proximi saeculi editio nitebatur, Paulyanam dico (Scholia Horatiana quae feruntur Acronis et Porphyrionis, editio quae dicebatur altera Prag. 1861) et Hauthalianam (Acronis et Porphyrionis commentarii in Q. Horatium Flaccum, ed. Berol. 1864). Paulyum enim omnes nostri codices latuerunt praeter admodum recentem et mediocrem librum *c*, Hauthalius ut bonos quidem aliquot codices nouit Parisinos, ita et alios magni momenti libros ut *ν Vrb* prorsus neglexit et eos, quos adhibuit, propter incuriam suam cum innumerabilibus mendis edidit, locosque corruptos paene omnes aut non intellexit aut ineptius tractauit.

Nos pro optimo fundamento habuimus codicem *A* = cod. Horat. Parisinum 7900 *A* saec. $\overline{\text{X}}$, eumque ut ita dicam totum prelo tradidimus excudendum, ita ut ne falsissima quidem scriptura, nisi librarius ipse errorem

correxisset, usquam praetermissa sit: quo fit ut, quoad extat codex *A*, nemo non plane uideat, et quae lemmata et quem textum exhibeat Pseudacronis codex longe praestantissimus. Deficit inde ab epod. 15, 1 quod quidem maxime est dolendum. Interlinearibus quas dicunt glossis omnino caret.

Secundus post eum excellit liber *V* = cod. Horat. Vaticanus Vrsinianus (olim Colotianus) 3257 saeculi XII. Huius codicis marginales tantummodo exscripsi adnotationes, quippe quae cum cod. *A* mirum quantum consentiant; nec tamen omnes attuli lectiones, sed eas solum, quae ad constituendum uerum contextum alicuius momenti esse uidebantur, mera librarii menda typis mandare supersedimus. Ceterum illum qui codicem scripsit haud sine diligentia munere suo functum esse multis indiciis efficitur. Sed nec interpolationibus quidem omnino caret; itaque libros *cpζ*, necessitate quadam cum *V* coniunctos, prorsus spernere non licuit. Pertinet autem codex *V* non tantum ad carmina et epodos, uerum etiam ad sermones epistulasque et artem poeticam, ita tamen ut pauca iam desiderentur folia, quae olim continuisse uidentur uitam Horati, carm. I 1—17, 17 et epist. II 2, 99—216.

Nonnullis locis, ubi aut deficiunt *AV* aut menda in eos inrepsisse apparet, e recentioribus codicibus *cpζ*, quamquam ad interpolatam quandam recensionem referendi sunt, fructum percipere licet. Hi libri Horati ipsius textum non exhibent, sed uno tenore scripta scholia Pseudacroniana lemmatis tantummodo interrupta.

Codex *c* est Wolfenbuttelanus 2821 Augusteus 81. 31 chartaceus. Desunt scholia in epod. 17, 53—81 et in epistulas. Scriptus est saec. XV.

Codex *p* = Parisinus Latinus 7988 membranaceus saeculo XIII ineunte exaratus. Continentur: 'PORPHIRIONIS GRAMMATICI EXPLANATIO SVPER HORATII FLACCI POETE LIRICI SATYRIQVE OPERA' et inde a fol. 146: 'ACRONIS GRAMMATICI COETARIVS IN LIBROS CARMINVM ORATII'.

fol. 248 legimus: 'FINIT ACRONIS COMMENTVM IN ORATII CARMINVM LIBROS IIII EPODONQVE ET CARMEN SECVLARE'. Desunt scholia in epod. 17, 53—81, sermones, epistulas artemque poeticam.

Tertius huius generis codex est Parisinus Pseudacronianus $\zeta$ = Latinus 7985, chartaceus, saeculi XV, olim Mentellianus. Continentur hoc libro 'Acronis' commentarii in carmina, librum epodon, carmen saeculare et 'anonymi expositio' in Horati artem poeticam et sermonum libros usque ad s. I 7, 4. In carminibus et epodis et carmine saeculari hunc codicem, quia libro *p* admodum uetustiore uti licuit, non adhibuimus, in secundo uero uolumine alteram partem, quae in catalogo 'anonymi expositio' nominatur, haud omnino spernendam esse putauimus, sed ubicumque aut in *c* aut in $\zeta$ melior lectio deprehendebatur, eam solam respicere solitus sum, alterius codicis mera menda prelo mandare in rem non esse duxi.

Hos codices aetate ac bonitate inferiores, ubi aut *A* et *V* ipsi satis solidum fundamentum praebent aut singulares eorum lectiones uel interpolationem sapiunt uel merum errorem, in apparatum recipiendos non curauimus. Hic illic autem conseruauisse uidentur aliquid ueri, praesertim in rebus orthographicis: ceterum hac quidem in re ipsum archetypi scriptorem minime sibi constitisse multis locis apparet, eamque ob causam in hac re ne nos quidem inconstantiae crimen prorsus potuimus euitare.

Praeterea cum recensione *AV* quodammodo conexa est recensio $\Gamma'$ = codicum $r\gamma\nu$, inter quos maximi pretii est liber $\nu$, quia in carm. IIII 2—15, epod., carm. saec. non cum $r\gamma$ facit, uerum cum *AVcp*. Sed quamquam et praestantior et uetustior est codex $\nu$ quam *r* et $\gamma$, tamen praetermissis $r\gamma$ eo solo uti propterea non licuit, quod $\nu$ ipse ualde mancus est.

$\nu$ est codex Horatianus Nienburgensis, nunc Dessauiensis *A*, saeculi X ineuntis. Deficiunt c. I 13, 19—II 9, 16. III 2, 29—4, 15. III 5, 27—7, 12. III 9, 4—

15, 2. III 19, 3—IIII 15 tit. epod. 1, 1—2, 50. 5, 71—17, 27. serm. II, 5, 45—90. II 6, 26—117. II 7, 46—91. II 8, 65—95. epist. I 19, 49—II 2, 65. a. p. 104—195. 472—476. In summa desunt 67 folia.

Itaque, quamuis *ν* cum *AV* magis coniunctum esse quam *Γ* ex scholiis ad carminum librum quartum et epodos et carmen saeculare pertinentibus satis eluceat, — hic enim recensio *Γ* ab *A* prorsus aliena non ad uerum Pseudacronem, sed ad Porphyrionem proxime accedit — tamen facere non potui, quin permultis locis, ubi *ν* deficit, codicum *rγ* uel aliorum ad eandem familiam pertinentium adferrem lectiones.

Stirpi *Γ* autem hi adnumerandi sunt libri: *rγαbfzCELε*.

*r* est cod. Parisinus Latinus (olim Erphesphurtensis) 9345 saec. X—XI, scholiorum *Γ* liber praecipuus, qui unus omnium uetustiorum cuncta scholia *Γ* marginalia complectitur.

*γ* est codex Parisinus Latinus 7975 saec. XI. Desunt schol. ad carm. I 1, 1—7, 4 et ad carm. I 18, 15—23, 5 et ad epist. II, 1, 248—II 2, 216.

Quos duo libros, quoniam inter se maxime congruunt, adductus sum ut una littera *Γ* conplecterer; ubi uero alteruter deficit, alium ex eadem familia adsumpsimus, ut *αbfCELεz*, idque nusquam non suo loco diximus. Recensionis *Γ′* auctorem uixisse crediderim saeculo VII, recensionis *Γ* saeculo VII uel VIII.

*α* et *b* magisque etiam *b* et *f* inter se coniuncti sunt.

*α* est cod. Halensis Yg 21 siue Barcinonensis saec. XI; pertinet ad stirpem *Γ*, sed haud paucas adnotationes omisit.

Idem conspicitur in codice *b*. Is est Bambergensis (olim Corbeiensis) K. 2 exeunte saeculo X scriptus, ergo inter uetustissimos numerandus, sed multa desunt, cf. editionis Horatianae alterius (Lips. 1899) praefationem p. LXIX. Multa quoque quae librarius scripserat a stultissimo glutinatore abscisa esse apparet.

Ex eodem exemplari, unde *b*, etiam *f* fluxit.

*f* est codex Franekeranus, nunc Leeuwardensis 45, olim Cluniacensis, saec. XI—XII, admodum recentior igitur quam *b* et sine dubio deterior. Sed multis locis ubi *b* deficit pro supplemento eo uti licet.

De reliquis codicibus uide quem infra dedimus siglorum conspectum.

Quoad codex *A* extat, omnia contextus uerba, nisi si in apparatu aliter adnotatum est, ad eius normam formata sunt: lemmata codicis *A* LITTERIS MAIVSCVLIS habes expressa; si ex aliis codicibus lemma aliquod prompsimus, non solum litteris minoribus usi sumus, sed etiam ubique eos quos secuti sumus libros nominauimus.

Vbicumque in codice *A* aliquid aliter scriptum est atque in textum recepimus, id in apparatu notauimus, exceptis iis mendis, quae a librario ipso iam inter scribendum correcta esse uidentur; in contextum uero tacite nullas recepi lectiones, nisi quae in aliquo eorum codicum, qui in fine singulorum scholiorum nominati sunt, reuera reperiuntur.

Vt adferam aliquot exempla: si p. 1 lin. 17 in contextu legitur 'aetatis', in apparatu 'etatis *A*', hoc ita intellegendum est, ut codicem *A* 'etatis' habere scias, ex codicibus *Maf* uero unum alterumue ueram formam seruasse 'aetatis'. Vel si p. 242 in textu scriptum est 'Poenis', in apparatu 'pęnis *A*', significatum uolui in codicibus *Γabf Vcp* ueram scripturam 'poenis' seruatam esse, nec uero necessario in illis omnibus, sed aut in *γ* aut in *r* aut in *v* aut in *a* aut in *b* aut in *f* aut in *V* aut in *c* aut in *p*. Item si p. 243 in apparatu legitur 'dampno *abvV*', in textu 'damno', significatur in codice *A* 'damno' scriptum esse, in codicibus *abvV* 'dampno', de ceteris (*Γf*) nihil dixi, quamquam eos pariter ac codicem *A* 'damno' exhibere uerisimile est. Vel si p. 370 in textu legimus 'conparauit (*AV*', in apparatu autem nihil adnotatur, hoc ita interpretandum est, ut scias in *A* esse

'conparauit'; *V* utrum 'conparauit' an 'comparauit' uel ineptiorem aliquam lectionem exhibeat, non diximus.

Omnem textum, quoad fieri potuit, ad auctoritatem libri *A* restituendum esse censebam. Huius solius omnes attuli lectiones, ex ceteris quas ueras esse duxi in textum admisi; quascumque praeter eas memoratu dignas duxi, eas in apparatu critico enumeraui. Hoc autem iterum monitum uelim, ne unam quidem litteram a me in scholiorum textum receptam esse, nisi ea in uno alteroue minimum eorum codicum tradita sit, quos in uniuscuiusque scholii fine nominaui; ii uero, qui ante nos haec scholia ediderunt, permultis locis sine ullo scrupulo aut adnotatione in textu aliquid reddere solebant, quod ne in uno quidem libro manuscripto legitur.

Restat ut bibliothecarum Vaticanae, Bambergensis, Halensis, Parisinae, Leidensis, Monacensis, Dessauiensis, Wolfenbuttelanae, Leeuwardensis, Pragensis praefectis humanissimis ex animi sententia gratias agamus quam plurimas; in opere ipso et difficili et diuturno cum alii complures benignissime me adiuuerunt amici, tum longe maxime omnium Alfredus Holder.

In secundo uolumine edentur scholia *Γ V* ad sermones, epistulas artemque poeticam pertinentia, additis et indicibus et appendice, qua glossae quae uocantur interlineariae *Γ* aliquot continentur memorabiliores.

## Siglorum conspectus:

*A* = cod. Parisinus Lat. 7900 *A*, saec. $\overline{\mathrm{X}}$, uide Horati carmina ed. Keller$^{2}$, Lips. 1899, praefat. p. XIII.

*B* = cod. Bernensis 363 saeculi $\overline{\mathrm{VIIII}}$ exeuntis, uide edit. illius Hor. praefat. p. XIX. Non scholia exhibet, sed adnotationes aliquot metricas.

$\Gamma' = \Gamma + v$.

$\Gamma$ = *r* et $\gamma$, aut *r* uel $\gamma$ cum quolibet altero codice ad stirpem $\Gamma$ pertinente ut *abf*. Vide edit. Hor. alterius praefat. p. VIII.

*C* = cod. Monacensis Lat. (Ratisbonensis) 14685 saec. $\overline{\mathrm{X}}$, uide edit. Hor. alterius praefat. p. XXIII. Scholia *C* et *E* magis cum glossis $\Gamma$ quam cum adnotationibus in margine additis congruunt.

*D* = cod. Argentoratensis *C* VII 7 saec. $\overline{\mathrm{X}}$, uide edit. Hor. alterius praefat. p. VI.

*E* = cod. Monacensis Lat. (Ratisbonensis) 14685 pars altera saec. $\overline{\mathrm{X}}$, uide edit. Hor. alterius praefat. p. XXIIII; cf. quae modo diximus de *C*.

*H.* = Holder.

*K.* = Keller.

*L* = cod. Lipsiensis I 4, 38 saec. $\overline{\mathrm{X}}$; uide edit. Hor. praefat. p. LXIIII.

*M* = cod. Mellicensis saec. $\overline{\mathrm{XI}}$, uide edit. Hor. praefat. p. X.

*Porph.* uel *P.* = Porphyrio (uide editionem Holderi, Oenipont. 1894). Vixit, ni fallor, saec. III, uide philologorum Bonnensium symbolam et edit. Hor. alterius praefat. p. LXXVIII.

*V* = codicis Vaticani Latini 3257 saec. $\overline{\mathrm{XII}}$ scholia marginalia; uide supra p. VI.

*α* = cod. Halensis Yg. 21 siue Barcinonensis saec. XI, uide edit. Hor. illius praefationem p. LXVII. Pertinet ad schol. *Γ*, sed haud pauca omissa sunt.

*γ* = cod. Parisinus Latinus 7975 saec. XI, uide praefationem illam p. VII. Scholiorum *Γ* codex praecipuus.

*ε* = fragmenta Einsidlensia (codex olim erat Geroldensis Tiroliensis) saec. X, uide praefationem illam p. LXI. Pertinet ad schol. *Γ*.

*ζ* = cod. Parisinus Latinus 7985 (= scholia Pseudacroniana ad familiam *cp* uel *Vcp* pertinentia); chartaceus saec. XV, olim Mentellianus. In subsidium adhibitus in serm. et arte poetica, ubi deficit cod. *p*.

*ν* = cod. Dessauiensis (Nienburgensis) *A* saec. X (init.), uide praefationem illam p. XVI. Necessitate coniunctus cum schol. *Γ*, uide supra p. VII.

*b* = cod. Bambergensis K. 2 saec. X, uide praefationem illam p. LXVIII. Pertinet ad schol. *Γ*, sed multa desunt.

*c* = cod. Wolfenbuttelanus Lat. Aug. 81. 31 saec. XV (= scholia Pseudacroniana ad familiam *cpζ* uel *Vcpζ* pertinentia).

*ed.* uel *edit.* uel *ed. uet.* = editiones ueteres (ante saeculum XIX), cum aliae tum Mediolanensis 1486. Fabriciana 1555. Cruquiana 1578.

*f* = cod. Franekeranus, saec. XI — XII, uide editionis Horatianae alterius praefationem p. LXXI et supra p. IX.

*j* = cod. Pragensis saec. XI, uide praefationem illam p. XLV. Scholia uilia in margine adiecta cum *A V Γ′* nihil faciunt.

*m* = cod. Monacensis Latinus 375 saec. XI—XII, olim doctoris Hartmanni Schedel Nurembergensis, non Frisingensis, ut falso narrauimus in praefatione illa p. XLIIII. Scholia marginalia cum *A V Γ′* non consentiunt.

*o* = cod. Argentoratensis C. VI 19 saec. X — XI, combustus a. 1870. Vide praefationem illam p. XLIII. Paucis admodum instructus erat scholiis.

*p* = cod. Parisinus Latinus 7988 saec. XIII (= scholia Pseudacroniana ad familiam *cpζ* uel *Vcpζ* pertinentia). Vide supra p. VI.

*r* = cod. Parisinus Latinus (olim Erphesphurtensis) 9345 saec. X—XI, scholiorum *Γ* liber praecipuus. Vide praefationem illam p. LXVI.

*z* = cod. Leidensis Vossianus 21, olim Mettensis, saec. XII. Vide praefationem illam p. LIX. Familiae *Γ* adfinis.

⟨ ⟩ = quae addita sunt ab editore.

[ ] = quae interpolata uidentur.

† = locus nondum sanatus.

* = asteriscum praeponendum curabam iis scholiis, quae, quamquam nec in *A* nec in *V* tradita sunt, tamen in hunc librum recepi: quod quidem signum aliquot locis ex superuacuo additum esse piget, scilicet in principiis carminum ante uocem METRVM p. 86—112. Sed hac re neminem falli persuasum mihi habeo.

§ in sermonibus et arte poetica praeponitur iis scholiis quae continentur *v* (uel *Γ'*) *Vcζ*. Hac recensione in uolumine II nullam inuenimus uetustiorem. Ad Theotisti grammatici discipulum quendam Priscianique aequalem referendam eam esse ex schol. serm. I 5, 97 comperimus. Schol. *Γ'bVcζ* serm. I 5, 97: Bari moenia] Ciuitas est quae Atbaris dicitur, ut dixit grammaticus Theotistus. Priscian. XVIII 5, 56 p. 231 H.: Teste sapientissimo domino et doctore meo Theotisto, quod in institutione artis grammaticae docet. Cf. etiam schol. § serm. I 9, 76: Sic Seruius magister exposuit. Ergo scholiorum § auctorem saeculo V—VI uixisse efficitur.

Pragae Nonis Mais 1902.

O. Keller.

# VITA HORATII FLACCI HAEC EST: (*A*

Horatius Quintus Flaccus praecone patre natus libertinae conditionis, oriundo Venusinus fuit, quae ciuitas Apuliae est; non tamen aut opibus uilis aut studio; nam litteris liberalibus eruditus pro ingenii claritate, quod in tantum iam a puero eminebat, ut ultra meritum natalium talibus disciplinis faceret eum aptum uideri. Hic post studia Romana philosophiae causa Athenas profectus inter Epicureos primum locum tenuit. Familiaritatem etiam Marci Bruti adeptus est, eius qui cum Augusto dimicauit. Nam et tribunus militum ipsius fuit. Post uictoriam uero ciuilis belli interuentu M<a>ecenatis Horatio Caesar indulsit. Fuit autem idem Horatius statura breuis, lippus, obeso corpore, iracundus, obscenis moribus, ita ut cubiculo speculato uteretur, quo se coeuntem uideret. Natus sexto Idus Decemb. Cotta et Torquato consulibus. Septuagesimo aetatis anno periit herede Augusto, sepultus in Esquiliis iuxta tumulum M<a>ecenatis.

In opere suo Alc<a>eum imitatus est, in satyra Lucilium. In principio carminis se Epicureum fatetur, cum beatum dicit pro uoluntate uiuentem. Vt Vergilius (*ecl.* 2, 65):

Trahit sua quemque uoluptas.

4 tamen *αj et olim A*] tam *Aζ* adeo *Mf* 6 eminebat *Γ*] emebat *A* 12 cesar *A* 14 obęso *A* 16 decem *A* septuagesimo septimo *Mfj* 17 etatis *A* 19 satyra *fζ*] satora *A* satira *Mαj* 20 epicurum *A* 21 uirgilius *codd.*

Ergo illum beatum ponit qui ex animi sui sententia facit quod uult; ita tamen, ut hoc ipsum uelle in parte honestatis uersetur. Ipsa enim uoluntas summum bonum est.

Decem et nouem modos metrorum in carmine suo composuit: Prima igitur ode monocolos est, hoc est cantus unimembris. Nam Asclepiadeus dicitur qui constat ex spondeo, duobus choriambis et pyrrichio. Metrum hoc dictum a poeta Asclepiade, a pede choriambicum. Duabus feritur caesuris ex pentimimere heroica et duobus dactilis, aut ex spondeo, duobus choriambis et pyrrichio siue iambo propter ultimam indifferentem. In Horatio autem sciendum oden, non eglogam dici, quia egloga Vergilii bucolicorum est (*A Γ* (= *M α f*) *cons. j ζ*

---

## ITEM ALITER VITA HORATII. (*A B ζ*

Poeta Q. Horatius Flaccus libertino patre natus in Apulia cum parente in Sabinos migrauit. Quem cum pater puerum Romam misisset in ludum litterarum, parcissimis eruditus inpensis angustias patris uicit ingenio, coluitque adulescens Brutum sub quo tribunus militum

3 uoluntas *A M α*] uoluptas *f j ζ* 5—12 decem — indiff: *om. j* 6 composuit *A α*] posuit *f M* ode *f*] odes *A M α* 8 duobus *A*] et duobus *Γ ζ* pyrr: *f*] pirr: *A M α* 10 pentimimere *A* pentimemere *f* pentimemera *α* pentimere *M* pentimemore *ζ* 11 pyrr: *f*] pirr: *A M α* 12 indifferentem *A f*] indifferente *M α* 13 quia *A j*] *om. Γ* quę *ζ* 15 item aliter uita horatii (oratii *ζ*) *A ζ* uita horatii *B j* 16 Poeta Q.] P̄ Q̄ *B* Pꝗ (= poeta?) *A* *om. Γ c j ζ* 17 parente *A B j Porph.*] patre *Γ* migrauit *A B c j ζ Porph.*] commigrauit *Γ* 18 puerum *A B*] *om. Γ* litterarum (lit: *M*) *A B Γ*] litterarium *Porph.* 19 eruditus *B Γ j Porph.*] eruditur *A* inpensis *γ M*] impensis *A B α f* 20 adul: *A M α*] adol: *B γ f j*

ciuili bello militauit, captusque est a Caesare. Post magnum tempus beneficio Maecenatis non solum seruatus, sed etiam in amicitiam receptus est. Quapropter Maecenati et Augusto in omnibus scriptis suis uenerabiliter assurgit. Scripsit autem carminum libros ·IIII·, carmen saeculare, epodon, de arte poetica lib. I, epistularum lib. II, sermonum lib. II. Commentati in illum sunt Porphyrion, Modestus et Helenius Acron; Acron omnibus melius (*A B* $\Gamma$ (= $\gamma$ *M* $\alpha$ *f*) *cons. c j* $\zeta$ *sim. Porph.*

1 cęsare *B f*] cesare *cett.* magnum *A B c* $\zeta$ *Porph.*] multum $\Gamma$ 2 maec: *B*] mec: *cett.* sed *A* $\alpha$] s& $\gamma$ s, *B f M* 3 maec: *B*] mec: *cett.* 5 carmen saeculare (sec: *A* $\gamma$) epodon *A B*] epod : carm : s : $\Gamma$ 6 lib. I] libri *B* epist: lib. II sermonum lib. II *A B* $\zeta$] sermonum lib. II (IIII $\alpha$) epist: quoque (*om. c*) lib. II $\Gamma$ *c* epistularum *A*] epistolarum *B f c* 7 comm: in illum s: *A* $\gamma$ *j om.* $\zeta$ commentati sunt in illum *B M* $\alpha$ *f* commentari *A* sunt] s *A* (*olim* s?) porphyrion $\gamma$] porphirion *B f M* $\alpha$ *c j* porfirion *A* et helenius *A B*] helenus et $\Gamma$ *c j* 8 acron omnibus melius *A B c* acron. melius acron omnibus *f* $\alpha$ *j* acron. melius omnibus acron *M* acron. acron tamen melius omnibus $\gamma$

# ⟨EXPOSITIO METRICA⟩

*(e cod. Γ (= γαf) cons. cj cf. Seruius de metris Hor.. gramm. Lat. ed. K.* IIII 468 sqq.

*Decem et nouem tantum ᾠδάς uariis Horatius metrorum compositionibus texuit. Quarum decem in primo carminum libro, in tribus reliquis singulas, in epodon sex repperi constitutas.

Prima igitur ᾠδή monocolos est uel cantus unimembris. Nam uersus, qui Asclepiadeus dicitur, constat pedibus spondeo, duobus choriambis, pyrrichio siue iambo. Vsusque est hac metri compositione cantibus tribus quorum primordia subnotaui:

M⟨a⟩ece · nas atauis · edite re · gibus
Exe · gi monumen · tum aere peren · nius
Dona · rem pateras · grataque com · modus.

Secunda ᾠδή dicolos est tetrastrophos, idest cantus duobus generibus metri conpositus a quarto facta replicatione; habet enim primos tres uersus similes, quibus nomen est Sa⟨p⟩phicis et constant troch⟨a⟩eo, spondeo, dactilo, duobus troch⟨a⟩eis. Quartus uero, qui Adonius

1 *In codice c cum alia desunt tum multa uersuum exordia* 4 ωΔΑC *γf* odas *α* 7 repperi *αfc* reperi *γ* 8 ωΔΕ *γfj* ode *α* unimembris *c*] unius membri *α* unimenbris *γfj* 13 *scansio recte notata est in cod. c, α semel, γfj compluribus locis errant; in sequentibus scansionem typis non expressimus* 16 ωΔΕ *γf* ode *α* 17 conpos: *γ*] compos: *αfcj* 20 adonius *γc*] adoneus *αfj*

dicitur, dactilo et spondeo pedibus terminatur, utiturque hac metri compositione VI et XX cantibus, quorum primordia subnotaui:

Iam satis terris niuis atque dirae
Mercuri facunde nepos Atlantis
Quem uirum aut heroa lyra uel acri
Vile potabis modicis Sabinum
Integer uitae scelerisque purus
Parcius iunctas quatiunt fenestras
O Venus regina Cnidi Paphique
Poscimus siquid uacui sub umbra
Persicos odi puer apparatus
Nullus argento color est auaris
Ne sit ancillae tibi amor pudori
Septimi Gades aditure mecum
Vlla si iuris tibi perierati
Rectius uiues Licini neque altum
Otium diuos rogat in patenti
Martiis celebs quid agam Kalendis
Mercuri nam te docilis magistrum
Herculis ritu modo dictus o plebs
Faune Nympharum fugientum amator
Non uides quanto moueas periclo
Montium custos nemorisque uirgo
Impios parrae recinentis omen
Pindarum quisquis studet ⟨a⟩emulari
Diue quem proles Niobea magnae
Est mihi nonum superantis annum
Phoebe siluarumque potens Diana.

Tertia ᾠδή dicolos est distrophos, hoc est duplici genere metri scripta, a secundo facta replicatione. Nam prior uersus, cui Gliconium nomen datur, constat spondeo,

5 atlantis *f j Seruius*] athl: *γ α om. c* 10 cnidi *f j Seruius*] gnidi *γ α om. c* 11 poscimur *f* umbra *j*] umbras *Γ c* 16 perierati *j ante ras.*] pieati *γ* peierati *α f Seruius* 29 phębe *γ*, *recte j, cett.* phebe 30 ωΔЄ *γ f* ode *α*

choriambo et pyrrichio siue iambo. Secundus uero uersus Asclepiadeus est, cuius iam in prima ᾠδῇ reddidimus rationem. Vsusque est hac metri compositione ·XII· tantum cantibus, ut subiecta monstrabunt:

Sic te diua potens Cypri
Cum tu Lydia Telephi
Mater saeua Cupidinum
Et ture et fidibus iuuat
Donec gratus eram tibi
Vxor pauperis Ibici
Quantum distet ab Inacho
Intactis opulentior
Quo me Bacche rapis tui
Festo quid potius die
Intermissa Venus diu
Quem tu Melpomene semel.

Quarta ᾠδή dicolos est distrophos. Primus enim uersus, qui Archilochius dicitur, constat tetrametro heroico et tribus troch⟨a⟩eis. Secundus uero pentimemerim iambicam habet, et similiter tres troch⟨a⟩eos. Vsusque est hac metri compositione uno tantum cantu, cuius primus uersus adscriptus est:

Soluitur acris hiemps grata uice ueris et Fauoni.

Quinta ᾠδή tricolos est tetrastrophos, idest tribus generibus metri scripta a quarto facta replicatione. Nam primi duo uersus Asclepiadei sunt, tertius Pheregratius, qui constat spondeo, dactilo et spondeo, quartus Gliconius. Vtiturque hac metri compositione tantum ·VII· cantibus, quorum primordia subnotaui:

1 choriambo *c*] cor: *cett.* pyrr: *fcj*] pirr: *γα* 2 ωΔЄ *γ* odę *f* ode *α* 10 ibici *fαj*] ybici *γ om. c* 11 distet *c*] distat *αf* distent *γj* 17 ωΔЄ *γ* odę *f* ode *α* 18 archiloichius *γ* archiloicus *αj* archilocus *f*, *recte c* 19 pentimemerim *cj* pentimerim *γ* pentimemeri *f* pentimemerem *α* 24 ωΔЄ *γ* ode *αf* 26 pheregr: *c*] feregr: *γαfj* 27 gliconius *γfj*] gliconicus *c* cliconius *α*

Quis multa gracilis te puer in rosa
O nauis referent in mare te noui
Dianam tenerae dicite uirgines
Vitas inuleo me similis Chloe
Quid fles Asterie quem tibi candidi
O fons Bandusiae splendidior uitro
Audiuere Lice di mea uota di.

Sexta ᾠδή dicolos est tetrastrophos. Primi enim uersus tres Asclepiadei sunt, quartus Gliconius, quorum iam meminimus. Vsusque est hac metri compositione tantum nouies, ita:

Scriberis Vario fortis et hostium
Pastor cum traheret per freta nauibus
Quis desiderio sit pudor aut modus
Albi ne doleas plus nimio memor
Nolis longa ferae bella Numantiae
Extremum Tanain si biberes Lice
⟨Inclusam Danaen turris aenea⟩
Diuis orte bonis optume Romule
Iam ueris comites quae mare temperant.

Septima ᾠδή dicolos est distrophos. Nam prior uersus heroicus est, qui sex pedibus, dactilo et spondeo indifferenter, constat. Sequens ex tetrapodia [ultima] constat heroica. Vtitur hac compositione tantum tertio, ita:

Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitilenem
Te maris et terrae numeroque carentis harenae
Quid tibi uis mulier nigris dignissima barris.

1 quis *αc Seruius*] qui *γfj* 4 uitas *γ*] uitat *αfcj Seruius* 8 ωΔЄ *γf* ode *α* 9 gliconius *γf*] gliconicus *c* cliconius *αj* 18 inclusam — aenea *om. codd.* 19 optume *γ*] optime *α* optimę *f* 21 ωΔЄ *γf* ode *α* 24 heroica *c*] heroico *α* heroici *γj* heroicis *f* tertio = ter 26 rhodon] rodon *αf* ypodon *γ* chrodē *j om. c*

Octaua ᾠδή dicolos est distrophos. Nam primus uersus choriambicus constat ex choriambo et Bachio uel amphibrachi. Secundus ex epitrito secundo, duobus choriambis et Bachio. Vtiturque hac compositione semel, ita:

Lydia dic per omnes
  Hoc deos oro Sibarim cur properes amando.

Nona ᾠδή tricolos est tetrastrophos. Nam primi duo uersus, qui Alcaici uocantur, constant penthemimeri iambica et duobus dactilis. Tertius dimeter est iambicus hypercatalecticus. Quartus uero logaoedicus, qui fit ex duobus dactilis et duobus troch⟨a⟩eis. Hic autem uersus ⟨ἐπᾴδεται⟩ idest ultimus cantandus ac per hoc succinendus. Vtiturque hac metri compositione tricies sexies, ita:

Vides ut alta stet niue candidum
O matre pulchra filia pulchrior
Velox amoenum s⟨a⟩epe Lucretilem
Musis amicus tristitiam et metus
Natis in usum laetitiae scyphis
Icci beatis nunc Arabum inuides
Quid dedicatum poscit Apollinem
Parcus deorum cultor et infrequens
O diua gratum quae regis Antium

1 ωΔЄ *γ* ode *αf* nam — amphibr:] *sic γc, nisi quod pro* amphibrachi (*ut exhibet c*) *in γ legimus* amphimachro *in αfj sic scriptum est*: prior enim uersus efficitur (efficimur *f*) coriambo et (*om. α*) palimbacchio (palĩbachio *fj*), uel (*om. α*) amphibracho (*om. α*). Vtiturque hac metri (*om. αj*) compositione semel tantum ita: Lidia dic per omnes *fj addunt:* Secundus uero constat ex epitrito secundo, duobus coriambis et palimbachio secundus — bachio *om. igitur α* 8 ωΔЄ *γ* ode *αf* tricolos *αj*] dicolos *γfc* 9 duo *c Seruius*] *om. γfj* penthemimerę *f* pentimemere *αc* pentimemeri *γcj* 10 dactilis duobus *γ* 11 hypercatalectus *αf Seruius* hipercatalecticus *γ* ypercatalecticus *j sim. c* lagoe dictus *cj* longa oe dictus *γα* longua oedictus *f* 13 idest *γαfj*] *ante hanc uocem ἐπᾴδεται uel aliquid simile excidisse puto* (hic — succinendus *non extant in c*) *conl. Diomed. p. 485*

Nunc est bibendum nunc pede libero
Motum ex Metello consule ciuicum
Aequam memento rebus in arduis
Nondum subacta ferre iugum ualet
O s⟨a⟩epe mecum tempus in ultimum
Non semper imbres nubibus hispidus
Quid bellicosus Cantaber aut Scythes
Ille et nefasto te posuit die
Eheu fugaces Postume Postume
Cur me querellis exanimas tuis
Bacchum in remotis carmina rupibus
Non usitata nec tenui ferar
Odi profanum uulgus et arceo
Angustam amice pauperiem pati
Iustum et tenacem propositi uirum
Descende caelo et dic age tibia
Caelo tonantem credidimus Iouem
Delicta maiorum inmeritus lues
Aeli uetusto nobilis ab Lamo
O nata mecum consule Manlio
Caelo supinas si tuleris manus
⟨Vixi puellis nuper idoneus⟩
Tyrrena regum progenies tibi
Qualem ministrum fulminis alitem
Ne forte credas interitura quae
Quae cura patrum quaeue Quiritium
Phoebus uolentem proelia me loqui.

Decima ᾠδή monocolos est: habet enim uersum cui choriambicum nomen est, qui constat ex spondeo, tribus choriambis et pyrrichio. Vtitur autem hac metri compositione ter tantum, ita:

Tu ne qu⟨a⟩esieris scire nefas quem mihi quem tibi
Nullam Vare sacra uite prius seueris arborem
O crudelis adhuc et Veneris muneribus potens.

6 hispidus *Γj om. c*, hispidos *Hor.* 7 aut scytes *fj* aut seytes *γ* aut sithes *α* 1 *om. c* 28 ΩΔЄ *γf* ode *α* 30 pyrrichio *c Servius*] pirrichio *γfj om. α*

Vndecima ᾠδή dicolos est distrophos. Nam prior uersus constat amphimacro et monometro iambico. Secundus uero trimeter est iambicus claudus. Iambicus autem uersus non solum iambum, sed et heroicum recipit pedem cum solutionibus suis locis scilicet inparibus et tribrachin cunctis. Vsusque inuenitur hac metri compositione uno tantum cantu, sic:

Non ebur neque aureum.

Duodecima ᾠδή monocolos est. Metro enim continetur, quod constat ionico a minore, quod quidem non ⟨numero⟩ pedum, sed sensus fine concluditur. Atque ideo a multis synaphia uocatur. Vtitur autem hac metri compositione semel tantum, ita:

Miserarum est neque amori dare ludum.

Tertia decima ᾠδή dicolos est distrophos. Prior enim uersus est heroicus. Sequens eius habet penthimimerim. Vtiturque hac metri compositione semel tantum, ita:

Diffugere niues redeunt iam gramina campis
Arboribusque com⟨a⟩e.

Quarta decima ᾠδή dicolos est distrophos. Prior enim uersus trimeter est iambicus. Sequens dimeter iambicus. Vtitur autem hac metri compositione nouies (*melius scripsisset* decies *cum Seruio*) tantum, ita:

1 ωΔЄ $\gamma$ ode $\alpha f$ 3 claudus $\alpha f$] *om.* $\gamma j$ claudulus *c* 4 sed $\alpha f$] set $\gamma$ s, *c j* 5 inpar: $\gamma$] impar: $\alpha f j$ tribrachin $\gamma f$] tribrachum $\alpha$ *cons. j* 7 sic $\gamma c$] ita $\alpha f$ 8 aureum $\gamma$ *pr. c*] aurum $\gamma$ *corr.* $\alpha f j$ 9 ωΔЄ $\gamma f$ ode $\alpha$ 10 a minore *c Seruius*] minore $\gamma \alpha f j$ quod — pedum *om. j* 11 numero *Seruius*] *om.* $\gamma \alpha f$ sed *f*] set *g* s, $\alpha c j$ 12 synaphia *c*] sinaphia $\gamma \alpha f$ synalimphia *j* synafia *Seruius* 15 ωΔЄ *j* ode $\alpha f c$; $\gamma$ *ineptit* 16 penthiminerem *f* pentimemerim *cett.* 20 arboribusque come] *om.* $\alpha f$ 21 ωΔЄ $\gamma f$ ode $\alpha$ 22 iambicus *post* dimeter *om.* $\alpha f j$

Ibis Liburnis inter alta nauium
Beatus ille qui procul negotiis
Parentis olim siquis impia manu
Lupis et agnis quanta sortito obtigit
⟨At o deorum quicquid in caelo regit⟩
Quid inmerentes hospites uexas canis
Quo quo scelesti ruitis aut cur dext⟨e⟩ris
Rogare longo putidam te saeculo
Quando repostum C⟨a⟩ecubum ad festas dapes
Mala soluta nauis exit alite.

Quinta decima ᾠδή dicolos est distrophos. Nam prior uersus trimeter est iambicus integer. Sequens uero constat ex pentimimeri heroica et dimetro iambico. Vtiturque hac metri compositione uno tantum cantu:

Pecti nihil me sicut antea iuuat.

Sexta decima ᾠδή dicolos est distrophos. Prior enim uersus heroicus inuenitur. Sequens uero constat ex dimetro iambico et penthimimeri heroica, qua compositione utitur semel:

Horrida tempestas caelum contraxit et imbres.

Septima decima ᾠδή dicolos est distrophos. Nam prior uersus heroicus est integer. Secundus dimeter iambicus inuenitur. Vtitur hac compositione metri duabus tantum cantibus:

Mollis inertia cur tantam diffuderit imis
Nox erat et caelo fulgebat luna sereno.

Octaua decima ᾠδή dicolos est distrophos. Prior enim uersus heroicus est integer. Secundus trimeter iambicus inuenitur. Vtiturque hac metri compositione uno tantum cantu:

Altera iam teritur bellis ciuilibus aetas.

5 at — regit *Seruius*] *om.* *γαfcj*   11 ωΔЄ *γ* ode *αf*
13 pentimimere *f* pentimemeri *γαj*   16 ωΔЄ *γ* ode *αf*
18 penthi mimere *f* pentimemeri *γαj*   21 ωΔЄ *γ* ode *αf*
27 ωΔЄ *γf* ode *α*

Nona decima ᾠδή monocolos est, quae constat trimetro iambico iugi; qua compositione semel tantum utitur ita:

Iam iam efficaci do manus scientiae.

His metris scripti sunt quatuor carminum libri et epodon et carmen saeculare. Nam sermonum et epistolarum et artis poeticae heroico iugiter continentur (*Γ*(=*γαf*) *cons. cj*

1 ΩΔЄ *γ* ode *αf*

# INCIPIT EXPOSITIO IN HORATIVM (*A*

## CARM. I 1

METRVM ASCLEPIADEVM, QVOD CONSTAT EX SPONDEO, DVOBVS CHORIAMBIS ET PYRRICHIO (*cons. r*), ITA: MAECE · NASATAVIS · EDITERE · GIBVS (*cons. M*); SIVE ALITER EX SPONDEO, DACTYLO, C⟨A⟩ESVRA ET DVOBVS DACTYLIS, ITA: MAECE · NASATA · VIS · EDITE · REGIBVS, QVAE SCANSIO DICITVR EX PENTHEMIMERI HEROICA ET DVOBVS DACTYLIS (*ABΓ* (*Mrα*)

**1. 2.** MAECENAS ATAVIS EDITE REGIBVS O E. P. ET D. D. M.] [In commemoratione parentum et laudatio inuenitur] ut Vergilius (*Aen.* I 606):

Per te, per qui te talem genuere parentes.

Et in uituperatione (*Verg. ecl.* 8, 44):

Aut Tmarus aut Rhodope aut ex. G. (*AΓ* (*rαv*) *cons. cp*

*Edite regibus (*cp*)] Quoniam dicitur duxisse originem ab Etruscis regibus et contempsisse senatoriam dignitatem, mansisse autem semper in equestri ordine (*Γ* (*rαv*) *cp*

3 asclipiadium *B* 4 pyrrichio *r*] pirrichio *ABα* ita — *fin. om. r* mec: *A* 5 siue — *fin. om. Mα* 6 dactilo *A* dactilis *A* 7 mec: *A* 8 pentihemeri *B* pentimemere *A* dactilis *A* 11 in — inuenitur *rαv*] *om. A* 12 uirg. *codd.* 13 per te — ex. g.] *om. v secundum* per *euanuit in A* 14 in uitup: *Arα*] uituperatio ut *cp* 15 aut tmarus *A*] ismarus *rc* aut ismarus *αp* 18 mansisse autem semper *αcp*] manens semper *r* autem semper mansisse *v ut uid.*

**2.** *O et pr⟨a⟩esidium (*cp*)] Quoniam a c⟨a⟩ede eum liberauit Bruto a Caesare superato (Γ′(*r α ν*)*cp*

PR⟨A⟩ESIDIVM ET DVLCE D.] Quia per ipsum liberatus est, indulgente sibi Augusto, et multa etiam illi donauit M⟨a⟩ecenas, amicus Augusti Caesaris (*A* Γ′(=*r α f ν*)*cp*

*Decus (*cp*)] Quia magna laus est placere meliori (Γ′(*r α f ν*)*cp*

**3.** *Sunt q. cur. (*c*)] Sunt qui delectantur inire curule certamen (Γ′(*r α ν*) *p cons.c*

SVNT QVOS CVRRICVLO P. O.] Exponit uaria esse hominum ingenia et non unas uoluptates, ne sit arrogantiae, quod sibi poeticam uindicare uidetur, cum singulos quosque rerum aliarum diuersus amor habeat (*A* Γ′(*r α f ν*)*p cons.c*

PVLVEREM OLYMPICVM] [Idest agonalem et habere puluerem in curru suo.] Circenses agonici in honorem Iouis Olympici sunt inuenti apud Elidem, ut Vergilius (*georg.* III 202):

Hinc uel ad [H]elei metas (*A* Γ′(*r f ν*)*c p*

**4.** FERVIDIS] Vertigine ipsa calentibus (*A* Γ′(*r α ν*)*cp*

**5.** EVITATA ROTIS] [Caute circuita] sic circumducta, ne offendatur (*A r ν c cons.α p*

PALMAQVE NOBILIS TERRARVM D. E. AD D.] Alios palma nobilis idest uictoria terrae dominos facit et diuinis honoribus consecrat utpote uictores, ac per hoc neque aurigae neque uiro forti aliud placet quam sunt (*A* Γ′(*r α ν*)*cons.cp*

**6.** *Terrarum dominos (*cp*)] Amphibolicos dictum, utrum dominos terrarum eleuet an ad deos, qui sunt domini terrarum (Γ′(*r α ν*)*cons.cp*

2 cesare augusto *r* 4 illi Γ′] sibi *cp* 5 (maec: *p*) 10 esse *A p*] *om. cett.* 11 non unas *A ν p*] uarias *r α f* 12 uendicare uidetur *α* uidetur uindicare (uend: *c*) *ν c p* 14 idest—suo] *om. A f* idest] *om. cp* 16 olymp: *r*] olimp: *cett.* el: *r*] helidem *A f ν c p* ut uirgilius—metas] *om. r f* uirg: *codd.* 18 hinc] *om. ν* hic *cp* uel *p*] et *c om. cett.* 19 uertigine ipsa] *om. α* 20 caute circuita *r α*, *om. A ν c p* 22 alios—nobilis] *om. ν* 23 idest] *om. A* terre *A* facit] //acit *A* 24 aurige *A* 25 fo ti *A* aliud] *om. cp* 26 dictum *r α ν*] dictum est *cp* 27 ad] *om. r, non cett.*

AD DEOS] Ad Capitolium, ac si diceret 'cum triumpho' (*AΓ′*(*raν*)*cp*

**7.** HVNC SI MOBILIVM TVRBA Q.] Qui sunt faciles et uarii (*Ar*

*Turba Q. (*c*)] Ad uulgi leuitatem refert (*sim. Porph.*), quia sunt faciles animi et facile mouetur uulgus, unde Virgilius (*Aen.* I 149):

Feruetque animis ignobile uulgus (*Γ′*(*raν*)*cp, sed α omitt.*: quia sunt — m: uulgus.

**8.** *Tergeminis (*p*)] Finitus numerus pro infinito, uel etiam aut quaestura aut praetura aut consulatu (*Γ′*(*raν*)*cp*

*Honoribus (*αp*)] Subaudi ab inferioribus: scilicet numquam dimoueas (*Γ′*(*raν*)*c cons.p*

**9.** ILLVM SI PROPRIO C. H. Q. D. L. V. A. GAVDENTEM PATRIOS FINDERE SA.] Sicut illi, inquit, cui semel agri cultura placuit et coepit de agris suis frumentum reponere, nullis praemiis persuades, ut nauta sit: sic nec sibi, cui lyrica professio placuit, aliud suaderi posse iuxta illud [Terentianum] (*Phorm.* II 4, 14):

Quot homines, tot sententiae (*Arνp cons.c*

**10.** De Libicis (*p*)] Species pro genere (*Γ′*(*rafν*) *cons.cp*

VERRITVR] Colligitur [trahitur] (*AΓ*(*ra*)*cp, euanuit ν*

**11.** *Findere (*cp*)] Colere, fodere (*Γ′*(*raν*)*cp*

3 et uarii *K.*] et auari *A cf.* amare *in r* 5 ad — refert] *om.ν* refert *αcp cons. Porph.*] dicit *r* 6 quia sunt f: animi *νc*] qui sunt faciles amare *r* quia] qui *rp* et fac.: mouetur] /////tur *ν ut uid.* mouentur *c* unde — ign.: uulgus *om.c* unde *ν*] ut *r om.p* 8 feruetque animis] //////mis *ν* seuitq; animis *p* 11 aut qu:] *om. α* 12 subaudi] *om. ν* ·s· *α omissa altero loco uoce* scilicet 16 cepit *Aνc om.r* 17 p miis *A* sibi *Arν*] ipsi *cp* 18 lyr: *cp*] lirica *Arν* suader *A* persuaderi *cp* posse] posse scias *cp* 19 terentianum *r om. Aνc* teretianum *p* 23 collig: trah:] colligit//, *omisso* trahitur *A*, colligitur uel (*om. c.p*) trahitur *αcp* trahitur, *omisso* colligitur, *r*

*Sarculo (*αcp*)] Genus ferramenti rustici, quod Graeci *σκαλίδιον* uocant (*Γ′(rαv)cp*

**12.** ATTALICIS CONDITIONIBVS] Attalus Pergamenorum rex ditissimus fuit, cui propter opum magnitudinem populus Romanus testamento successit (*Arvcp sim. Porph.*

**13.** *Nunquam dimoveas (*p*)] Idest etiam si diuitiae regis Attali pr⟨a⟩eponantur, numquam dimoueas illum (*rvcp*

TRABE CYPRIA] Cypriam trabem abusiue posuit pro quacumque, siue quia ualidiores illic fiunt (*Arvp cons. c*

**14.** MYRTOVM MARE] A Myrtilo auriga siue uictimario Pelopis, quem cum deprehendisset, quod axes suos corruperat in Hippodami⟨a⟩e certamine, in pelagus eum praecipitauit, ex cuius supplicio mare nomen accepit (*AΓ′ (rfv)cp*

*Seu a Venere propter mirtum, non a Mirtilo, nam Mirtiloum diceretur (*vcp aliquantulum sim. gloss. r*

*Pauidus (*cp*)] Proprium epitheton nautarum (*rcp*

**15.** LVCTANTEM AF[F]RICVM MERCATOR METVENS] Metuens tempestatem tunc laudat otium et agrum, tamen auelli a nauigio postea non potest, cum timere desierit (*Arvcp*

1 genus] species *v* sarculus genus *c* rustici ferramenti *α* rustici instrumenti *r* graeci *p*] greci *c* g̃/// *v* grece *r* 2 *σκαλίδιον Cruquius*] τοραιον *c* todion *rv* tondion *α* *Tòδϊον p σκαφεῖον Suringar σκάφιον Fabricius τορεῖον uel τομεῖον alii* uocant] dicitur *r* 3 perg: rex] rex perg: *rc* pergamorum *rv*, *recte Ap* 4 fuit ditissimus *r* 7 preponantur *Ar*, propon: *vcp*, sibi *add. cp* 8 cipria *A* cypriam trabem] *om. cp* cipriam *Av* 9 quia] quod *v* fiunt *Ar*] sunt *cp* sunt siue fiunt *v ut uid.* 10 mirtoum *A* myrcoum *v* mirtilo *Arc* mirtolo *p* siue *Acp*] *om. rfv* uictimario *edit.*] uicin[1]o nario *A* unccionario *f* uitmonorio *c*, *om. rp, lacuna v*; *cf. schol. Germanic. Arat. p.* 74 *Breys.:* Etiam Aegiochus appellatur, alii dicunt agitatorem Myrtilum, Mercurii filium, Oenomai aurigam, a patre astris inlatum 11 pelopis — ex] oenomai *r* quod] quia *v* 12 ippodamie *Afc* hippodamie *v ut uid.* hyppodamie *p* 15 mirtilo *vc*] mirtolo *p* 16 mirtiloum *v* mirtilioum *c* mirtoleum *p* 17 proprium *c*] proprie *p om. r* 19 tẽpest tunc *A* 20 cum tim: des:] *om. r* c im re desierit *A*

ICARIIS FLVCTIBVS] Icarus, Dedali filius, pinnis resolutis, quas cera illigatas arte patris sumpserat, in mare corruit et nomen inposuit mari Icarium (*A r v cons. c p*

*Ordo est: mercator metuens luctantem Icariis fluctibus Africum, otium et oppidi sui laudat rura, mox reficit quassas rates, ut trabe Cypria pauidus nauta secet Myrtoum mare (*Γ′(r α v) cons. c p*

**18.** *Indocilis (*c p*)] Indoctus uel inpatiens (*r v c p*

**19.** *Est qui nec (*c p*)] Est qui delectatur conuiuiis apparatis, ut continuare uelit diem (*r v p cons. c*

POCVLA MASSICI] Massicus locus est in Campania, ubi optima uina nascuntur; Vergilius (*georg.* III 526. 527):

Atqui non Massica Bacchi
Munera (*A Γ′(r α v) c p*

**20.** *Nec partem spernit demere (*p*)] Duae abnegatiuae particulae hic pro una ponuntur (*r v p cons. c*

NEC PARTEM SOLIDO DEMERE DE DIE] Vt non intermittat, sed continuet laetitiam totius diei (*A Γ′(r α v) c cons. p*

**21.** VIRIDI SVB ARBVTO] Hoc est loco amoeno et conuiuiis apto (*A Γ′(r α v) c p*

*Membra stratus (*v p*)] Figura ut (*Verg. Aen.* I 228):

Oculos suffusa nitentes (*r v c p*

**22.** NVNC AD AQV⟨A⟩E LENE CAPVT SACRAE] Omnis enim fons in origine sua sacer est (*sim. Porph.*) et sonitu suo suadet etiam somnos (*A r c p*

**23.** MVLTOS CASTRA IVVANT] Delectant ut (*Verg. Aen.* III 282. 283):

Iuuat euasisse tot urbes
Argolicas (*A r c p*

1 pinnis *A*] pennis *cett.* 3 inp: *r v*] imposuit *A c p* 4 ordo est] *om. v* est *om. r exhib. α c p* 5 sui laudat rura *c*] laudat rura sui *r α v* laudat rurura sua *p* 6 cypria *r*] cipria *cett.* myrt: *r*] mirt: *cett.* 8 impatiens *c p* 10 diem uelit *c p* 11 massicus] *om. c p* in campania est *r* ibi *r* 12 uirgilius — munera] *om. v c* uirg: *codd.* 13 non] *n̄ A* b: mun:] munera bachi *r α* 17 interm:] interimat *r α p* non — sed] *om. c* 19 amẽno *A* 24 est] e *A*

LITVO TVBAE PERMIXTVS SONITVS] Litui acutus sonus est, tubae grauis (*Arvcp*

*Inter lituum et tubam in antiquis scriptis hoc distare inueni: lituus equitum est et incuruus, tuba uero peditum est et directa (*rvcp cons.a*

**24.** BELLAQVE MATRIBVS DETESTATA] Propter mortes filiorum, quia in bello pueri et adulescentes animositate incauti sunt. Ideo et Vergilius (*Aen.* VIII 556):

Vota metu duplicant matres (*Arvcp*

**25.** SVB IOVE FRIGIDO] Iouem aerem ponit et nocturnum tempus, quo feris tenditur, ac per hoc dicit aliis uenationem placere, ita ut non capiantur affectu coniugum, dum eligunt uoluptatem uenandi (*Arv cons.cp*

**26.** *Tenerae (*p*)] Aut delicatae, aut nuper in matrimonium copulatae (*Γ′(rαv)c cons.p*

**27.** CATVLIS FIDELIBVS] Silentium in uestigando seruantibus, ut Vergilius (*Aen.* IIII 132):

Et odora canum uis (*Arv cons.cp*

*Catulis fidelibus (*v*)] Sagacibus (*Γ′(rαv)cp*

**28.** SEV RVPIT TERETES MARSVS A. PLAGAS] Non plagas teretes, sed de tereti ait fune factas; ideo enim ita posuit, quia illis debemus substantiam, unde sumimus (*Arvcp*

MARSVS APER] Sabellus [species pro genere], unde et Vergilius (*georg.* III 255):

Dentesque Sabellicus exacuit sus;

maiores enim forma et ferociores esse dicuntur (*Arv cons. cp*

**29.** ME DOCTARVM HEDER⟨A⟩E PRAEMIA FRONTIVM] Poetarum scilicet, quia poetae tantum hedera consueuerant coronari; ut Vergilius (*ecl.* 7, 25):

2 tube *A* 6 mortem *cp* 8 uirg: *codd.* 16 in *rvcp*] *om. A* 17 uerg: *v*] uirg: *cett.* 21 teretes plagas *cp* ait] *om. cp* enim ita] *euanuit A* 22 illi *cp* 24 sp: pro genere *rvcp*] *om. A* unde et] ut *cp* 25 uirg: *codd.* 30 edera A 31 ut *omis. cp* uerg: *v*] uirg: *cett.*

Pastores hedera crescentem ornate poetam.

Diuinum ergo honorem se dicit per poema adeptum. Ait ergo alios uenatione, se musica delectari (*A r v c cons. p*

**30.** GELIDVM NEMVS] Materiam ipsam carminis pro laude posuit (*A Γ* (*r α v*) *c p*

**31.** NYMPHARVMQVE LEVES CVM SATYRIS CHORI] Liberi patris chorus; Satyri enim et Bacchae ideo leues [sunt], quia se in saltando et ludendo uelociter rotant (*A r v c cons. p*

**32.** SECERNVNT POPVLO] Idest dant mihi meritum, ut a uulgo et uilibus separer (*A Γ'* (*r α v*) *cons. c p*

*Tibias (*c p*)] Idest si poemata mea non morantur Musae nec impediunt (*r v cons. c p*

'Euterpe' inuenit tibias, in quibus uox est et sonus (*A r v c cons. p*

*Polymnia] Vna ex Musarum numero (*c p cons. r v*

**33.** POLYHYMNIA] Vt Vergilius (*Aen.* VIII 27):

Alituum pecudumque g. s. a. h.

sic iste Polyhymnia (*A r v cons. c p*

**34.** Lesboum (*c p*)] Lesboum propter Alcaeum et Sappho, quos in Lesbo insula natos esse constat, aut ab eo Lesbio, qui primus fuit lyricus scriptor, aut a Periandro rege Lesbi, cui primum Mercurius lyram ostendit (*r v cons. c p*

---

1 pastores pastores *A* edera *A* 2 ait — delectari] *ante lemma* 'me — frontium' *pon. A* 4 carminis — posuit] *om. α* 6 n pharũq. *A* satyris *p*] saturis *A* satiris *r v* liberi — ludendo] *om. v* liberi — chorus] *omis. c p* 7 satyri *p*] saturi *A* satiri *r v c* bacce *A* bachae *r p* bache *c* sunt *r v om. A c* dicuntur *p* 8 saltantando *A* 10 idest] *euanuisse uidetur in A* 11 a uilibus *α c* 14 *hoc schol. post schol. p.* 20, 4 *inserunt A r v* Euturpe euturpe *c* euterpe non *r* euterpe .n *A* (euterpe enim *fort. A 1*), *v euanuit* 16 polymnia *r*] polimnia *v c p* ex mus: numero] ex. IX. musis *v* euterpe una ex musis, et polymnia *r* 17 polimnia *A v* ut] *om. v c p* uirg: *codd.* 19 polimnia *A v* polyimimnia *r om. c p* 20 alceum *r c p, recte v* 21 sappho *p*] saffo *r* sapho *v c* in lesbo ins:] apud lesbum *r c p* 22 lyricus *r c p*] lir: *v* 23 lesbi] *om. c p*

BARBITON] Lyra maior organi sono similis [alii dicunt latiorem partem lyrae] (*A r v c p sim. Porph.*

**35.** QVOD SI ME LYRICIS VATIBVS INSERES] Allusit. Si, inquit, possum lyrica mea cantare fauore Musarum (*A r v cons. c p*

*Idest si me receperis in numero lyricorum poetarum, ad c⟨a⟩elum uehor merito gloriae atque uirtutis (*r v cons. c p*

---

## CARM. I 2

[ITEM COM⟨M⟩ENTVM (*A*]

METRVM SAPPHICVM, QVOD CONSTAT EX TROCH⟨A⟩EO, SPONDEO, DACTYLO ET DVOBVS TROCHAEIS; ITA: IAM SA · TIS TER · RIS NIVIS · ATQVE · DIRAE · SIVE ALITER: EX EPITRITO SECVNDO, CHORIAMBO ET BACCHIO (*A B r v sim. c p*

**1.** IAM SATIS T. N. A. D.] Gai Caesaris mortem significat, quo in senatu occiso plurimae tempestates niuis et grandinis fuerunt, quo tempore et inundatione Tiberis dicitur Roma laborasse, quod propter Caesarem in honorem Augusti Caesaris ultoris eius uult factum uideri. Nam de ipso et Vergilius (*ecl.* 5, 20. 21):

Extinctum Nymphae crudeli funere Daphnin

1 lira *A r v c, recte p* sono similis] similis (simul *c*) sono *c p*, *paene euanuit v* alii d. lat: (lac: *r*) p: lyrae (lyre *c*) *v r c p om. A* 3 liricis *A* lyricis *v* 4 lirica *A r* lyra *c p*, *non liquet v* 6 numero *r c p*] numerum *v* lyricorum *r c p*] lir: *v* 11 saphicum metrum *B* sapphicum *v p*] saficum *A* safphicum *r* saphicum *c* ex] *om. v c p* 12 spondęo *B* dactylo *B*] dactilo *cett.* trochęis *B*] trocheis *cett.* 13 niuis — ex] r sū (= reliqua siue) ex *B* dire *A* siue — bacchio] *om. v c p; sed c p add. haec:* quartus adonius dimeter ex dactilo et spondeo (exspondeo *p*) ita: Terruit urbem coriābo *B* bacchio *B*] bachio *A r* 15 gai *r α*] g. *A* gaii *v c* C. *p* cesaris *A* 18 cesarem *A* 19 cesaris *A* 20 uirg: *codd.* 21 *ante* 'extinctum' *in A erasae uidentur litterae* 'no', *cf. Vergili codices, ubi in principio uersus habes* MO· = Mopsus nymphe *c* nimphae *cett.* daphnim *r p* d. *α*, *v euan.*

F.

et alibi (*georg.* I 466):

Ille etiam extincto miseratus Caesare Romam.

Haec enim omnia, idest fulmina, grandinem, diluuii metum intellegi uult uindictam Caesaris fuisse (*AΓ′(rαν) cons. cp*

**1. 2.** DIRAE GRANDINIS] A Furiis tractum, quae Dirae dicuntur, ut et (*Verg. Aen.* IIII 473):

Dirae ultrices

et (*Aen.* XII 876. 877):

Dirarum uerbera nosco
Letalemque sonum (*Arν cons. cp*

**1—4.** IAM SATIS TERRIS NIVIS ATQVE DIRAE GRANDINIS MISIT PATER ET RVBENTE DEXTERA S. I. A. T. V.] Omnes manubiae albae et nigrae (*leg.* alienigenae = aliorum numinum *cf. Seru. ad Verg. Aen.* I 46) pallida coruscatione esse dicuntur, Iouis rubra et sanguinea (*Arν cons. cp*

**3.** *Sacras iaculatus arces (*p*)] [Sacras arces] templa deorum uel imperatorum uel etiam sacras arces Capitolium dicit (*Γ′ (rαEν) c cons. p*

**6.** *Ne rediret seculum Pyrrh⟨a⟩e (*p*)] Vxoris Deucalionis, sub quibus fuit diluuium (*Γ′ (rαEν) c cons. p*

*Noua monstra questae (*ν*)] Noua monstra dicit fuisse diluuium propter hoc, quod sequitur ‛genus piscium haesit summa ulmo’ et cetera (*rνc cons. p*

**7.** OMNE CVM PROTHEVS PECVS EGIT ALTOS VISERE M.] Beluarum marinarum pastor. Hunc dicit marina armenta in diluuio montibus pauisse, de quo et Vergilius (*georg.* IIII 394. 395):

Inmania cuius
Armenta et turpes pascit s. g. phocas (*AΓ′ (rEν) cons. cp*

2 et alibi — fuisse] *om. α* 3 hec *A* 8 ultrices et] ultrices ut et *A* 11 lętalemque *A* sōnum *A* 14 nigre *A* pallida coruscatione esse *A*] palladesse *ν* palladis esse *r* esse *cp* 17 sacras arces *cp om. Γ′* 27 in diluuio montibus p: *A*] in montibus diluuio p: *νcp* diluuio *om. rα* uirg: *codd.* 29 inmania *rE*] immania *Aανcp* 30 pascit] pascunt *A* phocas] phocę *A om. α E, euanuit ν*

*Pecus a. u. m. (*c*)] Omne animal pr⟨a⟩eter hominem antiqui pecus dicebant (*Γ′* (*r a E v*) *cons. cp*

**9.** PISCIVM ET SVMMA GENVS H⟨A⟩ESIT VLMO] Contraria in diluuio contigisse dicit, ut in arboribus h⟨a⟩ererent pisces et siluestres dammae in aquis natarent, quas Vergilius masculino genere posuit (*ecl.* 8, 28):

Timidi uenient ad pocula dammae (*A Γ′* (*r a v*)

Diluuio facto, cum tantum Parnassus emineret, Deucalion et Pyrra, quomodo repararetur genus humanum, Apollinem consuluerunt. Qui dum respondisset, ut iacularentur ossa matris, cognouerunt terram matrem dictam; unde iaculante mox Pyrra lapides puellae, Deucalione mares nati sunt. Vergilius (*georg.* I 62):

Deucalion uacuum lapides iactauit in orbem

et ⟨Iuuenalis⟩ (1, 84):

Maribus nudas ostendit Pyrra puellas.

[Vergilius (*ecl.* 6, 41):

Lapides Pyrrae iactus, Saturnia regna] (*A r v cons. cp*

**13.** VIDIMVS FLAVVM TIBERIM] Aut turbidum aut colore limi flauum, ut (*Verg. Aen.* VII 31):

Verticibus rapidis et multa flauus harena

(*A Γ′* (*r E v*) *cp sim. Porph.*

RETORTIS VNDIS] Aut propter turbines dixit retortis,

6 uirg: *codd.* 8 parnassus *A*] parnasus *r v c p* 9 pyrra *r c*] pirra *A v* 12 pyrra *r*] pirra *A v c* 13 uergilius deucal: — regna] *om. c p*; *in v et ordo immutatus est et complura euanuerunt* uirḡ *A* iuuenalis *r* et iuuenalis *v* 16 pyrra *r*] pirra *A v* 17 uirg: — regna] *om. A*; *v hanc scholii partem ante* 'et iuuenalis deucalion — puellas' *inserit* uirgilius *r*, *v euanuit* 18 pyrrae *r*] pirrae *v* iactus *r*] satus *r* 20 ut — harena] *om. r* 21 uorticibus *p* et — harena] *om. E* 23 dixit retortis] *om. E*

aut propter quod in campos exibat, non solito alueo in maria (*A Γ′* (*r E ν*) *cons. cp*

**14.** *Constat autem uiolentia maris repulsum Tiberim inundasse. Etrusco ergo litore, idest Tyrreno mari, quo influit Tiberis (*r ν cons. cp Porph.*

**15.** MONVMENTA REGIS] Regiam dixit monumenta regis. Locus enim est, in quo Numa Pompilius habitauit ⟨ad⟩ Vestae habens regiam. Cicero (*pro Mil.* 14, 37) de eodem loco:

Nuper me ad regiam pene conficit (*A r ν cons. cp*

**16.** *Templaque Vestae (*p cons. ν*)] Quia dicebatur Tiberis ante per Rostra habuisse meatum, quae Rostra templo Vestae iunguntur (*Γ′* (*r α E ν*) *cons. cp*

**17.** *Iliae (*p*)] Matri Romuli, uxori suae (*Γ′* (*r E ν*) *cons. cp*

ILIAE DVM SE NIMIVM QVERENTI] Querelas apud se deponenti de morte Caesaris nomine originis suae (*A r ν cons. cp*

**18.** VAGVS] [Non recto meatu fluens] qui extra alueum erraret (*A r ν c p*

SINISTRA] Aut infesta aut ibi, qua magis parte est ciuitas, quam redundari cupiebat (*A ν cons. cp eras. r*

**19.** NON PROBANTE] Non permittente (*A r ν c cons. p*

**20.** VXORIVS AMNIS] Diuersae de Ilia poetarum positiones sunt. Nam Ilia mater Romuli fuit, quem ex Marte suscepit, quae mortua sepulta ad ripam Anienis fluuii dicitur, qui in Tiberim cadit, et, quia abundans

1 exibat — maria] *om. E* non solito — maria] *om. r* 4 inund:] romam inundasse *p* mari *r ν*] *om. cp* 8 ad uestae *edit.*] uestem *A r c p* uesten *ν* 10 conficit *A r ν*] confecit *cp Cic.* 12 ante per rostra *r α*] antea per r: *ν* per rostra ante *E c p* quae rostra *α E ν*] quae *r p* que *c* 17 cesaris *A* nomine — suae] *om. r ν c* nomine *Hauthal*] homine *A* hominis *p* 19 non — fluens] *om. A c* 22 redundari *A ν*] redundare *c* inundare *p* 25 positiones *A ν*] opiniones *r c p* sunt] *om. r* 27 abundans *A*] habund: *r ν c p*

aquis Anio cineres Iliae in Tiberim deduxit, dicta est Ilia Tiberi nupsisse, et ideo dixit 'uxorius amnis', qui se ad eius querelam iactaret ultorem. Alii dicunt, quod ista Ilia Anieni nupserit; nam multi hoc sentiunt poetae. Sed Horatius, ut Tiberi det causas irascendi, Tiberis magis dixit uxorem (*sim. Porph.*). Vxorii enim dicuntur uxoribus dediti, ut Vergilius (*Aen.* IIII 266. 267):

Pulchramque uxorius urbem
Extruis (*A r v cons. c p*

**23.** AVDIET PVGNAS VITIO PARENTVM] Pugnas ex morte Caesaris in posteros redditas dicit per bella ciuilia. Nam et Augustus percussores eius usque in Aegyptum persecutus est (*AΓ′* (*r E v*) *cons. c p*

**25. 26.** QVEM VOCET DIVVM POPVLVS RVENTIS I.] Auersos pro tali scelere superos dicit uota humani generis spreuisse (*A r v cons. c p*

PRECE QVA FATIGENT] Instanter et inpense rogent, ut Vergilius (*Stat. Theb.* II 244):

Diuosque in uota fatigant (*A r v cons. c p*

**27.** MINVS AVDIENTEM CARMINA VESTAM] Hymnos et preces non audientem pro supplicantum inpietate (*A r v cons. c p*

**29.** *Cui dabit partes (*c p*)] Idest cui deorum dabit Iuppiter potestatem delendi malum, quod patrauit pars Romanorum? Non enim omnes consenserunt in nece Caesaris (*Γ′* (*r α v*) *c p*

**30.** IVPPITER TANDEM] Iouis mite numen est nec aliquando per se l⟨a⟩edens, ut Lucanus (I 660. 661):

1 ilie *A* 3 querelam] querelae iam *A* 4 ilia an:] alia alieni *A* 7 uirg: *codd.* 8 pulcrhãq. *A* 9 extruit *c* construit *v* 10 pugnas *cp*] *om. cett.* 11 cesaris *A* 12 egiptũ *A* 18 ut] *om. v*, *in confinio uersuum falso repetitum in A* uirg: *codd.* 20 ymnos *A r v* hymnos *c* himnos *p* 21 inpiet: *v*] impiet: *A r* 23 idest *cp*] l. *v* t *α om. r* 27 iouis *cp*] *om. A r v cf. u. 33*

Nam mitis in alto
Iuppiter (*Arνcp*

**31.** NVBE CANDENTIS VMEROS AMICTVS] Candidis nubibus uelatus et qui uideri possit; irati enim dii nequeunt conspici (*Arν cons. cp*

*Nube candentis (*p*)] Melius candenti nube quam candentis humeros (*Γ′* (*rαν*) *cp*

**32.** AVGVR APOLLO] Augustum dicit, qui se Apollinis filium uolebat uideri, aut propter Troianum genus de Veneris stirpe, ut Vergilius (*Aen.* I 289. 290):

Hunc tu olim c⟨a⟩elo spoliis orientis onustum
Accipies (*Arν cons. cp*

**33.** ERICINA RIDENS] Venus ab Erice, in quo maxime colitur, dicta. Vergilius (*Aen.* V 759):

Ericino in litore sedes.

Sed Veneris numen non usque adeo mite esse solet; nam irata Solis filias persecuta est (*Arν cons. cp*

**35.** SIVE NEGLECTVM GENVS] Siue quia Caesarem occidi passus sit, siue quia postea in ultionem eius bellum ciuile fieri permisit (*AΓ′* (*rαEν*) *cons. cp*

'Nepotes' eius Romanos dixit per Romulum (*AΓ′* (*rEν*) *cp*

**36.** RESPICIS AVCTOR] Mars Augustum per Iliam uel Romulum, ut Vergilius (*Aen.* VI 779. 780):

Vertice cristae,
Et pater ipse suo superum iam signat honorem

(*AΓ′* (*rαν*) *cons. cp*

**37.** SATIATE LVDO] Ludum Martis dixit bella ciuilia, cuius ludus in praeliis est (*AΓ′* (*rLν*) *cons. cp*

4 irati *Arν*] amicti *cp* non amicti *edit.* uelati *coni. Hauthal* 8 dicit] *om. cp* 10 uirg: *Aν*, *om. r* 11 (cælo *p*) 14 uirg: *codd.* 15 litore *Ar*] littore *ν* uertice *cp Verg.* 18 cesarem *A* 19 sit] est *E* 21 eius] *om. εEνcp* 24 uel] et *rcp* uirg: *codd.*

**38.** QVEM IVVAT CLAMOR GALEAEQVE LEVES] 'Iuuat' delectat; Martem enim et bellicus clamor et splendentia tela delectant, ut (*Verg. Aen.* II 27. 28):

Iuuat ire et Dorica castra
Desertosque uidere locos (*A r v cons. cp*

**39.** MAVRI PEDITIS] Maurum abusiue posuit pro quocumque hoste (*A Γ′ (r L v) sim. Porph.*

**41.** SIVE MVTATA IVVENEM FIGVRA ALES] Mercurium dicit, siue quia in diuersas potestates transfigurari consueuit, siue quia eum uult Augusto per Troianos parentem uideri, ut Vergilius (*Aen.* VIII 140—142):

At Maiam, auditis si quicquam creditis, Athlans,
Idem Athlans generat, caeli qui sidera torquet.
Sic genus amborum scindit se sanguine ab uno

(*A Γ′ (r L v) cons. c p*

**42.** IMITARIS ALMAE] Ne almae filius Veneris Cupido putaretur, ideo dixit filium Maiae, ut Mercurium ostenderet. Vergilius (*Aen.* I 297):

[Haec ait et] Maia genitum demittit ab alto

(*A Γ′ (r L v) cons. c p*

**45.** SERVS IN CAELVM REDEAS DIVQVE L⟨A⟩ETVS INTERSIS P. Q.] Ac si diceret: diu uiuas Romanis et tarde diuus fias (*A Γ′ (r L v) c cons. p*

**47.** VITIIS INIQVVM] Iratum, contrarium, indignantem peccatis nostris et propter hoc nos fugientem (*A Γ′ (r L v) cons. c p*

1 iuuat *A*] *om. cett.* 2 delectat *A r v*] *om. c p* 11 uirg: *codd.* 12 maia *A v* creditis *A r L v*] credimus *c p* athlans *A*] athlas *Γ c* (atlas *v p*) 13 idem — uno *om. v c* athlans *A*] athlas *Γ* atlas *p* 14 uno *L p*] imo *A* unu *r* 16 nec *A* alme *A* 17 mercũriũ *A* 18 uergilius] uirgilius *c p* ideo dixit (*falso repetitum ex superioribus*) *A* dicens *r* hic ẽ (?) uirḡ *v*, *L n. l.* 19 haec ait et *p* hec ait et *c* at *v om. A r L* demittit *A L p corr. ab eod.*] dimittit *r v c p pr.* 24 contrarium *A Γ*] *om. v c p*

**50.** HIC AMES DICI PATER ATQVE PRINCEPS] Iuxta morem principum, qui patres patriae dicuntur (*A Γ′* (*r L v*) *cons. c p*

**51.** NEV SINAS MEDOS EQVITARE INVLTOS] Parthos, a quibus Crassus occisus est, quo pereunte ortum est bellum ciuile. Lucanus (I 11) de eodem:

Vmbraque erraret Crassus inulta (*A Γ′* (*r L v*) *cons. α c p*

---

## CARM. I 3

[AD NAVIM, IN QVA VIRGILIVS ATHENAS PETIT (*A*]

PRIMVS VERSVS GLICONIVS EST, CONSTAT EX SPONDEO ET DVOBVS DACTILIS, ITA: SIC TE · DIVA PO · TENS CYPRI. SECVNDVS ASCLEPIADEVS (*A Γ′* (*r α v*) *cons. c p*

**1.** SIC TE DIVA POTENS CIPRI] Principium deprecationis, ut nauis beneficis sideribus commendetur; salutare enim Veneris sidus est (*A Γ′* (*r α L v*)

*Sic] Aduerbium [est] adiurantis (*Γ′* (*r α L v*) *cons. c p*

**2.** SIC FRATRES HELENAE] Castor et Pollux (*A Γ′* (*r α L v*) *c p*

**3.** VENTORVMQVE REGAT PATER] Aut Aeolus, aut iuxta phisicos, qui uentos ex motu Oceani nasci uolunt, Neptunum dicit, ut Vergilius (*Aen.* V 14):

Quidue, pater Neptune, paras? (*A Γ′* (*r L v*) *cons. c p*

**4.** IAPIGA] Ventus utilis de Apulia flans Athenas petentibus (*cons. Porph.*); Graece *Ἀργέστης* dicitur (*A Γ′* (*r α L v*) *cons. c p*

2 more *A* 6 Lucanus — inulta] *om. c p* 7 errarer *A* 10 constat *A v*] constans *r α c p* 14 beneficiis *A* comendetur *A* 16 est *v*, *om. r α L p* 19 eolus *A* 20 fisicos *A* phis: *cett.* 21 ut *om. v p* uirg: *A Γ′ p om. c* 24 ἀργέστης] argistes *A r v p* aygistes *α*, *euanuit L; lacuna in c, quo Graecum olim hic fuisse uerbum demonstratur*

5. TIBI CREDITVM] Datum, ut Vergilius (*georg.* I 224):

Anni spem credere terrae (*AΓ′* (*r α L v*) *cons. c p*

6. FINIBVS ATTICIS] Atheniensibus (*AΓ′* (*r L v*) *c p*

8. ET SERVES ANIMAE DIMIDIVM ME⟨A⟩E] Athenas nauiganti Vergilio nauigii prosperitatem precatur et execratur etiam timore periculi illum, qui primus cupiditate lucri ad temeritatem nauigandi descendit (*A r α v cons. c p*

ANIMAE DIMIDIVM MEAE] Amicum partem animae posuit, ideo dimidium dixit (*A r v p cons. c euan. L*

9. ILLI ROBVR ET AES] Ac si diceret: duritia sine sensu periculi (*AΓ′* (*r L v*) *c p*

ET AES TRIPLEX] Verbum ab usurariis tractum posuit, quorum auaritia spe lucri uel commercii inuentum nauigium sit (*AΓ′* (*r L v*) *c cons. p, paene euanuit L*

11. COMMISIT PELAGO RATEM] 'Credidit', ut Terentius (*eun.* V 1, 16):

Quem lupo commisisti (*AΓ′* (*r α L v*) *c p.*

14. TRISTIS HYADAS] Tempestuosas et nubilas, ut (*Verg. georg.* III 279):

Et pluuio contristat frigore caelum

et item (*Verg. Aen.* III 516):

Pluuiasque Hiadas (*AΓ′* (*r α v*) *p cons. c*

RABIEM NOTI QVO NON ARBITER HADRIAE MAIOR] Notum supra omnes uentos extulit, quia cardinalis est; ideo 'arbiter', quia praecipue iudicare de fluctibus solet (*AΓ′* (*r α v*) *cons. c p*

1 datum *A α*] commendatum *cett.* ut — terrae] *lacuna in c p* uirg: *codd.* 6 uirg: *codd.* 7 illum *v*] eum *c p om. A r α* 9 anime *A* 14 commertii *A* 18 comisisti *A* 19 nubilas *A α*] nubilosas *c p* nebulosas *r v* ut est illud uirgilii *v* 22 et itē pluuiasque hiadas *A*] *om. cett.* 26 quia — solet *A*] quia praecipue solet pasci (*post* aest: *pon. p*) aestibus (estibus *r c*) idest (scilicet *c* ł *α*) nutriri fluctibus (fluct: suis *r*, fluminibus *v c p*) *r α v c p* p̄cipuȩ *A*

**15.** *⟨H⟩adriae (*p*)] Maris Hadriatici pro quouis mari (*Γ'* (*rαLν*) *cp*

**16.** TOLLERE] Commouere, ut Vergilius (*Aen.* I 66):

Et mulcere dedit fluctus et tollere uento (*Arνcp*

*Ponere (*cp*)] Mitigare (*Γ'* (= *rLν*) *cp*

**17.** QVEM MORTIS TIMVIT GRADVM] Ac si diceret ‘genus mortis’. Tres gradus mortis definiuntur: fato, casu, genitura; fato [ut] (*Verg. Aen.* X 467):

Stat sua cuique dies;

casu [ut] (*Verg. Aen.* IIII 697):

Sed misera ante diem;

genitura [ut] (*Verg. Aen.* X 781):

Sternitur infelix alieno uulnere.

Vnde Stoici casu dicunt, Epicurei fato, Pythagorici genitura hominem mori (*AΓ'* (*rαLν*) *cons. cp*

**18.** SICCIS OCVLIS] Praeter lacrimas, ut Lucanus (VIIII 1044. 1045):

Qui sicco lumine campos
Viderit Emathios (*AΓ'* (*rαLν*)

**19.** TVRGIDVM] Tumens fluctibus suis (*AΓ'* (*rαLν*) *c cons. p*

**20.** INFAMES SCOPVLOS] ‘Acroceraunia’ ideo dicti Graeco uocabulo, quod sui altitudine frequentius fulminentur. De his Vergilius (*Aen.* III 506):

Vicina Ceraunia iuxta (*AΓ'* (*rαLν*)

1 adriatici *ανc*   quod *p* quouis mari posuit *ν*   quod quouis mari *c*   3 ut *Ar*] *om. νcp*   uirg: *codd.*   4 et mulcere et mulcere *A*   6 ac si dic: genus mortis *p*] genus mortis *c*   genus mortis si diceret *A*   genus mortis ac si dic: *rαLν*   8 ut *rαLcp* ut est illud *ν* *om. A*   10 ut *rαLcp* *om. Aν*   12 ut *om. A exh. cett.*   14 epicurei *rαLν*] epicuri *Acp*   pythagorici *p*] pytagorici *αc*   pith: *r*   pitagorici *Aν*   phitag: *L*   15 hominem mori] *om. A*   23 greco *A*   24 uirg: *codd.*

Infames autem famosos aut multorum poetarum carmine aut propter asperitatem litoris naufragiis nauium (*AΓ* (*rL*) *cons. cp*

**21.** NEQVICQVAM DEVS ABSCIDIT PRVDENS] Ac si diceret: numquid sine ratione separatum est mare a terris, cum illud elementum periculis, hoc uoluptatibus plenum sit? (*AΓ′* (*rαLv*) *cons. cp*

ABSCIDIT] Separauit (*AΓ′* (*rαLv*) *cp*

**22.** PRVDENS] Prouidens (*AΓ′* (*rαLv*) *cp*

**24.** NON TANGENDA RATES TRANSILIVNT VADA] Non debere uada periculosa nauigiis accusari, dum nauis ipsa nec fieri nec usui esse debuerit, hoc est non tangi. Nam et Vergilius (*Aen.* I 112):

Inlisitque uadis.

Ideo enim uada dicta sunt, quia breuitate sui uadari, hoc est ambulari possunt (*AΓ′* (*rαLv*) *cons. cp*

**25.** AVDAX OMNIA PERPETI] Merito omnia patiens lucri cupiditate (*Arvcp*

**27.** AVDAX IAPETI GENVS] Patronomicon. Prometheum dicit filium Iapeti, qui dum ignem superis furatus esset, numinum indignatione febres hominibus datae dicuntur ueluti calorem quem desiderarint (*AΓ′* (*rαLv*) *cons. cp*

**30.** SVBDVCTVM] Subreptum [furatum] (*AΓ′* (*rαL*) *c cons. p*

**31.** TERRIS INCVBVIT COHORS F.] Ut nec in suo elemento quieti uiuerent, qui aliena temptassent (*AΓ′* (*rαLv*)*c cons. p*

INCVBVIT] Institit (*AΓ* (*rL*) *cp*

COHORS] Ac si diceret: multa genera morborum ad uindictam temeritatis terris inmissa (*AΓ′* (*rLv*) *cons. cp*

2 litoris *rL pr.*] littoris *AL corr. cp* 10 periculosa nauigiis non deberent uada *cp* 13 uirg: *codd.* 19 patr: — filium] *om. c* patronomicon *Ar*] patronomicum *αLvp* 20 iapiti *A* 21 date *A* 22 calorem *ArαLvp*] calor *c*; *sed istiusmodi attractionis exempla reperiuntur complura* 23 furatum *om. A* 30 inmissa *v*] imm: *Ar* incussa *L*

**32.** SEMOTIQVE PRIVS TARDA NECESSITAS ⟨LETI⟩ CORRIPVIT G.] Dicit per necessitatem febrium acceleratam mortem, quae tardior hominibus fuerat constituta (*A Γ′* (*r α L ν*) *p cons. c*

**33.** CORRIPVIT GRADVM] Accelerauit periculum inuento nouo exitio, ut (*Verg. Aen.* I 418):

Corripuere uiam interea (*A Γ′* (*r L ν*) *c p*

**34.** VACVVM AERA] Apertum, quod experiendi hominibus non causa fuerit. Vergilius (*Aen.* V 515):

Iam uacuo laetam caelo speculatus (*A Γ′* (*r L ν*) *c cons. p*

**35.** PINNIS N. H. D.] Vergilius (*Aen.* VI 15):

Praepetibus pinnis ausus se credere caelo (*A Γ′* (*r L ν*) *c p*

**37.** ARDVVM EST] Difficile (*A Γ′* (*r α ν*) *cons. c p, L euanuit*

**38.** C⟨A⟩ELVM IPSVM PETIMVS] Quod solum sibi exceperant numina, quasi et ipsum possint humani ausus attingere, nisi fulmina coercerent (*A Γ′* (*r L ν*)

PETIMVS] Optamus, exposcimus, ut Vergilius (*Aen.* VI 395):

Tartareum ille manu custodem in uincla petiuit

(*A Γ′* (*r L ν*) *c cons. p*

**40.** *Neque per nostrum patimur scelus iracunda Iouem ponere fulmina (*p*)] Idest non patimur illum quiescere, nam quidam Gigantes ipsum caelum conati sunt ad solum deducere (*Γ′* (*r α L ν*) *c p*

9 uirg: *codd.* 11 uirg: *codd.* 12 celo *A* 18 uirg: *codd.* 24 ipsum caelum conati sunt *r L p*] conati sunt ipsum celum *c* caelum ipsum conati sunt *ν* cael: ips: *om. α*

## CARM. I 4

[INCIPIT AD SESTIVM DE VERNO TEMPORE (*A*)]

ODE DICOLOS EST; METRVM ITHYPHALLICVM DICITVR SIVE ARCHILOCHIVM, QVIA FREQVENTER EO VSVS EST ARCHILOCHVS. CONSTAT PRIOR VERSVS EX PARTE HEROICI, QVAE DICITVR BVCOLICE, QVIA NECESSE EST, VT QVARTVS SIT DACTILVS ET TRIBVS TROCH⟨A⟩EIS TERMINETVR: SOLVITVR · ACRIS HI · EMPS GRA · TA VICE · VERIS · ET FA · VONI. SEQVENS VERSVS VNA SYLLABA IAMBICO TRIMETRO MINOR EST. HABET ENIM QVINQVE IAMBOS CVM SVPERFLVA SYLLABA: TRAHVNT · QVE SIC · CAS MA · CHINAE · CARI · NAS; QVOD SI DIXERIS CARINVLAS, ERIT INTEGER TRIMETER (*Arvcp*

**1.** SOLVITVR] Mollescit (*AΓ′* (*raLv*) *cp*

ACRIS HIEMPS] Nomen neutrale a masculino, ab eo quod est acer, unde etiam in masculino in 'is' desinit; ideo commune, et omne nomen facit, ut 'acris hiemps', 'acris sinapi' (*AΓ′* (*rLv*) *p*

**2.** TRAHVNTQVE SICCAS MACHINAE CARINAS] De nauaalibus aut pro reparatione aut pro hieme subductas conpetenti tempore nauigationis in maria reuocari (*AΓ′* (*raLv*) *cp*

**3.** AVT ARATOR IGNI] Mutari etiam usum uitae mutatione temporis, ut Vergilius (ecl. 5, 70):

Ante focum, si frigus erit, si messis, in umbra

(*AΓ′* (*rLv*) *p cons. c*

3 itifallicum *A* *item v ut uid.* phalleucium *r* faleucium *p* falleutium *c* 4 archilocium *A* archiloicum *rv* archilocum *p*, *recte c* archilocus *rvp, recte Ac* 5 heroica *p* 6 bucolice *vcp*] bucolicon *A* bucolicen *r* 8 sequens — superflua sillaba *Arv*] sequens uersus dimeter (dimenter *p*) iambicus est cum una superflua sillaba (syllaba *p*) ita *cp* 9 syllaba — iambos *om. v* 9. 10 (*utrobique* sillaba *omn. praeter p*) 14 uom *A* 20 nauigationes *a* reuocari *K.*] reuocare *AaLvcp* reuocandȩ *r*, *cf. sequens schol.* (nauigationes reuocant *Hauthal*) 22 mutatione *Γ′ cp*] mutationem *A* 23 uergī *A* uirg: *cett.*

**4.** CANIS] Caudentibus (*AΓ'* (*rLv*) *cp*

**5.** IAM CITHEREA CHOROS DVCIT VENVS] Clementia dicit temporis etiam ad ludum animos inuitari, ita ut in noctem salta[n]tibus uacent uoluptatem satiantes, unde et Venerem posuit. Per Nymphas autem mulieres intellegi uoluit, per Gratias uirgines. Ista enim tamquam Epicureus ponit, suadens uoluptuose uiuendum pro fragilitate uitae, nec praetermittendam Venere adridente laetitiam (*AΓ'* (*rαLv*) *cons. cp*

IMMINENTE] Appropinquante (*AΓ'* (*rαLv*) *cp*

**7.** ALTERNO TERRAM QVATIVNT] Pro sono cantilenae ad rithmum pede ferientes (*AΓ'* (*rLv*) *cp*

GRAVIS] Pro operis labore (*AΓ'* (*rαLv*) *cp*

**9.** NITIDVM CAPVT] Vnguentis delibutum (*AΓ'* (*rαv*) *cp*

IMPEDIRE MIRTO] Coronare (*AΓ'* (*rαv*) *cp*

**10.** TERR⟨A⟩E QVEM FERVNT SOLVTAE] Solutas terras liberas dixit, hoc est incultas. Nam Vergilius, dum culturam loqueretur, [dixit] (*georg.* I 99):

Exercetque frequens tellurem atque imperat aruis.

Idem inculta iniussa ait (*georg.* I 55, 56):

Iniussa uirescunt
Gramina.

Potest et soluta terra aperta iam uere intellegi; nam pro temporibus et patescit et clauditur, ut Vergilius (*georg.* II 324):

4 saltatibus *K.*] saltantibus *codd.* uoluptatem satiantes *edit. uet. et Pauly* uoluptate faciente *AΓα* uoluptatem faciente *cp*, *euanuit v*, uoluptatem facientes *Hauthal* 5 nimphas *A* 8 letitiã *A* 11 cantilene *A* 12 rithmum *Av*] rihthmū *r* rithimum *Lcp* pede *cp*] pedem *AΓ'* ferientes *K.*] ferientis *codd.* 18 hoc est] hẽ *A* nam] unde *α* uirg: *codd.* dum] *om. α* culturam *A*] culturis *α* de cultura *rv* de agri cultura *p* de agricultura *c* 19 [dixit *r*] dx· *v* dicit *α* ait *cp om. A* 21 inculta *p*] inculto *c* de inculta *Arv* deinde culta *α* iniussa ait *p*] ut *c om. Arαv* (culta iniussa uiresc *α* in ras.) 25 uirg: *codd.*

Vere tument terrae.

Et de hieme (*georg.* II 317):

Rura gelu tum claudit hiemps (*AΓ′* (*rαν*) *cons. cp*

**11.** NVNC ET IN VMBROSIS FAVNO DECET INMOLARE LVCIS] Quasi expleto anno et nouo redeunte reddenda sunt diis agrestibus uota, ut Vergilius (*georg.* I 341):

Tum pingues agni et tum mollissima uina

(*AΓ′* (*rαν*) *cons. cp Porph.*

**13.** PALLIDA MORS] Epitheton mortis, eo quod pallidos faciat (*AΓ′* (*rαν*) *p cons. c*

**14.** REGVMQVE TVRRES] Pro altioribus domibus posuit, ut tabernas pro humilioribus (*AΓ′* (*rαν*) *cp*

**15.** SVMMA] Pro breuium annorum numero posuit, ut Vergilius (*georg.* III 284):

Sed fugit interea, fugit inreparabile tempus

(*AΓ′* (*rαν*) *c cons. p*

*Summa (*ν*)] Supputatio (*Γ′* (*rαν*) *cp*

**16.** FABVLAEQVE MANES] Manes dii boni dicebantur, unde et mane tractum putatur, aut certe [somnus potius quam] inferi, qui sunt fabulosi, unde Vergilius (*Aen.* VI 269):

Perque domos Ditis uacuas et inania regna

(*AΓ′* (*rαν*) *cons. cp*

**17.** MEARIS] Ieris, perueneris (*A r*

4 DECET] licet *A* īmolare *A* 6 sunt *Acp*] sint *rαν* diis agrestibus uota *A*] uota diis agr: *cett.* uirg: *codd.* 7 pingues agni (anni *r*) *codd.*; *Verg. uero et Porph. exhib.* somni dulces 9 epytheton *A* 14 uirg: *codd.* (inr: *omn. codd.*) 19 aut certe somnus potius *A* aut certe potius somnus *r* aut potius (pocius *α*) aut (aut *ν*) certe somnus pocius *αν* somnus potius quam *om. cp Hauthal* 20 inferri *A* uirg: *codd.*

**18.** *Nec regna u. s. t.] Non accipies per sortem regna uini (*r v c cons. p*

**19.** *Tenerum Lycidam (*c*)] Delicatum puerum a te stupratum (*Γ′* (*r α v*) *c p*

*Quo calet iuuentus (*p*)] Quem inpatienter amat (*Γ′* (*r α v*) *c p*

---

## CARM. I 5

[AD PYRRAM MERETRICEM CO⟨M⟩MENTVM INCIPIT (*A*]

METRVM DVOBVS VERSIBVS ASCLEPIADEVM, TERTIVS FEREGRATIVS, QVI CONSTAT SPONDEO, DACTILO ET SPONDEO, ITA: GRATO · PYRRA SVB · ANTRO. QVARTVS GLICONIVS EST, QVI CONSTAT EX SPONDEO ET DVOBVS DACTILIS, ITA: CVI FLA · VAM RELI · GAS COMAM (*A r v c p*

**1.** QVIS MVLTA GRACILIS TE PVER IN ROSA] Percontatur Pyrram, cum qua olim consueuerat, quo amatore nunc iuuene fruatur, et munditias eius uel blanditias laudat, sed quadam adhuc amantis inuidia, qua indicat se ueluti cum dolore eius illecebras, quibus capit ignauorum adulescentium animos, tamquam naufragium euasisse per damna (*A Γ′* (*r α o v*) *cons. c p*

GRACILIS] Delicatus, tenuis, unde et (*Verg. georg.* IIII 472):

Vmbrae ibant tenues (*A r v c p*

**2.** LIQVIDIS VRGET ODORIBVS] [Pro fluxu seminali idest] coitu et libidine (*A Γ′* (*r α v*) *c p*

5 amat *cp*] amas *r α v* 10 feregratius *A v c p*] feregracius *r* 11 pyrra *r c*] pirra *A v* (pyrrha *p*) gliconius *A c*] gliconicus *r v p* 15 pyrram *r α o c*] pirram *A v* 17 indicat se *o v*] indicat *p* dicat *A r α* se dicat *c* 19 adul: *A v c*] adol: *r α o p* 24 pro — seminali *om. A* pro *r α c p*] idest *v* idest *om. A α r*

**3.** GRATO, PIRRA, SVB ANTRO] Quae et loci gratia et unguentorum iuuetur; nam in antris prostare consueuerunt, unde et fornices dicti (*A Γ′* (*r α ν*) *c p*

**4.** CVI FLAVAM R. C.] Cui comaris? (*A Γ*(*r α*)

**5.** SIMPLEX MVNDITIIS] Simplicem munditiis dicit animo factiosam (*A r ν c p*

**6.** *Mutatosque deos (*c*)] Sibi iratos, dum permiserunt illum in foueam cadere meretriciam (*Γ′* (*r α ν*) *c p*

MVTATOSQVE DEOS FLEBIT] Vt, mutatam felicitatem suam dum queritur, ipsa ingratitudine nudet amatorem. Hoc autem iuxta opiniones hominum dixit, qui iratis aut propitiis diis lucra siue dispendia sua applicant, ut Lucanus (I 510. 511):

O faciles dare summa deos, eademque tueri
Difficiles! (*A Γ′* (*r α ν*) *cons. c p*

**6. 7.** ET ASPERA NIGRIS AEQVORA VENTIS] Bene allegoricos aspera aequora et auram fallacem meretricem uocauit, hoc est inconstantem; nam dum blandiendo incipientem trahat, captum crudeliter nudat, inconstantiae maris similis. Vnde Vergilius (*Aen.* V 849. 851):

Mene huic confidere monstro?
Et caeli totiens deceptus fraude sereni?

Idem (*Aen.* IIII 569. 570) de perfidia mulierum:

Varium et mutabile semper
Femina (*A Γ′* (*r o ν*) *cons. c p*

**8.** INSOLENS] Inconsuetus et inexpertus amorem meretricum (*A Γ* (*r o*) *c cons. ν p*

1 que *A* 2 prostrare *A* 3 unde — dicti *om. r* 4 comeris *A α* 5 munditiis *c p*] mundiciis *r ν, A parum liquet* 7 permiserint *ν* 8 in fouea illum cadere meretricia *r* illum cadere in foueam meretriciam *α* illum in foueam meretriciam cadere *p* 9 ut] *om. ν p* 11 qui — difficiles] *om. α* 18 dum] cum *ν ut uid.* quem *p* insipientem *ν* 19 trahit *o p* 20 uirg: *codd.*

**9.** AVREA[M] Pulchram aut certe diuitem siue simplicem significat (*A Γ'* (*r o v*) *c p*

**10.** VACVAM SFMPER AMABILEM] Sibi uacantem, sine dolo, aliis contemptis, suo amori deseruientem (*A Γ'* (*r o v*) *c cons. p*

**11. 12.** *Aurae f. (*p*)] Mutabilitatis femineae (*Γ'* (*r α v*) *o c p*

**12.** *Miseri (*c p*)] Mira uarietas; dicendo enim eos miseros, quibus fulgebat intemptata, quasi beatum se profitetur, qui iam ab ea euasit, sicut in sequentibus dicit (*Γ'* (*r o v*) *c cons. p*

**12. 13.** QVIBVS INTEMPTATA NITES ME TABVLA] Ac si diceret: adhuc non probata ignoranti nites et places (*A r v c p*

**14.** VOTIVA PARIES INDICAT VVIDA] Metaphora a naufragis, qui euadentes pictas cladibus suis tabulas praeferunt, et cum quibus euaserint uestibus, eas Neptuni templo suspendunt, ut Iuuenalis (14, 301. 302):

Naufragus assem
Dum rogat et picta se tempestate tuetur;

et Vergilius (*Aen.* XII 768):

Seruati ex undis ubi figere dona solebant.

Hoc autem per allegoriam ostendit post nuditatem suam a meretricis eius se amore liberatum (*A r v cons. c p*

VVIDA] Madida (*A Γ'* (*r α v*) *c p*

**16.** MARIS DEO] Neptuno (*A Γ'* (*r α v*) *c p*

1 pulchram *A o c* pulcram *p* pulchra *r v* diuitem *A o v c p* diuite *r* simplicem *A o v c p* simplice *r* 2 significat *v c p*] *om. cett.* 13 si] sic *A* 15 metaphora *r v*] metafora *A p* methaphora *c* 18 iuifenat *A* 20 dum *r p*] uim *A c* ui *v* 21 uergilius *om. A* uirg: *cett.* et *ante* uirg: *pon. c, post* uirg: *r v, om. p* 23 hoc] hic *c p* 24 eius] *om. r v*

## CARM. I 6

[AD MARCVM AGRIPPAM (*A*]

METRVM TRIBVS VERSIBVS ASCLEPIADEVM, QVARTVS GLICONIVS (*Arv cons. αcp*

**1.** SCRIBERIS VARIO FORTIS ET HOSTIVM VICTOR] Dicit Agrippae: nauales seu terrestres uictoriae tuae scribentur a Vario perfecto oratore; ceterum ingenium suum inpar metrorum ludo deditum laudes bellicas canere (*AΓ′* (*rαv*) *cons. cp*

**2.** MEONII CARMINIS ALITE] Homeri, qui de Meonia fuit (*AΓ′* (*rαv*) *cons. cp*

ALITE] Auspicio siue bono omine (*AΓ′* (*rαov*) *cp*

**3.** FEROX] Fortis (*AΓ′* (*rov*)

**5.** *Ordo talis est: quamcumque rem ferox miles gesserit te duce nauibus aut equis, nos tenues neque conamur dicere haec nec conamur dicere grauem stomachum Pelidae (*Γ′* (*rαv*) *cons. cp*

**6.** PELIDAE STOMACHVM CEDERE NESCII] Inuicti, ferocis, ut (*Verg. Aen.* XII 527. 528):

Rumpuntur nescia uinci
Pectora (*Arp cons. c*

**7.** NEC CVRSVS DVPLICES PER MARE VLIXEI] Aut propter errores dictum, aut quia fertur dolosus, aut certe duplices propter uiginti annos; nam dum alii duces capta Troia post decem annos reuersi sunt, Vlixes solus post uiginti annos ad patriam dicitur reuersus (*AΓ′* (*rαv*) *cons. cp*

6 uictorie *A* 7 inpar *v*] impar *cett.* 10 homeri *A*] quali usus homerus dicitur *r* quali omine usus est homerus *o* quali usus est homerus *αv cons. cp* 12 homine *A* 14 talis] *om. rα* est] *om. rc* 22 aut propter — dolosus] *cons. Porph.* 24 dum] cum *v om. α*

*Ordo est: nec conamur dicere duplices cursus Vlixei per mare, nec conamur dicere saeuam domum Pelopis, dum pudor et Musa potens lyrae uetat deterere laudes egregii Caesaris et tuas culpa ingenii (*Γ′ (rαv) cp*

**8.** NEC S⟨A⟩EVAM PELOPIS DOMVM] Propter Atreum et Thiestem, a quibus diis epulae humanae carnis appositae sunt, unde et tragoediam Var⟨i⟩us scripsit, quem et Vergilius laudat (*eclog.* 9, 35. 36):

Nam neque adhuc Var⟨i⟩o uideor nec dicere Cinna
Digna (*AΓ′ (rαv) cons. cp*

**9.** CONAMVR TENVES GRANDIA] Ac si diceret: nos tenues non audemus grandia (*AΓ′ (rαv) cp*

Extenuat uires suas (*rvcp*

**10.** IMBELLISQVE LIRAE MVSA POTENS V.] Quae nesciat res bellicas et altas describere uel tristes (*AΓ′ (rαv) cp*

**13.** TVNICA] Lorica (*Arv*

*Adamantina (*vcp*] Allusit propter duritiam; nam bellum in quibusdam insuperabile est (*Γ′ (rov)c cons. p*

**15.** NIGRVM MERIONEM] Virum fortem, pugnando squalentem. [Hic enim fortiter pugnauit in bello Troiano] (*AΓ′ (rov) cp*

**16.** TYDIDEM] Diomedem (*AΓ′ (rov) cp*

**17.** *Nos conuiuia (*cp*)] Idest tantum ex uoluptatibus scribimus (*rvc cons. p*

**18.** SECTIS IN IVVENES VNGVIBVS] In os iuuenum, ad repugnandum acutis unguibus et praeparatis (*Arvc cons. p*

1 Ordo est *v*] *om. cett.* 2 nec — pelopis] *om. v* nec nos tenues conamur *rα* grauem domum *rα* 6 thiestem *Arvp*] thiesten *αc* epulae — sunt] ad conuiū suum conuocatis humanas carnes epulandum apposuerunt *v* 8 uirg: *codd.* 11 conam' = conamus *A* 21 hic — troiano *om. A* enim *om. ovcp*

**19.** CANTAMVS VACVI] Amore uacui, hoc est non amantes et securi (*AΓ′* (*r o v*) *c p*

*Siue quid urimur (*c p*)] Idest aliquid amamus; qui enim amat, uritur (*Γ′* (*r o v*) *c p*

SIVE QVID VRIMVR NON PRAETER S. L.] Seu forte amantes, et ostendit omni se tempore, seu amantem seu non amantem, id studii habere (*AΓ′* (*r o v*) *c p*

*Ordo est: siue non pr⟨a⟩eter solitum leues quid urimur (*α v c p*

**20.** *Non enim praeter solitum leuis est [qui uritur], dum omni tempore sit inconstans *Γ′* (*r α v*) *c cons. p*

LEVES] Nil constantiae habens, quae est consuetudo amatoribus (*AΓ′* (*r o v*) *cons. c p*

---

## CARM. I 7

[AD MVNATIVM PLANCVM (*A*]

METRVM HEROICVM: PRIMVS VERSVS EXAMETER EST; SEQVENS VERO TETRAMETER EST ET FALLISCVS APPELLATVR, EO QVOD EX IIII PEDIBVS VLTIMIS CONSTET VERSVS HEROICI (*A r v cons. c p*

**1.** LAVDABVNT ALII CLARAM RHODON] Munatium Plancum alloquitur consularem uirum Tiburtem oriundo, in cuius gratiam dicit, cum diuersis poetis studium sit diuersas insulas oppidaque certorum numinum gratia celebrare carminibus, sibi †Tiburtem esse laudandam, cuius

3 idest] *om. r o* 8 siue *α v*] seu *c p* 10 qui uritur *r α v om. c p* 12 habens *A*] habentes *cett.* 17 uero] et *A* falliscus *A c*] faliscus *r* falsicus *v* phaliscus *p*, *scribere debuit* Phalaecius apellatur *A* 21 tiburtem *A α c*] tyburtem *r o* tiburte *v p* oriundo *A r α o c*] oriundum *v p*, *cf. schol. c. I 27, 11* 22 gratiam *A r o p*] gratia *α v c* 24 tiburtem *codd.* Tibur *edit. uet.* Tiburtem ciuitatem *siue* regionem *Hauthal* Tiburtem urbem *Pauly* laudandam *r α o v c*] laudam *A* laudandum *p* cuius — telamonii] *om. v*

uoluptate capiatur uel amoenitate †se et Albuneae Nymphae eiusdemque nemoris uicini †ac car Tiburi; de quo Vergilius (*Aen.* VII 82. 83):

Lucosque sub alta
Consulit Albunea.

Tibur autem Tiburnus condidit, a quo nomen ciuitati est. Hic fuit filius Catilli, filii Amphiarai, ut (*Verg. Aen.* VII 672):

Catillusque acerque Coras.

Sed hac ode Plancum hortatur, ut curas uoluptatibus relaxet, exemplo Teucri Telamonii (*AΓ′*(*rαov*) *cons. cp Porph.*

RHODON AVT MITILENEN AVT EPHESVM] Maritimae Graeciae ciuitates (*Arvp cons. c*

2. BIMARISVE CORINTHI MOENIA] Quia et Ionio et ⟨A⟩egeo alluitur (*AΓ′*(*rαov*) *p cons. c*

3. BA⟨C⟩CHO THEBAS VEL APOLLINE DELPHOS] Sicut enim apud Thebas Dionisus, sic Delphis Apollo colitur, a quibus honorem et patriae sortiuntur (*Arv cons. cp*

4. AVT THESSALA TEMPE] Amoenitatem Thessaliae. Tempe enim tribus casibus declinatur: nominatiuo, accusatiuo et uocatiuo (*AΓ′*(*rov*) *cons. cp*

5. SVNT QVIBVS VNVM OPVS EST] Ac si diceret: unum studium est laudibus dicendis operam dare certos et

1 capiatur *p*] capiantur *Arαo* capiamur *c* amenitate *A*, *recte ro* se et *A* s; et *rc* se pe et *o*, *om. α* se⟨cr⟩et⟨arii⟩ *uel* s⟨p⟩e⟨cus⟩ et ⟨fontis⟩ *uel* se⟨dis secr⟩et⟨ae⟩ *coni. K.* nimfę *A* 2 eiusdemque *Aoc* eiusque *p* eiusdem *r* uicinę ac tiburi *α* ac car tiburi *A* ac tiburi *r* ac tyburi *o* ac tiburti *p* ac tiburtis *c* agri Tiburtis *Pauly* agro Tiburti *Hauthal* de — albunea] *om. o*, *item* ut — coras 3 uirg: *codd.* 4 lucos *c*] lucus *Arαp* 7 amfiarai *A* ut] utq (= utqui) *A* 10 sed] *om. α* 13 aut aut mit: *A* 15 męnia *A* 16 all:] *om. α* mari alluitur *cp* 17 bacho *A* 19 honorem et *A cp*] et honorem *rv* 20 amęnitatem *A* 21 nom: — uoc: *om. o* 23 *INCIPIT schol. γ* ac] *om. Ar* 24 certos] certis *Petschenig* certorum *Hauthal*

exinde gloriam quaerere laudando tantum Athenas, quas uocauit urbem Mineruae uelut proprium ciuitatis numen (*A Γ′ α p cons. c*

**6.** CARMINE PERPETVO] Aut uno metro aut non aliorum laudibus mixtis (*A Γ′ c p*

**7.** DECERPTAM] Ex omnibus conlectam (*A Γ′ cp*

*Ordo est: praeponere fronti oliuam undique decerptam (*Γ′ α c p*

**9.** PLVRIMVS IN IVNONIS HONOREM APTVM DICIT EQVIS ARGOS DITISQVE MICENAS] Hoc est: sicut Athenas in Mineruae honorem, ita Argos et Micenas laudari in honorem Iunonis. 'Aptum [autem] equis Argos' genere neutro absolute dixit (*A Γ′ α cons. c p*

**10.** ME NEC TAM P. L. PERCVSSIT] Quia in agone uerberibus inmobiles c⟨a⟩edebantur (*A Γ′ cons. c p*

ME NEC TAM PATIENS LACEDEMON] Post matricidium Orestes cum fureret, adiit oraculum de sanitate; oraculum respondit sic eum posse sanari, si Dianae Scythicae de Taurica simulacrum auferret. Profectus inde uenit Tauricam. Ibi erat soror eius sacerdos, quae aduenas inmolabat; agnouit fratrem, pepercit illi, interrogauit, cur uenisset; ille indicauit. Abstulerunt inde simulacrum, simul soror est secuta; delati sunt ad Italiam, collocauerunt in nemore Aricino simulacrum et consecrauerunt

2 minerue *A* numen *A γ*] nomen *α v c p* numeri *r* 6 clêctam *A* (*ortum ex* c̄lêctam) *om. r* collectam *cett.* 12 autem *om. A* 15 inmobiles *v*] īmobiles *A* inmobilis *γ* immobiles *r c* 17 fureret *Γ′ α c p*] fugeret *A* 18 diane *A* scythicę *v*] sithię *A* 19 profectus — ibi erat] profectus. subierat *α* profectus inde uenit tauricam *v*] profectus *A Γ* profectus itaque est *cp* 20 ibi soror erat soror eius sac: *A* inmolabat — secuta] inmolare consueuerat. sed ipsa fratre agnito pepercit interrogans cur ueniret, aduentuque cognito et infirmitate considerata saluti fratris consulens dedit simulacrum simulque cum illo abiens *v* immol: *A Γ α c* imol: *p* 23 ad] *om. v* et *ante* collocauerunt *inser. Γ′ cp, om. A* 24 aricino *γ p*] aricio *A r α v* arcino *c*

nemus. Post hoc Italis inmite numen et asperum uisum est; miserunt ad Orientem simulacrum, [quod] Lacedemonii susceperunt, et, ne aut crudelitatem aut sacrilegium facerent, statuerunt hoc, ut iuuenis aras ascenderet, superinponeret manus et tamdiu loris c⟨a⟩ederetur ab alio iuuene, quamdiu sanguis de uibicibus in aram manaret et satisfieret numini (*AΓ′α cons. cp*

**11.** LARISSAE CAMPVS [P] OPIM⟨A⟩E] Larissa ciuitas est Thessaliae; a qua et Achilles Larisseus dictus est, ut (*Verg. Aen.* II 197):

Larisseus Achilles (*AΓ′ cons. ocp*

PERCVSSIT] Nimia delectatione animum feriit (*AΓ′ cp*

**12.** *Domus Albuneae resonantis (*v*)] Delectabile nemus est, consecratum Albuneae Nymphae, a qua et nomen accepit (*Γ′αcp*

RESONANTIS] Aquarum sono (*AΓ*

**13.** ET PRAECEPS ANIO] Aut per deuexa cadens aut rapidus (*AΓ′ cp*

*Tiburni lucus] Silua iuxta ciuitatem eiusdem nominis (*Γ′ cp*

**14.** *Mobilibus (*cp*)] Discurrentibus (*Γ′ cp*

[HORTATVR PLANCVM AD VOLVPTATEM (*A*]

**15.** OBSCVRO] Nubilo (*AΓ′*

ALBVS VT OBSCVRO DETERGIT NVBILA C⟨A⟩ELO] Purum aera facit (*AΓ′ cp*

1 inmite *γαv*] immite *rp* immitte *Ac* 2 miserunt *A*] miseruntque *Γ′αcp* quod *Γ′αcp om. A* 3 acceperunt *γα* 4 et *ante* superimp: *inser. Γ′αcp, non A* 5 et manus super inponeret *v* superponeret *α* superinp: *Γ′* superimp: *Acp* 8 lariseus *r memorabili sane scriptura* 9 ut — achilles *om. Γ′, non o* ut] *om. cp* 12 feriit *c*] fer$^{i}$t *A* ferit *Γ′p* 22 AD PLANCVM NVMATIVM (*om. r*) HORTATIO (ORATIO *γ*) BENE VIVENDI (*Γ* 24 NVBILA] nubilo *A*

⟨Albus . . . Notus⟩ quem Graeci *Λευκόνοτον* appellant idest serenum (*AΓ′ cp cons. Porph.*

**17.** MEMENTO] Memor esto (*AΓ*

**19.** MOLLI PLANCE MERO] Aut leni aut suaui; nam uino in obliuionem curae ueniunt et tristia fugantur, ut Vergilius (*Aen.* I 734):

Adsit laetitiae Bacchus dator (*AΓ′ cp*

*Plance (*p*)] Vocatiuus proprii nominis (*Γ′ cp*

FVLGENTIA] Splendentia aut luce coruscantia (*AΓ′*

SIGNIS] Ac si diceret: seu signis militaribus seu bellis miscearis (*AΓ′ αcp*

**21.** TEVCER SALAMINA] Ciuitas Telamonis. Hic filiis suis Teucro et Aiaci ad Troianum bellum proficiscentibus legem posuit, ut alter sine altero non rediret. Aiace se perimente, quod per dolum Vlixis iudicio armorum uictus sit, cum ipse corpus Achillis liberasset, Teucer, memor imperii paterni, patrem et patriam fugiens, responso Apollinis cum sociis alibi condidit ciuitatem. Hunc fugientem dicit hortando comites suos ad pocula consolatum et uino tristitiam mitigasse (*AΓ′ α cons. cp*

**22.** VDA LIAEO] Vino madida (*AΓ′ cp*

**25.** QVO NOS CVMQVE FERET MELIOR FORTVNA PARENTE] Quae det patriam, quam pater negauit (*AΓ′*

**25. 26.** *Ordo est: o socii et comites, ibimus, quocumque feret nos fortuna melior parente (*Γ′ α cons. cp*

**27.** *Auspice (*p*)] Fautore uel sponsore (*Γ′ αcp*

1 quem] qđ *v* *λευκόνοτον*] *lacuna in c* leuconotum *vp* leuconot$^{v}$ *A* leuconothum *r* leuo//noū *γ* 5 tristia *Ac*] tristitia (tristicia) *Γ′* fugantur *Acp*] fugatur *Γ′* ut — dator] *om. c* ut] *om. vp* 6 uirg: *codd.* 7 letitiae *Ap* 12 hic — suis] ipse enim telamonis (*leg.* telamon) filiis suis *v* 13 bellum troianum *v* ut aut bello simul interirent aut ambo redirent, alter uero sine *v* 14 non] ne *v* rediret omni modis cauerent aiace *v* 17 paterni imperii *r* paternae legis et imperii *r* patriamque *v* 18 ciuitatem condidit *v* 22 foret *A*

AVSPICE TEVCRI] Apollinem dicit, cuius responsum uel promissa sequebatur (*A Γ′ c p*

**28.** CERTVS] Non fallax, sed ueridicus (*A Γ′ α c p*

**29.** AMBIGVAM TELLVRE NOVA SALAMINA F.] Duplicem, uel quia una in Cipro, altera in Attica regione esse dicitur, uel quia un'a pulsus est, alteram condidit. Vergilius (*Aen.* III 180) similiter ambiguam duplicem posuit:

> Agnouit prolem ambiguam geminosque parentes

(*A Γ′ cons. α c p*

NOVA[M] SALAMINA] Incognita, peregrina (*A Γ′ α p sim. c*

**30.** PEIORAQVE PASSI] Vergilius (*Aen.* I 199):

> O passi grauiora (*A Γ′ α* (*ex Porph.*)

**32.** ITERABIMVS AEQVOR] Iterum nauigabimus (*A Γ′ α*

---

## CARM. I 8

[AD LIDIAM MERETRICEM (*A B*]

METRVM CHORIAMBICVM, QVOD CONSTAT EX CHORIAMBO ET BACCHIO, [ITA]: LYDIA DIC · PER OMNES. SECVNDVS EX EPITRITO SECVNDO, [ET] DVOBVS CHORIAMBIS ET BACCHIO: HOC DEOS VE · RE SYBARIM · CVR PROPERES · AMANDO (*A B Γ′ cons. c p*

1 promissa uel responsa *γ v* responsum et promissa *r* responsum *A r p*] responsa *γ v c* 6 uer̄ *A*] uirg: *cett.* 7 ambiguam duplicem *c p*] duplicem *A r* pro duplici ambiguam *v om. γ α* 10 incognitam peregrinã *A α* incognita, peregrina *cett.* 12 uerḡ. *A*] uirg: *cett.* 17 coriābic̄ *B* coriambo *B* 18 baccho *A* bachio *B Γ′ c p* ita *v c p om. A B Γ* lidia *A* 19 [et] *om. A γ* duobus ch: *r c p*] duobus coriambis *B* choriambis duobus *γ v* duobus *A* bacchio *A B*] bachio *Γ′ c* 20 hoc *A B γ v c*] te *r p* uere *A B v*] oro *Γ c p* sybarim *B r*] sibarim *A γ v c p*

**1.** LIDIA DIC PER OMNES] In Lydiam dicit uulgaris formae mulierem et sibi aliquando dilectam, cur ita Sibarim diligat iuuenem, ut eum ab omnibus officiis amore sui desistere fecerit, intermissa etiam exercitatione campestri, et sic aput eam lateat, sicut apud uirgines Lycomedias Achillem ferunt, quod per zelotypoteron in riualem dicit (*A Γ′ α p cons. c*

*Ordo est: Lydia, dic uere hoc, scilicet quod interrogo per omnes deos (*Γ′ c p*

**3.** AMANDO PERDERE] Per cata antiphrasin declamat 'amore perdere', unde (*Verg. ecl.* 8, 41):

Vt uidi, ut perii! (*A Γ′ c p*

APRICVM CAMPVM] Amoenum, uoluptuosum (*A Γ′ α c p*

**4.** *Patiens (*c*)] Idest cum possit iam ferre militares labores (*Γ′ α c p*

**7.** TEMPERET O. F.] Idest equos frenis domet, ut Vergilius (*georg.* III 208):

Duris parere lupatis (*A Γ′ α p cons. Porph.*

**8.** TIBERIM FLAVVM TANGERE] Natare, quod adulescentibus inter summa erat uirtutum et exercitationis studia. Flauum autem inundatione turbidum dixit, unde Vergilius (*Aen.* VII 31):

1 omĩs *A* 2 dilectam *edit.*] dilectae *codd.* 3 offitiis *A* 5 aput eam *A γ pr. aut corr.*] apud *uel* ap̄ eam *cett.* licomedas *A Γ c p* lichomedas *α* lycomedis *v* 6 quod — dicit] *om. α* zelotipoteron *A Γ* zelopoteron *v* isteroproteron *c* h.isteron proteron *p, cf. gloss. Iuuenal. ed. Lommatzsch p. 438:* zelotypus idest zelo plenus uel inuidiosus et suspiciosus 8 uere *r α v*] oro uere *p* oro *γ c* 10 peccata antifrasin *A* per] /// *c* cata antiphrasin *Γ*] cata antifrasin *v* catri antifrasin *c* catahantiphrasim *p* 13 amenũ *A* 14 idest *r α p*] *om. v c*, *euanuit γ* 16 *schol. om. c per errorem* ut] *om. v p* 17 uerḡ *A*] uirg: *cett.* 20 uirtututũ *A* 21 flauum — amnem] *om. c* flauum autem *om. v* unde] *om. v* ut *r* 22 uerḡ *A*] uirg: *cett.*

Et multa flauus harena.

Lucanus (VIII 374):

Nec frangit nando uiolenti uerticis amnem

(*AΓ′ α cons. cp*

**10—12.** *Ordo est: neque iam nobilis gestat brachia liuida armis, s⟨a⟩epe expedito disco trans finem, [et] s⟨a⟩epe expedito iaculo trans finem (*Γ′ α cons. cp*

**10.** LIVIDA GESTAT ARMIS BRACHIA] Assiduo usu et pondere armorum (*AΓ′ cp*

Ad insigne uirtutis (*Aγv*

**11.** *Disco] Genus ludi (*Γ′ αcp*

S⟨A⟩EPE DISCO] Posinaclum dicebant certi ponderis discum, quo iuuenes in agone contendebant. Fortior iudicandus, qui ultra designati eum spatii finem iecisset. Ita et missilibus certabatur (*AΓ′ cp*

**12.** EXPEDITO] Misso (*AΓ′*

**14.** QVID LATET VT MARINAE FILIVM] Achillem dicit a Thetide absconditum metu belli Troiani (*AΓ′ αc cons. p*

**16.** *Licias cateruas (*p*)] Lycii populi fuerunt Troianis ferentes auxilium (*Γ′ αcp*

*Pro⟨ri⟩peret (*p*)] Raptim uel incaute iret (*Γ′ αcp*

---

## CARM. I 9

[AD THALIARCHVM DE VOLVNTATIBVS (*A*)]

METRVM DVOBVS VERSIBVS ALCAICVM, QVOD CONSTAT EX CAESVRA PENTIMIMERE IAMBICA ET DVOBVS DACTILIS:

2 et lucanus *v* 6 s⟨a⟩epe exped: d: trans finem *om. v* 7 sepe . . . sepe *Γαc* et *r*] *om. γαcp* 10 *hoc schol. cum schol. u. 8 continuant codd.* uirtutum respicit *v* 14 spacii *A* 17 achilen *A* achillem *cett.* 24 alaicum *A* 25 caesura *r*] cesura *cett.* pentimimere *A*] pentimemere *Γ′* pentimemeri *p* ·

VIDES VT ALTA · STET NIVE · CANDIDVM. TERTIVS DIMETER IAMBICVS YPERCATALECTICVS, IDEST EX DVOBVS DIIAMBIS VEL EX QVATTVOR IAMBIS ET SILLABA, ITA: SILVAE · LABO · RANTES · GELV · QVE. QVARTVS PINDARICVS EX DVOBVS DACTILIS ET DVOBVS TROCHEIS; ITA: FLVMINA · CONSTITE · RINT A · CVTO (*AΓ′ cons. cp*

*Inter Feregratium et Pindaricum hoc interest: Feregratium constat spondeo, dactilo et spondeo, Pindaricus ex duobus dactilis et duobus trocheis (*Γ′ p cons. c*

**1.** VIDES VT ALTA STET NIVE CANDIDVM SORACTE] [Idest] cooperiatur, ut (*Verg. Aen.* VI 300):

Stant lumina flammae

et (*Verg. Aen.* XII 407. 408):

Puluere caelum
Stare uident (*AΓ′ cp*

**1. 2.** CANDIDVM SORACTE] Candens niuibus, mons Flaminiae uicinus, in quo Apollo colebatur (*AΓ′ αp cons. c*

**2.** ONVS] Pondus niuium (*AΓ′ αp om. c*

**3.** *Siluae laborantes (*p*)] Ponderis magnitudine *Γ′ αcp*

**4.** GELVQVE FLVMINA CONSTITERINT ACVTO] Nimietate frigoris etiam flumina concreta a cursu suo stetisse dicit (*AΓ′ αp cons. c*

**5.** SVPER FOCO] [De] ut (*Verg. Aen.* I 750):

Multa super Priamo rogitans

et alibi (*Aen.* VI 203):

Gemina super arbore sidunt (*AΓ′ cons. cp sim. α*

3 silue *A* labo · rante *A* 11 idest *cp om. cett.* 15 uident *Γp Verg.*] uidet *Av* uidetur *c* 17 fl: uic:] apulie *c* apud hirpinos *p* flāminiae *Av* flaminie *rα* flamme *γ* 25 de *rα om. cett.*

**6.** LARGE REPONENS] Abundanter, copiose, pro foci magnitudine (*AΓ′ c cons. p sim. α*

*Benignius (*cp*)] Remissius solito (*Γ′ cp sim. α*

**7.** *Deprome (*cp*)] Hauri, propina (*Γ′ αcp*

*Quadrimum (*cp*)] Quattuor annis inueteratum (*Γ′ αcp*

**8.** O THALIARCHE] Nomen eius, ad quem loquitur (*AΓαp cons. c*

*Diota (*cp*)] Vinarium uasculum [idest] magarum (*Γ′ αcp*

**9.** PERMITTE DIVIS CETERA] Ordinationi numinum cuncta debere committi [dicit] (*AΓ′ αcp*

*Cetera (*p*)] Idest omnes sollicitudines (*Γ′ αp cons. cp*

QVI SIMVL] 'Simul' dixit 'in momentum' omnia tranquillantes (*AΓ′ αcp*

**10.** STRAVERE VENTOS AEQVORE FERVIDO] Placidum fecere. Vergilius (*Aen.* VIII 89):

Sterneret aequor aquis, remo ut luctamen abesset

(*AΓ′ cp*

*⟨A⟩equore feruido (*c*)] Concitato mari, propter proeliantes uentos (*Γ′ αp cons. c*

**12.** NEC VETERES AGITANTVR ORNI] [Nec commouentur] sedato flatu uentorum (*AΓ′ p cons. c*

**13.** QVID SIT FVTVRVM CRAS, FVGE QV⟨A⟩ERERE] In uituperationem mathesis dictum, quae magis cruciat expectatione et inquisitione futurorum (*AΓ′ cp*

**14.** QVEM FORS DIERVM CVMQVE D. L. A.] Idest euentus dierum lucrare et memor mortis citae nec laetitiam nec amores omitte (*AΓ′ αcp*

9 idest *om. v, α parum liquet* magarum *rαc*] magarā *γ om. v* magorum *p* *μάγγανον Hauthal* 'diota idest magara' *schol. m Monac.* 12 dicit *γcp om. Arαv* 13 idest] *om. rc* 14 simul dixit] *om. v* momentum *Aγαp*] momento *rvc* omnia tranq:] *om. v* 17 uergĩ *A*] uirg: *cett.* 18 equor *A* 22 nec *cp*] *om. cett.* commouentur *om. A* 23 fletu *A* 27 idest] *om. αvcp* 28 dierum lucrare] *om. v* et] *om. v* letitiam *A*

**15.** *Appone (*c*)] Patienter fer et habe pro lucro, quemcumque dierum dabit tibi fors (*Γ′ α cons. o c p*

**16.** NEQVE TV CHOREAS] Choreae a choro dictae, quod iunctis manibus saltetur (*A Γ′* (*γ α o ν*) *p cons. c*

**17.** VIRENTI CANITIES ABEST] [Tibi scilicet] iuueni et adhuc uiridi, aetatis bono (*A Γ′ c p*

**18.** MOROSA (*p*)] Quae totum tarda deliberatione faciat (*A Γ′ α c p*

CAMPVS] Planus ad ludum locus (*A Γ′ c p*

**19.** *Lenesque (*p*)] Voluptuosi (*Γ′ α c p*

LENESQVE SVSVRRI] Confabulationes (*A Γ′ α c p*

**20.** COMPOSITA] Statuta (*A Γ′ α cf. Porph.*

**22.** *Ordo est: nunc et gratus risus proditor puellae latentis ab intimo angulo repetatur [a te] (*Γ′ α o c p*

GRATVS PVELL⟨A⟩E RISVS AB ANGVLO] Tale est et illud Vergilii in bucolicon (3, 65):

Et fugit ad salices, et se cupit ante uideri

(*Γ′ α c p ex Porph.*

*Gratus puellae (*p*)] Puellam dicit sibi gratam, quae saepe meretricio ritu manibus labitur amatoris, hanc autem dicit repeti debere (*Γ′ c p*

**23.** *Pignusque direptum lacertis (*p*)] Pignus est aut armilla de brachio aut anulus de digito datus causa ueniendi ad constitutum locum et subdole. Nam fingunt se retinere, quod uelint sibi adimi, ut habeant iustam causam ueniendi (*Γ′ o c p*

2 siue bonum siue malum *post* dierum *inserunt ν c p, om. r, ut proprium schol. exhibet gloss. γ* tibi *γ*] *om. cett.* sors dabit *ν* 3 dicte *A* 5 tibi scilicet] *om. A, cett. om. α* 6 etatis *A* 7 quae] quod *c p* q *α* 11 fusurri *A* 13 est *γ α o c*] *om. r ν p* 14 a te *Γ′ α c p*, *om. o; inrepsit e glossa ad uersum* 20 *pertinente* 15 tale est et illud *A*] tale est illud *Γ α Porph. om. ν c p* 16 uergilii *Porph.*] uirgilii *A Γ α* uirgilius *ν c p* in bucolic (*ortum ex* bucolic̄) *A* in bucolico *Γ α om. ν c p* 20 saepe *p* sepe *cett.* 21 repeti debere *ν*] repetere *Γ* repetendam *c p* 25 uelint] uolunt *α c*

**24.** *Male pertinaci (*c*)] Male in tenendo perseuerante (*Γ′* (*r o v*) *c p*

---

## CARM. I 10

[AD MERCVRIVM (*A B p*]

METRVM SAPPHICVM ENDECASYLLABVM (*A B r v c p*

**1.** MERCVRI FACVNDE] Laudat ab arte (*A Γ′ α c p*

NEPOS ATḤLANTIS] Laudat a genere (*A Γ′ α sim. c p uidv appar.*

**2.** QVI FEROS CVLTVS H. R. V. F.] Qui inconpositos hominum mores tua eloquentia domuisti (*A Γ′ cons. c p*

*Recentum (*p*)] [Idest] ab ipso exordio (*Γ′ c p*

**3.** VOCE] Conposita eloquii ratione (*A Γ′ α sim. c p*

CATVS] Doctus (*A Γ′ p*

**4.** MORE PALESTR⟨A⟩E] Exercitio eloquentiae siue quia ab ipso dicitur inuentum exercitium huius certaminis (*A Γ′ cons. c p*

**6.** CVRVAEQVE LIRAE PARENTEM] Ipse enim dicitur lyrae inuentor et Apollo caducei (*A Γ′ c p*

**7.** *Callidum (*p*)] Ingeniosum, doctum (*Γ′ c p sim. α*

1 perseuerante *Γ o c p*] perseueranti *v* 5 metrum] *om. B* sapphicum *p*] safficum *A* saphicum *B r v c* endecasyllabum *B c p*] endecasillabum *r v* endecassillabum *A* 6. 9 *duo scholia in recensione c p conglomerata et aucta leguntur sic:* Mercuri facunde n. A.] Mercurium laudat ab arte, ut idem [ad] Iulium Florum (*Hor. epist.* I 3, 23—25): Seu ciuica iura Respondere paras seu condis amabile carmen, Prima feres heder⟨a⟩e uictricis praemia palm⟨a⟩e, et a genere ut Virgilius (*Aen.* II 606): Qui tanti talem genuere parentes 6 laudat *om. A* 7 laudat *om. A* a genere laudat *γ* 9 qui] idest *v p* inconp: *γ v*] incompositos *A r c p* 11 idest *v om. cett.* 12 conpos: *v*] composita *A Γ α p om. c* eloquii ratione] eloquutione (?) *K.* eloqui *A c* eloquii *cett.* ratione *γ*] racione *r α* oratione *A v c p*

**8.** *Iocoso furto (*ν c p*)] Idest adulterio ut (Verg. georg. IIII 346):

Dulcia furta (*Γ′ cons. c p*

*Iocosum furtum uocauit artem praestigiatorum, quam ipse adinuenit. Praestigiator dicitur ab eo, quod praestringit aciem oculorum. Et mire moderatur dicendo 'iocoso', ac si diceret: non illo, quod ad auaritiam et fraudem spectat (*Γ′ α o cons. c p Porph.*

**9.** *Ordo est: nisi reddidisses boues olim amotas per dolum, Apollo uiduus pharetra dum terret [te] puerum minaci uoce, risit te (*Γ′ p cons. c*

*Tu boues (*p*)] Sensus iste est: abegisti boues Apollini pascenti pecus Admeti regis et cum tibi minaretur sagitta, nisi eas reddidisses, uolenti telum proferre pharetram praestigiatura ademisti (*Γ′ α o cons. c p*

**13.** *Quin et Atridas (*p*)] Agamemnonem [dicit] et Menelaum (*Γ′ (r α ν) p om. γ c*

*Ordo est: quin et diues Priamus, relicto Ilio, te duce fefellit superbos Atridas et Thessalos ignes et castra iniqua Troiae (*Γ′ α cons. c p*

**14.** *Ilio diues Priamus relicto (*p*)] Priamus duce Mercurio iuit ad Achillem relicto Ilio et petiit corpus Hectoris filii sui (*Γ′ α o c cons. p*

**18.** *Sedibus (*p*)] Elisiis campis (*Γ′ (γ α ν) p ex Porph. om. c*

*Leuem (*c p*)] Peccatricem (*Γ′ α c p*

1 idest *ν*] *om. Γ* 4 iocosum autem furtum *c p* 5 adinuenit *r o*] inuenit *γ α ν c p* quod *c Porph.*] qui *cett.* 10 te puerum *γ* puerum *cett.* 16 dicit *ν om. cett.* 18 ordo est] ordo *r om. ν* 24 elisio campo *ν* eleseis *γ*

## CARM. I 11

METRVM CHORIAMBICVM EXDECASYLLABVM, QVOD CONSTAT EX SPONDEO, TRIBVS CHORIAMBIS ET PYRRICHIO SIVE IAMBO; ITA: TV NE · QVAESIERIS · SCIRE NEFAS · QVEM MIHI QVEM · TIBI. SIVE ALITER: METRVM FALLEVCIVM, QVOD SCANDITVR ITA: TV NE · SPONDEVS · QV⟨A⟩ESIE · DACTILVS · RIS · SEMIPES · SCIRE NE · DACTILVS · FAS · SEMIPES · QVEM MIHI · DACTILVS · QVEM TIBI · DACTILVS (*A Γ′ sim. c p*

**2.** LEVCONOE] Vocatiuus est (*A Γ p cons. v*

**3.** *Nec Babilonios t. n. (*c*)] Qui conantur finem uitae suae comprehendere numeris (*Γ′ α o p cons. c*

⟨VT⟩ MELIVS] Scilicet possis (*A Γ′ α p ex Porph. om. c*

**4.** *Hiem[e]s (*p*)] Tempus posuit pro anno; a parte totum (*Γ′ α o sim. c p uid. appar.*

**5.** *Licet cognoueris, quae res commoueat mare, necesse est tamen, ut bibendo hanc reseces curam (*Γ α o c p*

**6.** SAPIAS] Pro 'si sapias' (*ex Porph.*); deest enim 'si' (*A Γ′ p cons. α c*

*Liques (*c p*)] Consumes potando (*Γ′ p cons. c*

*Et spatio breui (*p*)] Propter breue spatium (*Γ′ c p*

2 exdecasillabum *A γ* exadecasylbum *c* endecasillabum *r v p* 3 choriambis] trocheis *r* et] ex *A* pyrrichio *c*] urrichio *γ pr.* pyrrhichio *p* pirrichio *A Γ* parr/////// *v* 4 quaesieris — dactilus] *lacuna duorum uersuum in p* 5 falleucium *r*] falleutium *A γ c* f//////// *v* 7 dactilus · ris — tibi · dactilus *A Γ*] *in v multa legi non possunt, sed facit cum A Γ, in p lacuna est, c haec profert:* catalecton scire ne catalecton / quem mihi quem catalecton tibi 13 VT *om. A exh. p* 15 'Seu plures hiemes' sine dochichos a parte totum posuit pro anno et est sensus: licet cognoueris etc. *p* 'Seu p. h.' sine dochicos a parte totum tempus enim pro anno intelligitur et est sensus: licet cognoueris etc. *c* 17 commoueat] commouerit *p* cōmouatur *c ut uid.*

8. *Carpe diem (*p*)] Idest fruere praesenti die, nil credens postero diei (*Γ' o c p*

*Qua⟨m⟩ minimum (*v*)] Pene nihil significat (*Γ' c p*

---

## CARM. I 12

[DE LAVDIBVS DEORVM ATQVE HOMINVM (*A B*]

METRVM SAPPHICVM ENDECASYLLABVM (*A B Γ' c p*

1. QVEM VIRVM AVT HEROA LYRA] In hac ode uelut propositio est cuiusdam incerti carminis; nam dubitat, quid primum uel quid potissimum dicat, utrum deorum caelestium laudes an Romanorum diuorum et fortium ducum; omnes tamen laudat, cum se fingit ancipitem, per oratoriam paralempsin. Verum maiore intentione in Augusti laudes contendit, quem secundum a Ioue uult esse in terris (*A Γ' c p*

QVEM VIRVM] De uiuis (*A Γ c*

AVT HEROA] De mortuis iam semideis (*A Γ c*

2. *Ordo est: o Clio, quem uirum aut quem heroa sumis celebrare tibia aut acri lyra? (*Γ' α c p*

*Acri lyra (*c p*)] [Idest] graue sonanti (*Γ' c p cons. α*

3. *Ordo est: quem deum, subaudis 'sumis celebrare', cuius iocosa imago recinet nomen aut in umbrosis

1 idest] *om. r c* 6 metrum] *om. B* sapph: *p*] safficum *A r* saphicum *B γ v c* endecasyllabum *r*] endecasill: *cett. om. B* 9 quid] q' *A* quid] q' *A* 10 cel: laudes *c* laudes caelestium *p*, laudes *om. A Γ'* 12 parellemsin *A* parelempsim *r* parellempsin *γ* paralensim *p* parellepsi// *v* palempsim *c* 13 quem sec:] quod sec: *γ* q' sec: *A* 15 QVEM] Ouem *A* 16 iam s:] *om. c* 17 o *γ v*] *om. r α c p* quem] *om. r* 19 idest *r c p om. Γ α* 20 ordo — heliconis] *om. p* ordo est] *om. r* subaudis *α v* sub *r* ·s· *γ om. c p* 21 retinet *r α v c*

oris Heliconis aut super Pindo uel in gelido Hemo, unde siluae temere sunt secutae uocalem Orphea morantem rapidos lapsus fluminum materna arte et celeres uentos et blandum ducere auritas quercus canoris fidibus? (*Γ′ α cons. c p*

**4.** IOCOSA NOMEN IMAGO] Echo. Iocosa autem imago bene dixit, quasi quae uoces nostras imitari uideatur (*A γ v c p cf. Porph.*

**5.** AVT IN VMBROSIS HELICONIS ORIS] In Parnaso monte Musis consecrato (*A Γ′*

**6.** PINDO *leg.* HEMO] Mons Thraciae, ubi quondam Orpheus cecinerat (*A Γ′*

HEMO *leg.* PINDO] Mons Thessaliae (*A Γ′ ex Porph.*

**7.** VOCALEM ORPHEA] Vocales homines summae uocis dicuntur (*A Γ′ c p*

**9.** ARTE MATERNA] Musica scilicet, nam filius Calliop⟨a⟩e dicitur (*A Γ′ c p sim. α ex Porph.*

**11.** BLANDVM] Pro 'blande' (*A Γ*

ET AVRITAS QVERCVS] Sensum audiendi habentes (*A Γ′ c p*

**12.** DVCERE] Ad se ducere, oblectare (*A Γ′ c p*

**13.** SOLITIS LAVDIBVS] Aut quas ego dicere soleo, aut quas omnes (*A Γ′ cons. c p sim. Porph.*

**16.** *Temperat (*p*)] Distinguit, diuidit uel regit (*Γ′ p cons. o c*

TEMPERAT HORIS] Quibus uelut temperatur annus per uernum, aestatem, autumnum et hiemem; traxit enim 'temperat' a lyra (*A Γ′ c p*

1 heliconis — hemo] *om. v* 3 celeris *r* 6 echo] *om. cp* immago *A om. v* 7 inmitari *A* 11 tracie *A* orp pheus *A* 14 homines *A*] omnes *cett.* sūme *A* 16 calliope *A Γ′* calliopeae *α* calliopes *cp* 27 uernum *A Γc*] uer *v p* estatem *A* 28 lira *A*

**17.** VNDE] [Ex illo, qui cuncta temperat, uel] a quo, ut Vergilius (*Aen.* V 801):

Vnde genus ducis (*AΓ′ c p paul. sim. Porph.*

**18.** NEC VIGET QVICQVAM S. A. S.] Quasi diceret Iouem super omnia sine comparatione (*AΓ′ o c p*

**19.** PROXIMOS I. T. O. P. H.] Proximam Iouis honori Mineruam dicit, hoc est uirtutem et sapientiam deo uicinam, unde nulla quaestio est, cur supra dixerit 'nil Ioui simile aut secundum' et in sequenti Mineruam proximam posuerit (*AΓ′ cons. o c p*

SECVNDVM] Secundum aruspicum dicta uel disputationes, qui Iouem primam, secundam et tertiam partem caeli solum uolunt in fulminibus tenere (*AΓ′ cons. c p*

**21.** *Pr⟨o⟩eliis audax (*c*)] Nimia enim uini potatio lites generat et audaciam (*Γ′ o p cons. c*

**22.** INIMICA VIRGO B.] Dianam studiosam uenandi (*AΓ′ c p*

**24.** NEC TE M. C. P. S.] Apollinem sagitta metuendum ⟨propter Amphionem⟩ qui cum filiis peremptus est. Nam Apollinis et Dianae certae et ineuitabiles ad feriendum sunt, utpote numinis, sicut est (*Verg. Aen.* VII 498):

Nec dextrae erranti deus afuit (*AΓ′ c p cons. o*

**25.** PVEROSQVE LED⟨A⟩E H. E. I. S. P. N.] Castorem et Pollucem, Ledae filios (*cf. Porph.*). Amatorem equorum Castorem dixit, ut est (*Verg. georg.* III 89):

1 ex — uel *Γ′ c p om. A*  a quo temperantur omnia ut *v*  2 uirg: *codd.*  3 ducis] ducis et genus unde latinum (= *Verg. Aen.* I 6) *c p*  4 diceret] dr̃ et (= dicitur et) *A*  8 questio *A*  9 aut *r α v c*] et *A γ o p*  et in] et cur in *α*  proximam *A*] *om. Γ′ α c p*  12 prima *A*  13 celi *A*  16 dianam dicit *v*  uenandi dicit *c p*  18 apollinem — est *om. v*  19 qui cum filiis peremptus est *r c p*] qui cum filiis peremptis est *A*  cum quibus phiton Per emptus est *γ*  propter niobē quae cum filiis suis perempta est *o*  20 certe *A*  22 dextre *A*  afuit *K.*] affuit *A Γ o*  abfuit *c p*  25 ut̄ ẽ (= uter est) *A*

Talis Amiclei domitus Pollucis habenis;

Pollucem uero pugnis, non bellis ualentem, ab eo quod pugilis fuerit, ergo pugnos dixit, ut Terentius (*Phorm.* V 8, 95):

Pugnos in uentrem ingere (*AΓ' αcp*

**27.** ALBA STELLA] Serena; nam frequentius, dum oritur, tempestates facit, sed hic prosperam posuit (*AΓ' αcp*

**28.** *Signum geminorum (*Γ' αcp*

**29.** DEFLVIT SAXIS A. H.] Laus stellae a tempore; nam uerno tempore nascitur, quo et niues resoluuntur, ut Vergilius (*georg.* I 43. 44):

Vere nouo, gelidus canis cum montibus umor
Liquitur (*AΓ' ocp cons. α*

AGITATVS H.] Resolutus (*AΓ' cp*

**30.** CONCIDVNT V.] [Fugantur] ut est (*Verg. georg.* II 339):

Et uernis parcebant flatibus Euri (*AΓ' ocp*

FVGIVNTQVE N.] Fugantur, [ut] Vergilius (*Aen* I 143):

Collectasque fugat nubes (*AΓ' cp*

**31.** *Voluere (*cp*)] Scilicet 'dii' uel 'pueri Ledae (*Γ' αocp*

**32.** VNDA RECVMBIT] Sternitur, quae uento tumuerat (*AΓ' op cons. c*

3 pugilis *Aαp, cf. Varr. Boeth. al.*] pugil *γνc* 11 ut — liquitur] *om. α* 12 uergī *A*] uirg: *cett.* 13 umor *A*] humor *cett.* 15 resolutus *AΓ' cp*] reuolutus *α* 16 fugantur *AΓ' αocp* cessant *Pauly cum Cruquio* mitigantur *Hauthal* 18 uernis *AΓ'*] hibernis *cp* 19 ut uergilius — nubes] *om. oνc* ut *om. Ap* uergī *A*] uirg: *cett.* 22 scilicet — uel] *om. o*

**33—36.** [Romulum post hos (*cp*)] Ordo est: dubito an prius memorem post hos Romulum an quietum regnum Pompilii an superbos fasces Tarquini an nobile letum Catonis (*cp om. AΓ′*]

**33. 34.** *Quietum Pompilii regnum (*p*)] Magna [enim] pax fuit eius temporibus (*Γαcp*

*Superbos fasces (*cp*)] Aut nobiles (*cf. Porph.*) aut reuera superbos (*Γ′ αcp*

**35.** SVPERBOS TARQVINI FASCES] Ad hoc Romanos duces et nobiles praetereundo commemorat, ut Augustum cunctis praeferat. Nam Romulus urbis Romae conditor est, Numa Pompilius a Curibus Sabinis ad regnum euocatus sacrorum inuentor. Tarquinius quoque rex uirtute magnus; sed hic Priscum posuit, non Superbum, nam 'superbos fasces' nobiles dixit. Cato dum mortuo Pompeio apud Vticam obsideretur, amore libertatis manu sua sese peremit, unde et Vticensis uocatus est. Regulus cum Afros uicisset, ab hisdem cum paucis captus est. Quem dum Carthaginienses Romam pro commutatione captiuorum misissent, adquiescentes Romanos suo consilio reuocauit. Hunc Poeni, dum sacramenti memor reuertisset, sectis palpebris uigiliis necauerunt. Paulus et Terentius Varro consules aduersum Hannibalem missi sunt. Hii aput Cannas Apuliae uicum cum grandi exercitus Romani clade superati sunt. Paulus posteaquam tantam uitio collegae suorum uidit stragem, se perimendum hostibus dedit. Fabricius quoque magnis praemiis a rege Pyrro temptatus, dum nimis pauper censu esset, corrumpi non potuit; de quo Lucanus (III 160):

Quo te Fabricius regi non uendidit auro?

6 enim] *om. Γα* 14 set *γ* 18 hisdem *Ar*] isdem *γ* eisdem *ovcp* his dr̄ *α* 19 carthaginienses *A*] cartaginienses *r* kartaginienses *o* kartaginenses *v* cartaginenses *γαcp* 22 phalphebris *A* uigiliis] uirgīl *A* 23 annib: *α* hii *Aγ*] hi *rαovc* ii *p* aput *A*] apud *cett.* 25 college *A* 27 pirro *A* 28 de — auro *om. o* 30 regi non] regino *A* regio *α*

Curius paupertate clarus de agro ad consulatum euocatus est, qui numquam totondit caesariem propter iniuriam praeturae. Camillus de exilio reuersus uictores Gallos urbe pepulit et ad internetionem cecidit, uictorque sua sponte in exilium rediit (*A Γ′ α o c p*

**37.** SCAVROS] Nobiles Romanos, qui et censores et consules fuerunt (*A Γ′ α o c p*

**38.** PRODIG[N]VM] Contemptorem uitae (*Γ′ α o c p ex Porph.*

**39.** GRATVS INSIGNI] Aut delectabilis aut libens aut gratiam meritis debens (*A Γ′ o p cons. c*

CAMENA] Musa aut poemate (*A Γ α*

**41.** *Ordo est: hunc et Curium incomptis capillis et Camillum utilem bello tulit saeua paupertas et auitus fundus cum apto lare (*Γ′ α o c p*

*Incomptis] Inpexis (*Γ′ α o c p*

**42.** VTILEM BELLO] Vt Lucanus (I 165. 166):

Fecunda uirorum
Paupertas (*A Γ′ c p*

**43.** SAEVA PAVPERTAS] [Magna] ut (*Verg. Aen.* I 99):

Saeuus ubi Aeacidae telo iacet Hector (*A Γ′ c p*

**44.** AVITVS APTO CVM LARE FVNDVS] Conueniens fundus domus tenuitati (*A Γ′ cons. c*

**45.** CRESCIT OCCVLTO VELVT ARBOR AEVO] Incrementa enim arborum, nisi posteaquam creuerint, non uidentur (*A Γ′ p cons. c*

**46.** FAMA MARCELLI] Marcellum Octauiae dicit filium,

1 consolatum *A* 4 internetionem *A*] internitionem *γ o p* internecionem *r* internicionem *α c* cecîdit *A* 8 prodignum *A, recte c p* 16 impexis *v c p* 20 magna *c p*] *om. cett.* 22 seuus *A* ea cide *A*

sororis Caesaris, qui puer mortuus est; de quo Vergilius (*sim. Porph.*) (*Aen.* VI 882. 883):

Siqua fata aspera rumpas,
Tu Marcellus eris.

Aut illum conmemorat, qui primus Hannibalem aput Nolanam ciuitatem in fugam conpulit et ab eo postea occisus est (*AΓ′αocp*

**47.** IVLIVM SIDVS MICAT INTER OMNES] [Quod micat inter omnia] ut Vergilius (*ecl.* 9, 47):

Ecce Dionei processit Caesaris astrum (*AΓ′αp*

*Velut inter ignis (*c*)] Pulchra comparatio (*Γ′αocp*

**49.** GENTIS HVMANAE P. A⟨T⟩QVE CVSTOS] Apostropha ad Iouem (*AΓ′αocp*

**51.** *Fatis (*cp*)] Per fata (*Γ′cp*

*Tu secundo (*cp*)] Idest sit secundus a te, scilicet ut tu in caelo, ille in terris regnet (*Γ′ocp*

**53.** ILLE ⟨SEV⟩ PARTHOS LATIO IMMINENTES] Parthi in Latium nec temptauerunt uenire, sed quia dilatatum est imperium Romanum, Latium uocauit, quod sub ditione Latii erat, ut Vergilius (*georg.* II 172):

Inbellem auertis Romanis arcibus Indum (*AΓ′αcp*

1 caes: *Arαp*] cesaris *γov* augusti *c et Porphyrion emendatus* augustae *Porph. codd.* uergĩ *A*] uirg: *cett.* 3 aspera — est] *om. α* 5 conm: *o*] comm: *cett.* aput *A*] apud *cett.* (ap̄ *c*) nolanam *op*] noianam *AΓ′* troianam *c* 6 conpulit *Γo*] comp: *cett.* 8 quod micat (emicat) inter omnia *Γ′* qui micat inter omnia *p, om. A; totum schol. om. c* 9 uerg̃ *A*] uirg: *cett.* 10 cesaris *A* 12 apostropha *rαvp*] apostrophe *c* apostrofa *Ao* apostrophā *γ* 14 per] idest per *γ* 17 SEV *om. A, exh. cp* latiū *A, recte cp cons. v* 18 set *γ* 19 quod] quia *cp* dicione *α* 20 ut — indum] *om. c* uerg̃ *A*] uirg: *cett.* 21 auertis] au͡t es *A*

**54.** EGERIT] Subegerit (*AΓ′αocp*

*Domitos (*cp*)] Subiugatos (*Γ′αcp*

**55.** OR⟨A⟩E] Regionis (*AΓα*

**57.** *Ordo est: tu quaties Olympum graui curru, tu mittes inimica fulmina parum castis lucis; ille aequus minor te reget laetum orbem (*Γ′αp sim. c*

AEQVVS] Iustus (*AΓ*(*rα*)

**58.** TV GRAVI CVRRV Q. O.] Idest honore numinum frueris (*AΓ′αoc om.p*

**59.** PARVM CASTIS I. M. F. L.] Idest pollutis, secundum pontificum et aruspicum documenta, qui dicunt numquam fieri fulmina nisi in lucis pollutione aliqua alienis (*AΓ′αocp*

---

## CARM. I 13

[AD LYDIAM MERETRICEM (*Ap*]

*Metrum primo uersus Gliconium, secundo Asclepiadeum (*BΓ′αcp*

**2.** CVM TV LYDIA TELEPHI CERVICEM ROSEAM] Pulchram, ut Vergilius (*Aen.* I 402):

Rosea ceruice refulsit (*AΓ′αocp*

CEREA BRACHIA] Aut mollia aut cerae similia (*AΓ′αcp sim. o*

**3.** *Vae (*cp*)] Interiectio dolentis (*Γ′αcp*

**4.** DIFFICILI [TVMET IECVR] Epitheton iracundiae [est], quae inplacabilis sit (*AΓ′ocp*

4 tu qu: — lucis] *om. p* 8 idest] *om. vc* hononore *A* 10 F. L.] fl. *A* idest pollutis *p*] pollutis *r* polutis *c* impollutis *αv* inpollutis *Aγ* in pollutis *o* 12 nisi — alienis] *om. c* lucis *Γ′αocp*] locis *A* 15 gliconium *Bγα cons. p*] gliconicum *rvc* asclipiadium *B* 18 ut — refulsit] *om. αovc* uerḡ *A*] uirg: *cett.* 20 cere *A* 24 est *cp om. cett.*

BILE TVMET] Bile iracundia; Iuuenalis (6, 433):

Atque oculis bilem substringit opertis (*A Γ α c p*

**5.** *Tunc nec mens mihi nec color c. s. m. (*c*)] Voluor uariis cogitationibus et color in diuersa mutatur (*Γ′ α c cons. p*

**6.** VMOR ET IN GENAS F. L.] Secretae lacrimae amoris nimietatem prodentes (*A Γ′ α o cons. c p*

**7.** QVAM LENTIS PENITVS] Vt (*Verg. Aen.* IIII 66. 67):

Est mollis flamma medullas
Interea (*A Γ′* (*r α v*) *c p*

**8.** PENITVS] Interius (*A Γ′* (*r α v*)

**9.** *Ordo est: uror, seu inmodicae rixae turparunt tibi candidos humeros mero, siue puer furens inpressit memorem notam labris dente (*Γ′ α cons. c p*

IGNIBVS VROR] Aspectu crucior, quotiens aut uino per rixam aut per libidinem certe amoris alterius in corpore tuo signa conspexero (*A Γ′ α o p cons. c*

**10.** CANDIDOS TVRPARVNT HVMEROS] Liuore reddiderunt deformes (*A Γ′ o*

INMODICAE] Inmensae (*A Γ α*

**11.** *Furens (*c p*)] Scilicet inpatientia amoris (*Γ′ α o p cons. c*

**12.** INPRESSIT MEMOREM NOTAM] Per quam amoris recordatio seruaretur (*A Γ′ p cons. α o c*

**13.** NON SI ME SATIS AVDIAS] Ordo hic est: non speres, si me audias, amatoribus dulcedinem esse perpetuam (*A Γ α o*

1 bilem iracundiam *A*] iracundia *r α* iracundiam *γ* bilem autem iracundam *p* bile autem iracundia *c*; *ceterum cf. schol. c. I 5, 9 et I 2, 32 unde efficitur fortasse scribendum esse* 'bilem iracundiam dicit' iuuenalis — opertis] *om. c* 6 L.] d. *A* secrete *A* 8 *scholii* 'ut — interea' *nota adest, sed ipsum schol. om. γ* 11 interius] penitus autem interius *α* 16 certé *A* certe *γ α c p* certi *r o om. v* 20 inmense *A* 25 ordo] sensus *r* hic *om. Γ α o* 26 audies *γ α*

[Non si me satis audias (*c*)] Ordo est: si me satis audias, non speres perpetuum ledentem barbare dulcia oscula (*cp*]

**14.** *Speres perpetuum (*p*)] Illum [scilicet] qui dulcia oscula l⟨a⟩edit (*Γ′* (*rαν*) *c cons. p*

**16.** *Quinta parte sui nectaris imbuit (*p*)] Luxuria sui amoris repleuit (*Γ′ cp*

**17.** FELICES TER ET AMPLIVS] Secundum illud (*Verg Aen.* I 94):

Terque quaterque beati (*AΓ′ αcp*

*Felices ter et amplius (*cp*)] Multotiens (*Γ′ αcp*

**18.** ‘Copula’ proprie dicitur cuiuslibet rei duplex numerus, unde tractum est, ut et matrimonii copula diceretur (*AΓ′ αορ. om. c per neglegentiam*

**19.** *Nec malis (*p*)] Ordo est: nec amor diuolsus malis querimoniis soluet citius suprema die (*Γ′ αcp*

**20.** DIVVLSVS QV[A]ERIMONIIS S. CITIVS S. A. D.] Idest: quorum amor ante diem mortis iurgiis et litibus non soluitur, debere felices uocari (*AΓ′ ορ cons. c*

---

## CARM. I 14

[AD BELLVM CIVILE (*A*]

*Metrum duobus uersibus Asclepiadeum; tertius Ferecratius, quartus Glyconius, qui tripodia dactylica dicuntur (*BΓ cons. cp*

1 ordo — speres *p*] non spes *c*  4 illum *et* qui dulcia] *om. α*  scilicet *om. νc*  5 ledit *αν*] dedit *r om. cp*  7 replet *ν* impleuit *c*  15 diuolsus *γ*] diuulsus *rανcp*  17 *INDE AB HOC VERSV VSQVE AD C. II 9, 16 DEFICIT COD. ν*  22 ferecratius *B*] feregratius *γ* feregretius *r*  glyconius *B*] gliconius *r* gliconicus *γ*  dactylica *B*] dactilica *Γ*

**1.** O NAVIS REFERENT IN MARE TE NOVI F.] Per allegoriam ode ista bellum ciuile designat, ut quidam uolunt, alii rempublicam. Certius tamen est, quod Sextum Pompeium filium Pompei moneat, qui, posteaquam foedus cum triumuiris fecit, bellum ciuile denuo reparare uoluit. Secundum autem ciuile bellum inter Augustum Caesarem et Cassium et Brutum erat, qui fuerunt Gai Caesaris interfectores, sub quibus Horatius militauit. Metaphoram autem sumpsit a naui, ex cuius armamentis et milites et diuersas uoluit administrationes intellegi (*A Γ α cons. c p*

**2.** FLVCTVS] Bellum ciuile uocauit (*A Γ c p*

**3.** PORTVM] Pacem, ut Terentius (*Andr.* III 1, 22):

In portu nauigo (*A Γ c cons. p*

**3. 4.** NONNE VIDES VT NVDVM R. L.] Nudatum latus fuga Cassi et amissione exercitus (*A Γ cons. c p*

**5.** ET MALVS CELERI SAVCIVS AFRICO] Graue bellum intellegi uoluit per uentum tempestuosum, ut (*Verg. Aen.* I 85. 86):

Creberque procellis
Africus (*A Γ cons. c p*

*Et malus (*p*)] Arbor, quae tenet uelum, et est masculini generis (*Γ o p om. c*

ET MALVS] Malum summitatem arboris dixit, ut (*Verg. Aen.* V 828. 829):

Iubet ocius omnes
Attolli malos.

2 ode — uolunt] odemistā. ciuile bellum in quodam. uolunt oden istam *A r* odemistā *α* designat ut *γ*] in qua *A r c p* 3 quod] quia *c p* ut *α* 4 qui — fecit] qui postea atris 5 fedus *A* fecit *α* reparare] cesare *α* 7 cesarem *A* & cesarem *α* erat *γ*] fuit *c om. A r α* 9 metaphoram *p*] methaphoram *c* metaforam *A Γ* metoforam *α*

Sed arbor generis feminini est, poma uero neutri, ut (*Verg. ecl.* 3, 71):

Aurea mala decem misi (*A Γ cons. c p*

**6.** *Gemant (*c p*)] Fragcre scissionis (*Γ o c p*

SINE FVNIBVS] Aut sine administratoribus intellegendum aut sine expensis et pecunia (*A Γ cons. c p*

**8.** IMPERIOSIVS AEQVOR] Idest uiolentum, et cuius nimietati obsisti non possit (*A Γ o c cons. p*

**9.** INTEGRA LINTEA] Integer cursus sine exercitu uel auxiliis. Lintea uero uela dixit, ut (*Vcrg. Acn.* III 686):

Dare lintea retro (*A Γ cons. c p*

**10.** NON DII] In hoc deos uult iratos intellegi, quod denuo de bello ciuili cogitetur (*A Γ cons. c p*

QVOS ITERVM P. V. M.] Sicut sub Gaio Caesare oppressa malis rogauerat (*A Γ cons. c p*

**11.** PONTICA PINVS SILVAE FILIA NOBILIS] Ac si diceret: magnae originis et nobilitatis, sed per metaphoram aut rempublicam adloquitur aut Cassium uel Pompeium, cuius pater de Mitridate Pontico triumphauit (*A Γ cons. c p*

**14.** NIL PICTIS TIMIDVS NAVITA PVPPIBVS F.] Idest stemmata et diuitias necessitati ultimae non prodesse (*A Γ cons. c p*

**15.** VENTIS DEBES L.] Hoc est: ne uictus turpitudini ludibrioque subiaceas (*A Γ cons. o c p*

**15. 16.** *Ordo est: tu nisi caue pro caueas, debes ludibrium uentis, idest eris exercitium uentorum (*Γ c p*

1 generis masculini s̄ (= sunt) *A* masculini generis est *γ* generis est feminini *r* fęminini generis est *p* femenini est *c* 5 administratoribus *A r*] ministratoribus *γ* administrationibus *c p* 6 exp:] impensis *c* spensis *p* 14 sub] sb̄ *A* cesare *A* 15 rogauerat *A*] rogat *Γ* rogauit *c p* 16 ac] *om. A* 17 metaphoram *r c p*] metaforam *A γ* 18 adloquitur *r*] alloquitur *A γ c p* 19 mitridate *A p pr.*] metridate *Γ c* mithridate *p corr.* 20 idest *A Γ*] dicit *c p* 21 stemmata *p*] stemata *c* scemata *A Γ* σχήματα *Hauthal* prod e ēē *A* 25 ordo est] *om. r* 26 idest *c p*] *om. Γ α*

**17.** *Nuper sollicitum quae mihi tedium (*p*)] [Idest] se posuit pro naui (*Γ α p cons. c*

SOLLICITVM QVAE MIHI TEDIVM] Nauis siue respublica, quae sollicitudinem ex suis malis induxerit, ne iterum sicut sub Caesare trepidaret (*A Γ cons. c p*

**19. 20.** INTERFVSA NITENTES VITES AEQVORA C.] Absolute locutus est, ac si diceret: uites aequora fusa inter nitentes Cycladas, idest longe apparentes, ut inter iniqua loca et tempestuosa uada te custodias, et sis alienus a belli consiliis. Vergilius (*Aen.* III 126. 127) de isdem insulis:

Sparsasque per aequor
Cycladas (*A Γ cons. o c p*

---

## CARM. I 15

[AD ALEXANDRVM PARIDEM (*A*]

PASTOR CVM TRAHERET P. F. N.] PRIMI TRES VERSVS ASCLEPIADEI, QVARTVS GLYCONIVS (*A B Γ sim. c p*

**2.** PERFIDVS] Quia in fidem amici hospitalitatem uiolando commiserit (*A Γ c p*

**3.** INGRATO CELERES OTIO] Aut uentis (*sim. Porph.*) aut Paridi (*A Γ α c p*

OBRVIT] Mitigauit, conpressit (*A Γ α c p*

**4.** *Vt caneret (*p*)] Vt praediceret (*Γ α p*

4 induxerit *c*] indixerit *A r* indixerat *γ* induxerat *p* 5 cesare *A* 7 equora *A* fusa *cp cons. Porph.*] *om. A Γ o* 8 idest longe *c*] longe scilicet *r* longe *A γ p* 10 uergĩ *A*] uirg. *cett.* 12 sparsasque — cycladas] spa (= s. p. a.) *γ om. r o* aequor *p*] equora *A* equor *c* 13 cycladas *cp*] cicladas *A* 16 metrum tribus uersibus asclipiadeum *B* 17 glyconius *B*] gliconius *A c p* gliconicus *r* cliconius *γ* 22 mitigauit] impediuit *α* conpr: *A γ*] compressit *cett.*

**5.** MALA DVCIS AVI] Pro aue posuit, idest malo auspicio (*cons. Porph.*); ergo non mala ducis, sed mala aui intellegendum est (*AΓα cons. cp*

**6.** QVAM] Helenam (*AΓα om. cp*

*Repetet (*p*)] Requiret (*Γαp om. c*

*Multo milite (*c*)] Multo exercitu (*Γαcp*

**7.** GRAECIA MILITE CONIVRATA] Inter coniurare et conspirare hoc interest, quod conspirare interdum bonorum est, malorum coniurare. Apud Aulidem enim promuncturium ab omnibus Graecis ad excidium Troiae euntibus iuratum est, quod unanimiter dimicarent, ut (*Verg. Aen.* IIII 425. 426):

> Non ego cum Danais Troianam excindere gentem
> Aulide iuraui (*AΓα cons. ocp*

RVMPERE NVPTIAS] Hoc ideo dicitur uel propter amantis Paridis animum, cui praedicebat, ut doleret, si legitimam perderet, uel ex Veneris promisso, quae pro percepto malo eius iudicio nuptias mulieris pulchrae promiserat (*AΓα cons. ocp*

**8.** VETVS] Antiquum (*AΓα*

**9.** EHEV] Significatio cladem futuram dolentis, ut (*Verg. Aen.* VIII 537):

> Heu quantae miseris caedes Laurentibus instant!

(*AΓ cons. cp*

**10.** SVDOR] Bellicus labor (*AΓocp*

MOVES] [Pro] commoues (*AΓp, om. c*

**11.** IAM GALEAM PALLAS] Bene primum Mineruam irascentem posuit adulterio, utpote deam castitatis, aut

2 mala ducis] mala fata ducis *cp* male duci *α* set *γ ut adsolet* 5 requiret] repetet *α per neglegentiam* 9 promuncturium *A*] promunctorum *r* promunctorium *γα* promuntorium *c* promontorium *op* 10 troie *A* 11 ut] ut uig̃ (*sic*) *α* 13 ego] $\overset{o}{g}$ (= ergo) *A* 18 iuditio *A* pulcre *γo* 26 pro *om. A*

certe, quia iudicio superata est, corrupto Paride muneris ipsius promissu. Aegida autem scutum Mineruae dixit. Vergilius in Troiae euersione ut eam monstraret inimicam (*Aen.* II 615. 616):

> Tritonia, respice, Pallas
> Insedit, nimbo effulgens et Gorgone saeua

(*A Γ cons. o c p*

**12.** RABIEM PARAT] Pro belli furore rabiem posuit (*A r cons. α c p*

**13.** *Nequicquam (*c p*)] Frustra (*Γ* (*r α*) *c p*

**13. 14.** NEQVICQVAM PECTE⟨S⟩ C⟨A⟩ESARIEM] Idest nequicquam pectes caesariem uel amoris aut Veneris praesidio ferox es, unde in exprobrationem Veneris dictum est (*Verg. Aen.* X 92. 93):

> Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter,
> Aut ego tela dedi fouiue Cupidine bella?

(*A Γ α o cons. c p*

**15.** INBELLI CITHARA] Quae nil bellicum sonet neque aliquid prosit in bello, sed per amatorias cantilenas uoluptatem feminis praestet (*A Γ α o cons. c p*

**16.** NEQVICQVAM THALAMO GRAVES] [Graues thalamo propter disiunctionem copulae.] Vergilius (*Aen.* VII 322):

> Funestaeque iterum recidiua in Pergama taedae

(*A Γ cons. c p*

1 iuditio *A* 2 promissu *Γ*] promissū *A* promisso *cp* aegida *γ*] egida *c* aegidam *A* agidam *r* egidẹm (a *supra*) *p* 3 uerḡ *A*] uirg: *cett.* euersione *γcp*] euersionē *A* euersionem *r* 6 et] *om. A* 8 rabiem *ante* posuit *om. A* 11 PECTES] pecẹe (t *supra*) *A* idest nequiquam (nequaquam *α*) *Γα* ordo est nequicquam *cp* *om. A* 12 pectes *αcp*] pectis *Γo* *om. A* caesariem *rop*] ces: *γαc* *om. A* 15 spartam *oc*] spartham *Aγα* partham *r* sparthiam *p* 16 aut — bella] *om. α* foui ue *A*] fouique *Γocp* 18 nihil *αcp* neque *γcp*] nec *rαo* *om. A* 19 set *γ* 20 fẹminis *A* 21 graues th: — copulae] *om. A, non ΓoDcp* 22 uerg: — taedae] *om. oc* uerḡ *A*] uirg: *cett.* 23 funesteque *A* taedae] thẹde *γ* thedẹ *ArD* tedae *p* *om. c*

**17.** SPICVLA GNOSII] Cretensis; de canna enim sagittae fieri consueuerunt, ut (*Verg. Aen.* VII 499):

> Perque ilia uenit harundo (*AΓα cons. cp*

**18.** *Celerem sequi A. (*c*)] Ad sequendum (*ΓαDcp*
CELEREM[Q.] SEQVI AIACEM] Aiacis uirtuti etiam celeritatem dedit, uelut quem fugientum nullus euaderet (*AΓα cons. cp*

**19.** HEV SERVS ADVLTEROS C. P. C.] Serus aut eorum dolore dixit, qui eius causa perierunt, aut certe, qui quantum ad inertiam suam tarde perierit (*AΓα cons. cp*

**20.** PVLVERE CONLINES] Hoc est: procuratam capillorum pulchritudinem puluere inquinabis, ut (*Verg. Aen* XII 99):

> Et foedare in puluere crines (*AΓα cons. cp*

**21.** NON LAERTIADEN] Singulos uelut exitiales duces minatur: Vlixen et Nestorem Pylium, Nelei filium. Vlixes enim Astyanacta praecipitem muro dedit (*AΓα cons. cp*

**23.** SALAMINIVS TEVCER] De Salamina ciuitate, Telamonis filius, frater Aiacis (*AΓc cons. p*

**24.** TE STHENELVS] Filius Capanei (*AΓαocp*
STHENELVS SCIENS] [Futuri.] Bene uaticinantem ut praesentia uidere facit futura, ut Lucanus (I 685. 686):

> Hunc ego, fluminea deformis truncus harena
> Qui iacet, agnosco (*AΓα cons. cp*

*Sciens pugnae (*p*)] Doctus ad pugnandum (*Γcp*

1 sagitte *A* 3 harando *A* 4 sequendum] consequendum *rD* 5 aiacis] *om. cp* aiacē *α* 6 uelut *om. A* fugientum *A*] fugientem *αc* fugiens *p* fugientium *Γ* 8 serus aut] *om. α* 9 aut certe — perierit] *om. α* 12 ut — crines *AΓα*] *om. cp*

14 fędare *A* 15 lͣerciaden *A* exitiades *A* 16 ulixem *αcp* nestoren *A* pylium nelei f: *K.*] pylium f: *A* pylii f: *r* filium pylii *γ* pilei f: *p* pilii f: *αc* 18 salamina *Aγp*] salimina *r* salamine *c* 20 sthelenus *A* capanei *cp*] caperei *Aγ* capharei *o* caperet *rα* 21 futuri *A om. cett.*

**25.** *Siue opus est imperitare equis (*p*)] Est etiam insignis domitor equorum (*Γ c p*

**26.** NON AVRIGA PIGER] Auriga Diomedis fuit, qui corpus Patrocli cum Aiace et Antilocho liberauit (*A Γ α cons. c p*

**28.** ECCE FVRIT TE REPERIRE ATROX TYDIDES] Et hoc inertiae Paridis adsignat tantam moram esse, quantam eum faceret inueniri. Sine certamine enim uelut in bello (*leg.* inbellem) esse periturum, unde et eum ceruo ad timoris similitudinem comparauit (*A Γ cons. c p*

MELIOR PATRE] Vel fortior, quia et numina uulnerauit, uel quia hic ad patriam uictor reuersus est, quod patri eius non contigerat (*A Γ α cons. c p*

**29.** *Ordo est: quem tu mollis fugies sublimi anhelitu uti ceruus immemor graminis uisum lupum in altera parte uallis fugit (*Γ (γ α) c p cons. Porph. om. A r*

**31.** MOLLIS] Inbellis (*A Γ*

SVBLIMI FVGIES] Aut ypallage figura pro sublimi parte corporis, idest ore edito (*ex Porph.*), uel quia ipsa anhelitus nebula summa petat potius quam ima (*A Γ cons. c p om. α ut adsolet, quia sensum non intellexit: extat nota ω supra u.* mollis

**32.** *Non hoc pollicitus (*c p*)] Scilicet ut fugeres (*Γ α c p*

**33.** *Ordo est: iracunda classis Achillei proferet diem Ilio et matronis Phrygum (*Γ α c p*

IRACVND[I]A DIEM PRO.] Quae non tempus uelut pro-

4 antilocho *α c*] antiloco *A Γ p* 7 inertie *A* assiguat *c p* adsignans *A r* designat *γ* quanta *A r* quantam *c p* que *γ* 9 eum] cum *A ut uid.* 10 comparauit *A*] comparat *cett.* 11 uel f:] *om. α* uuln:] uiolauit *α* 12 uictor] *om. r α* 14 tu] *om. α* 16 fugit] *om. α* 19 ipsa] ipse *p Pauly* 20 hanelitus *A r c* nebula *K.*] nabulo *A c* uenabuli *γ p* uena *r* natura *Hauthal* ut nebula *suspic. Pauly* 23 ut fugeres scilicet *c p* 25 proferet — phrygum] *om. Γ, non α c p* proferat *α* 26 phrygum *p*] frigum *α c* 27 quae] *om. c p*

pitia aut amica porriget, sed in paucos dies differet uin dictam (*AΓ cons. cp*

**34.** ACHILLEI] Veteres declinationes ista habent: 'Achillei' [ut] et 'Vlixei' (*AΓαcp cons. Porph.*

**35.** POST CERTAS HIEMES] Pro annis posuit, ut (*Verg. Aen.* I 266):

Ternaque transierint Rutulis hiberna subactis.

Nam et aestates similiter posuit (*AΓ cons. cp*

---

## CARM. I 16

[TINDARID⟨A⟩E SATISFACIT (*A*]

*Metrum duobus uersibus Alcaicum, quod constat ex spondeo, iambo, caesura iambica pentimemeri et duobus dactilis, ita: o ma · tre pul · chra · filia · pulchrior. Tertius dimeter iambicus ypercatalecticus, ita: pones. Iam · bis si · ue flamma. Quartus Pindaricus, constat ex duobus dactilis et duobus trocheis, ita: siue ma · ri libet · Hadri · ano (*BΓ cons. cp*

**1.** O MATRE PVLC⟨H⟩RA FILIA PVLCHRIOR] Hanc oden Horatius in satisfactionem fecit amicae suae, quam iratus carmine laeserat, promittens abolenda, quae de ea scripserat, imitatus Ste[r]sic⟨h⟩orum poetam Siculum, qui uitupera-

1 porriget *Hauthal*] porrigit *γ* proteget *Arcp* set *γ* s, *c* differet *γo*] differat *Ar* differret *c* profert *p* 4 ut et *A*] ut *γ* et *rcp* 7 uernamq. *A* hibernas *A* 11 alcaicum *B*] alchaicum *cett.* 12 pentimemeri *Γcp*] pentihemere *B* 13 ita — pulchrior] *om. B* pul · cra *r* pulcra *γ* pulcrior *γ* 14 dimet̄ *B*] dimit̄ *Γ* ypercatalecticus *B* yperc̑ *c*] ipercatalecticus *Γ* hipercataletticus *p* ita — flamma] *om. B* 16 dac̄ *B* dactilis *cett.* troch̄ *B* ita — hadriano] *om. B* 19 amice *A* 20 leserat *A* 21 stersicorum *Aγop*] stersicorem *r* starsicorum *c om. α*

tionem Helenae scribens caecatus est et postea responso Apollinis laudem eius scripsit et oculorum aspectum recepit. Cuius rei et in epodon idem poeta meminit (17, 42 sqq.):

Infamis Helenae Castor offensus uice
Fraterque magni Castoris,
Adempta uati reddidere lumina (*AΓα cons. ocp*

MATRE PVLCHRA F. P.] Idest comparatione formosae formosior. Comparatiuus enim et superlatiuus positiuo praeferuntur, ut Vergilius (*Aen.* I 72):

Quarum quae forma p. D.

et (*ecl.* 5, 44):

Formosi pecoris custos, formosior ipse (*AΓ cons. cp*

**3.** CRIMINOSIS PONES IAMBIS] Ipsi enim aptiores iniuriis sunt, quibus eam uersibus laeserat (*AΓ cons. cp*

**4.** SIVE FLAMMA, SIVE MARI LIBET] Hic in satisfactione pro delendo carmine [dixit] illud Vergilianum secutus est (*Aen.* II 36. 37):

Pelago Danaum insidias suspectaque dona
Praecipitare iubet subiectisque urere flammis.

Amoris se fatetur furore peccasse, et probare uult sic iram moderationem non recipere in animis hominum, quemadmodum alieno furore bacchantes. Dindimenem a monte matrem deum dicit, ut Vergilius (*Aen.* VIIII 617. 618):

1 helene *A* cecatus *A* 3 epodon idem *γp pr.*] opidonide *A* epodo idem *rcp corr.* poeta (*sic*) *α ceteraque omisit* 5 uice] uicem *c* 8 formosę *r*] formose *c* formoso *γ* formosa *Ap* 10 uirg: *AΓcp* 15 leserat *A* 16 hic *K.*] hoc *codd.* 17 dixit *cp om. AΓα* uergilianum *A*] uirgilianum *cett.* 18 est *AΓα*] *om. cp* 19 palago *A* 20 iubet *AΓαp*] iubent *c Verg.* 23 alieno furore *γp*] alieni furoris *Arαoc* bacch: *γc*] bachantes *Arαp* dind: — dind:] *om. c* dindimenem *Aγαo* dyndimenem *r om. p* (*in lemmate* dindimene) 24 uerḡ *A*] uirg: *Γα om. cp*

Ite per alta
Dindima.

Pithium a Pithone Apollinem, Liberum etiam, qui simili sacerdotes uexet suos furore (*AΓ cons. ocp*

ADRIANO] Pro Adriatico (*AΓ*

**7. 8.** NON ACVTA AERA] Aut tinnitu acuta aut sonora, ut Vergilius (*georg.* III 94):

Pelion hinnitu fugiens inpleuit acuto (*AΓp*

**8.** *Coribantes (*c*)] Ministri matris deum (*Γαc* (*om. p*)

**9.** QVAS NEQVE NORICVS DETERRET ENSIS] [Emphasis est.] In ipsis enim locis et probatum ferrum est et optimi gladii fiunt, et ideo ex prouincia ferrum laudauit. [Est autem Noricum pars Illirici.] Vt (*Verg. georg.* III 474. 475):

Et Norica siquis
Castella (*AΓ cons. cp*

**10.** MARE NAVFRAGVM] Naufragia faciens, quasi nauifragum. Vergilius (*Aen.* III 553):

Et nauifragum Scylaceum (*AΓα cons. cp Porph.*

**11.** TREMENDO TVMVLTV] Terrorem tonitrui dixit, unde [est] (*Verg. georg.* I 330. 331):

Et mortalia corda
Per gentis h. s. pauor (*AΓα cons. cp*

3 pithium] phitium *A* pitium *p om. cett.* 4 uexet *Aα*] uexat *rc* uexit *γp* uexabat *o* suos] suas *c* 6 a tinnitu *γp* tinnitu *cett.* aut sonora *exhib. α, reliquum schol. prorsus omisit* 7 ut] *om. cp* uerḡ *A*] uirg: *cett.* 8 hinnitu *A*] innitu *Γc* tinnitu *p* inpleuit *r*] īpleuit *γ* impl: *Acp* 11 emphasis est *p* enfasis est *c, om. cett.* 13 prouintia *A* 14 est autem N: p: I: *cp*] *om. AΓ* ut] uirgilius *cp* 18 nauifragum] naufragum *Aα* 19 uergī *A*] uirg: *Γcp* unde uirg: *α* 20 sylaceum *A* scyllaceum *r* se iliaceū *γ* scileum *α* scillaceum *p* silaceum *c* 22 unde est *cp* unde ut *A* unde *rα* ut de *γ* 24 gentis *Aγc*] g. *r* gentes *p*

**12.** IVPPITER IPSE] Aer pluuius (*AΓαo*

*Ruens (*cp*)] Inpetuose ueniens (*Γαocp*

**13.** FERTVR PROMETHEVS] De fabula sensus praesenti intentioni necessarius conceptus est. Ait autem Prometheum, cum limo homines fingeret, iussum ex omnibus animalibus particulas, prout erat eorum natura, homini apponere, unde 'uim leonis stomacho apposuisse', idcirco quod iracundia magis accendamur. Timorem a lepore ponunt, a uulpe astutiam ceteraque a reliquis (*AΓα cons. ocp*

*Ordo est: fertur Prometheus coactus addere principi limo particulam desectam undique et adposuisse nostro stomacho uim insani leonis (*Γαc om. p*

**13. 14.** PRINCIPI LIMO] Quo primum homo factus est (*AΓ*

[*Hoc est Adam (*Γ*]

**15.** PARTICVLAM VNDIQVE DESECTAM] Quasi qui ex multis hominem conposuerit (*AΓαcp*

**17.** IRAE THIESTEN EXITIO GRAVI] Atreus et Thiestes fratres fuerunt. Atreus uxorem fratris incestauit, ille filios eius patri epulandos posuit, quod scelus et sol fugisse narratur (*AΓ cons. αocp*

**18.** STETER[A]E CAVSAE] [Extiterunt] usque ad euersionem (*AΓ*(*γo*)*cp*

**21.** INPRIMERETQVE MVRIS HOSTILE ARATRVM] Condendis atque euertendis ciuitatibus haec consuetudo fuit, ut aratrum duceretur, ubi muri aut fuissent aut fierent (*cons. Porph.*). Vergilius (*Aen.* V 755):

2 inp: *γcp*] inpectuose *α* impetuose *r* 4 intentione *γ* 9 ponunt] ponit *α* posuit *cp* 12 adp: *γ*] apposuisse *rαoc* 14 primum *Aγ*] primus *r* 17 quasi q *A*] quasi *Γαp* qui *c* 18 conpos: *γ*] compos: *cett.* 20 atreus *AΓαop*] thiestes *c* 21 posuit *Aγ*] apposuit *rαcp* 23 extiterunt] *om. A* 27 aratrum — fierent *K.*] aratro fierent *codd.; locum corruptum correximus conlato Porphyrione* 28 uerg: — circ:] *om. oc* uerḡ *A*] ut uirḡ *α* uirg: *cett.*

Interea Aeneas urbem designat aratro.

Iterum de euertenda Cicero in Philippicis (II 102):

Vt uexillum tolieret, ut aratrum circumduceret

(*AΓα cons. ocp*

*Insolens (*cp*)] Tantummodo ira commotus (*Γαcp*

**22.** CONPESCE MENTEM] Idest noli in irascendo me imitari, quem paenitet (*AΓαo cons. cp*

**24.** *Misit furentem (*c*)] Scilicet propter iram (*Γαcp*

**25.** MITIBVS MVTARE] Hoc est: blandimentis mutare iracundiam cupio (*AΓαocp*

**27.** FIAS RECANTATIS AMICA] Recantantur obprobria, cum mutato carmine [reprehensiones] laudibus corriguntur (*AΓ cons. cp*

**28.** ANIMVMQVE REDDAS] Hoc est: spem mihi redintegrandi amoris facias (*AΓαcp*

---

## CARM. I 17

[AD TVNDARIDEM (*A*)]

*Metrum duobus uersibus Alcaicum; tertius dimeter iambicus ypercatalecticus, quartus Pindaricus (*BΓ cons. cp*

1 eneas *A* 2 iterum — circumd:] *om. α* deuertenda *Ar* 3 tolleres *Cic.* ut *Aγ*] et *rcp Cic.* circumduceres *Cic.* 6 in] *om. γαop* 7 penitet *Arαocp* 10 hoc est] *om. cp* 11 iracundiam *Arαcp*] iram *γo* 12 obprobria *A*] *om. Γ* autem obprobria *cp* 13 mutato *γp*] multo *A* multo *rc* reprehensiones *γp om. Arc* 15 redintegrandi *cp*] redintegram *AΓ* redente grā *α* 20 ypercatalecticus *Br*] *cons. c* ipercat: *γ*

**1.** VELOX AMOENVM S⟨A⟩EPE LVCRETILEM] Et hanc oden ad Tyndariden scribit Horatius. Cui ut plene satisfaciat, inuitat eam in fundum suum, quem in Sabinis habebat. Dicit ergo, contempto Lycaeo, monte Arcadiae, uenisse ad Lucretilem montem Faunum, quem quidam Inuum uocant. Lucretilis autem mons in Sabinis est (*cons. Porph.*). Sed hic magis Pana pro Fauno uoluit intellegi, nam et capellas suas eum custodire dicit. Ergo magis ille ordo esse debuit: 'Lucretili Lycaeum mutat'; sed est ypallage figura, nisi ex hoc ipso Lycaeo Lucretilis conparatur, quod utrumque saepius conmeet (*AΓ sim. αcp*

**3.** DEFENDIT AESTATEM C.] Remouet aestus et frigora prohibet, ut (*Verg. ecl.* 7, 47):

Solstitium pecori defendite (*AΓαp sim. σc Porph.*

**4.** VSQVE] Continuo (*AΓαDc cons. p*

PLVVIOSQVE VENTOS] [Pluuiam ferentes] tempestiuos (*AΓDcp*

**5.** INPVNE] Sine periculo (*AΓ sim. cp*

PER NEMVS ARBVTOS] Arbutum, quod uulgo appellant, libentius caprae persecuntur ad pascendum, ut (*Verg. georg.* II 520):

Dant arbuta siluae

et alibi (*ecl.* 3, 82):

2 tundariden *A* tyndaridem *c* tindariden *γ* tindaridem *rp* 4 lyceo *Aγc* licaeo *r* liceo *αp* archadię *r* archadie *γαcp* 6 inuum *Ar*] incubum *γαcp*, *cf. Roscher, Ephialtes p.* 60 7 s& *γ* s, *c* pana *c*] pan *Arα om. γ* pati *p* 9 lycęū *A*] liceum *rαcp* lycaneum *γ* muta *A* 10 s, *γ* si *α* ypallage *AΓαc*] ipalage *p* licęo *A* liceo *Γαcp* 11 comp: *A* sępius *A*] sepius *cett.* conmeet *K.*] conmedet *A* com& *γ* cōm^e^t *r* commonet *αc Hauthal* commemoret *p* commutet *ed. uet.*; *cf.* commeare uias 13 defend̄^f^ *A* estus *A* 14 ut — def: *om. c* 15 deffendite *A* 17 pluriam ferentes *om. A* tempestiuos *ArDc*] tempestuosos *γαp* 21 persecuntur *γc*] persequuntur *Arα*

Dulce satis humor, depulsis arbutus haedis

(*AΓα cons. cp*

**6.** ET THIMA DEVIAE] Errantes, pascentes, ut (*Verg. ecl.* 6, 40):

Rara per occultos errant animalia montes

(*AΓα cons. cp*

**7.** OLENTIS V. M.] Grauis enim et hircorum et caprarum odor est. Ergo olentis fetentis, ut (*Verg. ecl.* 2, 11):

Herbas contundit olentes (*cons. Porph.*)

et (*georg.* IIII 270):

Graue olentia Centaurea (*AΓα cons. cp*

**8.** *Ordo est: Tyndari, utcumque personuere ualles et leuia saxa cubantis Vsticae dulci fistula, nec metuunt uirides colubras nec haedilia Martiales lupos (*Γ(rα) cp*

**9.** MARTIALES LVPOS] Martis dicatos tutelae (*cons. Porph.*), ut Vergilius (*Aen.* VIIII 566):

Martius a stabulis rapuit lupus (*AΓ cons. cp*

H⟨A⟩EDILIA] Septa h⟨a⟩edorum [per continentem id quod continetur] (*AΓαDcp*

**10.** VTCVMQVE] Quandocumque (*item α Porph.*) siue quotienscumque (*AΓ cons. cp*

**11.** ET VSTICAE CVBANTIS] Aut nomen montis aut insulae (*AΓD*

*Vstic⟨a⟩e (*cp*)] Nomen montis uel uallis (*cp*

1 hedis *A* 8 olent: *Aαc*] ol: et *γp* ol: idest *r* 10 olentes *Aαp*] olentis *cett.* 15 haedilia *p*] hedilia *α* edilia *c om. r* 16 martialis *p in lemm.* tutele *A* 17 ut — lupus] *om. c* uerḡ *A*] uirg: *Γp* 18 rapuit *p*] rapit *Arγ* 19 *post* hedorum *cp inserunt:* syne⟨c⟩dochicos per — continetur] *om. A* 21 siue *Aγc*] uel *rp* 24 insule *A*

CVBANTIS] Depressae, ut (*Verg. Aen.* III 689):

Tapsumque iacentem (*AΓαD cons. cp*

**12.** LEVIA PERSONVERE SAXA] [Pro] leuigata, limpida (*AΓαcp*

**13.** *Diis p. m. et musa cordi est (*c*)] Et iustitia mea et carmen meum placent diis (*Γ sim. c*

**14.** [*Cordi] Pro 'ad cor' (*Γ*]

HI⟨N⟩C] [Idest] de hoc Sabino fundo (*AΓαcp cons. Porph. sim. α*

**15.** MANABIT] Abundabit (*AΓcp*

**16.** OPVLENTA CORNV] Metaphora a cornu Fortunae (*cons. Porph.*), quo dicitur diuitias consuesse largiri (*Aγ cons. cp*

**17.** IN REDVCTA VALLE] Secreta et refrigerata (*AΓα cons. cp*

*Caniculae (*p*)] Stella est in ore Canis [nimios afferens ⟨a⟩estus] (*Γαcp*

**18.** CANICVLAE VITABIS AESTVS] Idest nimios calores, ut (*Verg. georg.* II 353):

Findit canis aestifer arua;

dies caniculares dicit (*AΓα cons. V cp*

FIDE TEIA] Aut a chordis, hoc est a fidibus, lyrica, aut a ciuitate Anacreontis poetae (*AΓ cons. V cp*

**19.** DICES] Cantabis per citharam (*AΓαcp*

LABORANTIS IN VNVM (*leg.* VNO)] Idest in amore Vlixis (*AΓαp cons. Porph.*

2 tapsumque *rαDc*] capsumq. *A* tāplūq; *γ* tassumq; *p* 3 pro *γα om. Arcp* limpida] plana *cp* 8 hinc *cp* idest] *om. Ar* 10 abundabit *Ac*] habundabit *ΓαDp* 11 metaphora *rp*] metafora *Aγ* 14 et *A*] *om. Γαcp* 16 nimios — estus *om. cp* 18 *HIC INCIPIT COD. V* (*legi potest uox* aestus), *sed primi folii scholia euanuerunt, idest scholia usque ad uoc.* Et lasciua licentia *pertinentia* idest nimios calores *p*] idest *AΓ* nimios calores *c* 20 estifer *A* 21 dicit *γp*] *om. Arα* 22 *lemma* et fide teia *legitur in V, schol. ipsum euanuit; idem lemma exhib. p* lírica *A, recte rcp*

**20.** VITREAMQVE CIRCEN] Aut pulchram aut procurato lucentem nitore aut mari uicinam (*AΓαp cons. c*
**21.** INNOCENTIS POCVLA LESBII] Lenis uini Lesbii (*cons. Porph.*), a loco, ut Vergilius (*georg.* II 90):

Quam Methymneo carpit de palmite Lesbos

(*AΓα paulum cons. cp*
**22.** NEC SEMELEIVS] Matronimicon [est]. Thyone autem mater Semeles dicta est, matris Liberi patris. Dicit ergo per uinum rixam inter se non futuram (*AΓα cons. cp Porph.*
**23.** THYONEVS] Fuit et Thyoneus Liberi filius, qui in Chio insula regnauit, pater Thoantis, Lemni regis, cuius filia fuit Hipsipile, quae, coniuratione aduersus uiros facta, sola patrem seruauit, quam fabulam Statius narrauit in carmine (*Theb.* V 240 sqq.) (*AΓα cons. cp*
**25.** SVSPECTA CYRVM] Alterius amatoris uocabulum sub uituperatione memorauit (*AΓα cons. cp*
DISPARI] In amorem non consentienti (*AΓαp cons. c Porph.*
**26.** INCONTINENTES] Petulantes, ad laesionem uel ad damna promptas, quod per amoris furorem quidam habere solent (*AΓ cons. ocp*
**27.** H⟨A⟩ERENTEM CORONAM] Pro ornatu muliebri posuit, ut Vergilius (*Aen.* I 655):

Duplicem gemmis auroque coronam (*AΓα cons. cp*

2 aũ (= autem) mari *A* 4 ut — lesbos *om. c* uerḡ *A*] uirg. *c* 5 methimneo *A* 7 matronimicon *A*] matronomicum *rc* matronomicon *γα* matronomicō *p* est *cp om. AΓα* thione *αp* tyone *c* tione *A* tyonę *r* tirone *γ* 11 thioneus *A* thioneus *A, recte r* 13 hipsipile *A*] ipsiphile *r* lipsifile *α* hisiphile *γ* 21 damna *Aγcp*] dampna *rα* 24 uerḡ *A*] uirg: *cett.*

## CARM. I 18

[AD QVINTILIVM VARVM (*A*]

*Metrum choriambicum, constans ex spondeo, tribus choriambis et pyrrichio siue iambo; siue Phaleucium (*BΓα cons. cp*

**1.** NVLLAM VARE S.] Scribit ad Varum, fidum amicum sibi, laudans Tiburtinum uinum, et suadet, ut quia uernum conpetens tempus est, nullam arborem prius quam uitem ponat (*AΓαo cons. cp*

SEVERIS] Posueris, ut Vergilius (*georg.* II 319):

Optima uinetis satio cum uere rubenti

(*AΓα cons. cp*

**2.** MITE SOLVM] Fecundum, excultum, ut Vergilius (*georg.* II 239):

Ea nec mansuescit arando (*AΓα cons. cp*

**3.** SICCIS] Pro sobriis et ieiunis uel uino abstinentibus, sine quo raro laetitia est, ut (*Verg. Aen.* I 734):

Adsit laetitiae Bacchus dator (*AΓα cons. cp*

**4.** MORDACES SOLLICITVDINES] Curae, quae mentem mordeant et crucient. Vergilius (*Aen.* I 261):

Quando haec te cura remordet (*AΓf cons. cp*

3 coriambicum *B* constans *r*] *om. Bγαcp* 4 coriambis *B* pirrichio *Bγ*, *recte r* (pyr̄. *α*) siue i: — ph:] *om. α* siue] uel *B* phaleucium *B* phalleutium *rp* faleucium *γ* falleutium *c* 7 uernum *A*] *om. Γαocp* 10 uirg. *Γ* 13 fecundum *A*] fundum *ΓDcp* (bene excultum *α*) uirg. *ΓD* 15 arundo *A* 17 letitia *A* 18 letitiae *A* dator] dator uini *γα* (*ortum ex lectione* 'dator et bona Iuno' (vino *in c*) 20 cruciant *A* uerg: *A*] uirg: *γ om. r*

**5.** AVT PAVPERIEM CREPAT] Increpat, accusat, commemorat, quod sine uino solet [fieri] (*AΓα cons. cp*

**6.** BA⟨C⟩CHE PATER] Bacchus laetitiae auctor et pater (*AΓα cons. cp*

⟨TEQVE⟩] Scilicet eligat (*AΓαD*

DECENS] Decora. Bacchus enim et Venus conuiuiis et uoluptatibus aptiores, ut (*Terent. eun.* IIII 5, 6):

Sine Cerere et Libero friget Venus (*AΓα cons. cp*

**7.** MODICI] [Moderati] parci, moderate uino usi (*AΓ cons. cp*

**8.** CENTAVREA MONET C. L. R. S. M.] Nam post ebrietatem Centauri cum Lapithis pugnauerunt, cuius rixae in bibendo memoriam habendam suadet et monet, ne sicut ab Scythis uel ab aliis gentibus usque ad furorem bibatur (*AΓα cons. cp*

**9.** DEBELLATA MONET SITHONIIS] Tracibus, qui per ebrietatem etiam inlicitos concubitus audent (*ex Porph.*), unde Iuuenalis (6, 301):

Inguinis et capitis quae sint discrimina, nescit

(*AΓα cons. cp*

NON LEVIS EVHIVS] Ac si diceret grauis et iratus (*AΓαDcp*

**10.** *Fas atque nefas (*p*)] Licitum et inlicitum (*Γα cons. cp*

**11.** *Auidi (*p*)] In luxuriam proni, scilicet propter ebrietatem (*Γα cons. cp*

1 increpat] *om. α* 2 fieri *r om. Aγαcp* 5 teque — Bacchus] Decens decorat$^{e}$ /// eligat bachus *A* bacchus *c*] bachus *AΓαp* 7 aptiores *Aγ*] alciores *α* aptiores sunt *cp* apti sunt *r* 9 moderati *ΓαDcp om. A* 12 laphitis *Arα* in bibendo *γαc*] in bibendum *A* in bibentum *r* inter bibendum *p, cf. c. II 7, 25* 13 suad ex *A* 14 ab scithis *Af* ab scytis *r* ab sithoniis s//// *γ* ab sithoniis *α* a scithis *p* a sithis *c* uel *Af*] et *Γαcp* 21 diceret *cp om. AΓαD*

NON EGO TE CANDIDE BASSAREV I. Q.] Bassareus dictus est Liber pater a genere uestis Baccharum, unde et Bacchae Bassarides dictae (*ex Porph.*). Vestis enim genus est usque ad pedes dimissae, dicta a Bassara, loco Lydiae, ubi fit. Tali enim et numina uti uolunt, ut (*Verg. Aen.* I 404. 405):

Pedes uestis defluxit ad imos
Et uera incessu patuit dea (*AΓαfcp*

**12.** INVITVM QVATIAM] Idest non plus bibam, quam oportet (*AΓα cons. cp*

NEC VARIIS OBSITA FRONDIBVS SVB DIVVM R.] Hoc est: non arcana naturae uel quae celare uis, in publicum proferam, et uult per allegoriam intellegi se per uinum secreta non prodere (*AΓα cons. cp Porph.*

**13.** *Tene (*p*)] Idest sicut in Berecynthio monte reprimitur ebrietas per misteria matris deum, sic et tu reprime (*Γα cons. cp*

TENE CVM BERECINTIO CORNV TIMPANA] Precatur Liberum, ut contineat ab eo furoris incitamenta, quae per se ipsa insaniam accendunt (*ex Porph.*), ut in Berecinthio monte per misteria matris deum; nam tympanorum strepitum pro ebrietate posuit (*AΓαf cons. cp*

CAECVS] Per ebrietatem nescius sui (*AΓD cons. cp*

**15.** VACVVM VORTICEM] Vanum uino uel plus sibi adrogando (*cons. Porph.*) uanum (*AΓ(rα) paulum sim. cp*

1 basareus *α* 3 bache *A* dicte *A* 4 pedes et dimissę *A* pedes dimissa *Γαf* 5 lydie *A* et numina] enumina *A* 10 oportet *Γαc*] oporteat *Ap* 12 arcana *A*] archana *Γα* natura *A* uel] *om. α* 15 berecynthio *r*] berecinthio *γαcp* 18 precatur — in ber:] idest sicut inber: *α* 19 per se ipsa *K.*] se ipsa *A et Porphyrionis codices* se ipsā *γf* se ipsa in *r* ipsa se in *cp* 20 accendunt *Acp Porph.*] accendant *r* accedunt *γ* 21 timpanorum *A* 24 — c. I 23, 5 *NON EXTAT schol. γ* *utrum* uorticem *an* uerticem *habeat A parum liquet*

**16.** FIDES PRODIGA] Perfida et quae commissum uulget archanum (*AΓ*(*rαf*) *cons. cp*

*Perlucidior (*p*)] [Idest] omnia nudans, sicut in uitro omnia uidentur (*Γ*(*rαDf*)*p*

---

## CARM. I 19

[PVEROS ADLOQVITVR (*A*)]

*Metrum Glyconium primo uersu, secundo Asclepiadeum (*Brα cons. cp*

Hac ode reuocari sibi amorem dicit Veneris instinctu, adiuuante hunc Licentia et Libero (*cons. Porph.*). Terentius (*heaut.* III 1, 74):

Nam corruptiores omnes sumus licentia

(*AΓ*(*rα*) *cons. cp*

**1.** MATER SAEVA CVPIDINVM] Vergilius (*ecl.* 8, 49):

Crudelis tu quoque, mater (*AΓ*(*rα*)

**2.** *Semel<a>e (*p*)] Nomen est matris pueri (*Γ*(*rα*) *cp*
PVER] Dionisius (*AΓ*(*rα*) *cp*

**3.** ET LASCIVA LICENTIA] Otium, quod semper in lasciuiam resoluitur (*AΓ*(*rαof*) *cons. cp*

**4.** FINITIS AMORIBVS] Iam desertis et alienis ab animo, denuo hisdem incitari (*AΓ*(*rf*) *Vcp*

**5.** GLICERAE] Nomen puellae amatae (*AΓ*(*rαo*) *Vcp*

2 archanum *Arαfc*] arcanum *p* 3 idest *om. rαD* 7 gliconicum *α* primus uersus secundus asclipiadeus *B* 9 reuocari *A*] renouari *rαp Porph. om. c* 11 terен̄ti (*sic A*) 14 uirg: *Ar* un̄ = unde *α* 19 resoluit *A* 20 *INCIPIT cod. V, sed nil nisi uox* incitari *seruatum est in V; primi folii particula abscissa* 21 hisdem *Arfp*] isdem *c* 22 Clicere *A*

**6.** PARIO MARMORE PVRIVS] Parius lapis candidus est, unde multa signa, et propterea (*Verg. Aen.* III 126):

Niueamque Paron

et (*georg.* III 34):

Parii lapidis spirantia signa,

et alibi (*Aen.* I 593):

Pariusque lapis circumdatur auro (*AΓ(raf) Vcp*

**7.** VRIT] Incendit; Vergilius (*Aen.* IIII 68):

Vritur infelix Dido (*Aα*

Vrit (*V*)] Incendit; Virgilius (*georg.* III 215):

Vritque uidendo (*V cons. cp*

GRATA PROTERVITAS] Amantibus grata procacitas siue inpudentia, qua interdum consuerunt conmendari mulieres (*AΓ(raf) V cons. Porph.*

**8.** Lubricus (*V*)] Ad libidinem procliuus (*Γ(rαo) V*
Aspici (*V*)] Ad aspiciendum (*Γ(rα) V*

**9.** IN ME TOTA RVENS VENVS] Idest relicta, in qua Venus colitur, insula me totum occupauit (*AΓ(rf) V*

**10.** NEC PATITVR SCITAS E. V. A. E. P. D.] Dicit se amore Veneris et deliciis occupatum scribere bella non posse (*AΓ(rα) V cons. Porph.*

**11.** Auersis equis (*V*)] In fugam retortis (*Γ(rα) Vcp*

AVERSIS EQVIS P.] Auersis in fugam, qua re fortiores dicuntur Parthi, ut (*Lucan.* I 230):

Et missam Parthi post terga sagittam

(*AΓ(raf) V*

**12.** Dicere (*V*)] Idest non sinit me cantare de proeliis (*Γ(rα) Vcp*

2 multa — Paron et] *deficit V* 8 uerḡ *A*] uirg: *α* 9 urit *α* 12 amantibus] amatoribus *r, cf. Porph.:* amatori 22 auersis (& uersis *α*) in fugam *Arα*, *hic om. Vcp* 28 proeliis *rp ut uid.*] p̄liis *α V* preliis *c*

NEC QVAE NIHIL ATTINENT] Idest quae ad uoluptatem non pertinent nec adtinent ad amorem, ut (*Verg. ecl.* 2, 71):

Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget usus

(*A Γ*(*r α f*) *V*

**13.** VIVVM CESPITEM] Aut terra uirens aut cespes ad sacrificium (*A r V p*

**14.** VERBENAS PVERI PONITE] Herbas sacras, ut (*Verg. ecl.* 8, 65):

Verbenasque adole pingues et mascula tura,

et (*Terent. Andr.* IIII 3, 11):

Ex ara sume hinc uerbenas tibi.

Bene autem uerbenas, cespitem et tus Veneri promittit quae sanguine non placatur, ut Verg. (*Aen.* I 335):

Haud equidem tali me dignor honore;

et item (I 416. 417):

Centumque Sabeo
Ture calent arae sertisque recentibus halant

(*A Γ*(*r α*) *V c p*

Tura (*V*)] Sacrificia (*r V*

**15.** BIMI CVM PATERA MERI] Veteris uini (*A Γ*(*r α*) *V*

**16.** Hostia (*V*)] Idest facto [Veneri] sacrificio mansuescet (*Γ*(*r α*) *V*

MACTATA VENIET LENIOR HOSTIA] Hoc est: lenior Glycera Veneri ueniet, quam proteruam dixerat (*A Γ*(*r α f*) *V cons. Porph.*

12 sūme *A* 14 non placatur sanguine *r α V* ut] *om. V c p* uerg̃ *A*] uirg: *r α V* 17 sabeo] sol eo *A* 18 alant *α V c* 22 ueneri *α*] *om. r V* 24 hoc est] *om. V, non c p* 25 glicera *A* propteruam *α*

## CARM. I 20

[AD MAECENATEM (*A B*)]

*Metrum Sapphicum endecasyllabum (*B Γ* (*r α f*) *V c p*

1. VILE POTABIS MODICIS SABINVM] M⟨a⟩ecenatem inuitat ad cenam, cui mediocritatem suam excusat, promittens ei uinum Sabinum nouitate uile, sed quod in amphoram Graecam miserit, ut inde aliquid traheret suauitatis (*cons. Porph.*), eo tempore, quo ille in theatro a populo laudabatur; aut uile uinum propterea quod ipsi uile sit, qui meliora potare consueuerat (*A Γ* (*r α*) *V*

VILE] Aut nouum (*cons. Porph.*) aut certe habundans, minoris pretii, ut Vergilius (*georg.* I 227):

Vilemque phaselum,

item (*georg.* I 274):

Vilibus aut onerat pomis (*A Γ* (*r α f*) *V*

Ordo est: care M⟨a⟩ecenas eques, potabis uile Sabinum modicis cantaris, quod ego ipse leui conditum Graeca testa, cum datus est tibi plausus in theatro, ut ripae paterni fluminis simul et iocosa imago Vaticani montis redderet tibi laudes (*Γ* (*r f*) *V*

MODICIS] Aut paruis (*cons. α Porph.*) aut modum habentibus (*cons. 'quidam' apud Porph.*) (*A r V*

2. Cantharis (*V*)] Vasis uinariis ansas habentibus (*Γ* (*r α*) *V*

3. LEVI] Aperui, protuli, ut (*Terent. heaut.* III, 1, 51):

Releui dolia omnia

(*A r V; pars ex Porph. male intellecto*

2 MEC: *A* 3 metrum] *om. B* saphphicum *r* saphicum *B α f V c p* endecasyllabum *r*] endecasill: *α f V c p om. B* 7 amforam *A* 11 hab: *A r α f p*] ab: *V c* 12 precii *A r α f V* pretii *c* pretia *p* uirg: *codd.* 13 phaselum *α*] faselon *V* faselum *A r f p* fasellum *c* 14 item *A r f V*] et *c p*

**4.** PLAVSVS] Fauor (*AΓ*(*rα*)

**5. 6.** PATERNI FLVMINIS RIP⟨A⟩E] Paterni ideo, quia de Tuscia fuit M⟨a⟩ecenas, unde oritur Tiberis (*cons. Porph.*), ut Vergilius (*georg.* I 499):

Qui Tuscum Tiberim et Romana Palatia seruas;

uam et Porsennae dicitur adfinis fuisse (*AΓ*(*rαf*) *V*

**6.** SIMVL ET IOCOSA R. L.] Constat M⟨a⟩ecenatem in equestri dignitate mansisse sua uoluntate, dum ei ⟨lati claui⟩ facultas pateret (*A V cons. Porph.*

**7.** Laudes (*Vp*)] Per echo scilicet Vaticani (*α Vcp*

VATICANI MONTIS I.] Mons est uicinus theatro, in quo dicit per echo uoces auditas, ut (*Verg. georg.* IIII 50):

Vocisque offensa resultat imago (*AΓ*(*rαof*) *V*

**9.** CECVBVM] Vinum Campanae regionis (*AΓ*(*rαo*) *V*

PR[A]ELO DOMITVM CALENO] Prelum dicitur, unde premi uuae consueuerunt (*AΓ*(*rα*) *V*

CALENO] Ciuitas Campaniae (*AΓ*(*αr*) *gloss. V om. cp*

**10.** FALERNAE VITES] Probati uini et optimi, de quo (*Verg. georg.* II 96):

Nec cellis ideo contende Falernis (*AΓ*(*rαf*) *V*

**10. 11.** Temperant (*V*)] Idest non fruor uino illarum ciuitatum neque sunt mea pocula similia (*Γ*(*rα*) *V*

**11.** Formiani (*V*)] Formia ciuitas est, unde [est] hoc diriuatiuum (*Γ*(*rα*) *V cons. cp*

2 flumina s rîpe *A* 5 palacia *A* 9 lati claui *K. ex Porph.*] *lacuna in A* consulatus *cp om. V* 13 offensa *cp Verg.*] offense *Arα V* 14 campaniae *Γα V* 15 praelum *A* 16 consueuerunt *α Vcp* consueuerañ. *A* consuerunt *r* 23 (formia *rα Vcp*) unde hoc *r*] unde est hoc *Vcp* unde hoc est *α* 24 deriuatum *α* diriuatiuum *cett.*

## CARM. I 21

[AD CHORVM VIRGINVM ET PVERORVM (*ABp*]

*Metrum duobus uersibus Asclepiadeum, tertius Ferecratius, quartus Glyconius (*Brα V cons. cp*

**1.** DIANAM TENERAE D. V.] Augustus ludos saeculares instituit, quibus hymni Apollini Dianaeque dicebantur a nobilibus; pueri Apollini, Dianae uirgines. Hac ode ipsum et docet et hortatur, ut canant (*AΓ(rαf) V*

DICITE] Cantate, ut (*Verg. georg.* III 6):

> Cui non dictus Hylas puer (*AΓ(rD) V ex Porph.*

**2.** INTONSVM] Crinitum Apollinem (*AΓ(rD) V*

**3.** Supremo (*V*)] Maximo (*r V*

LATONAMQVE SVPREMO] Vt Terentius (*adelph.* II 1, 42):

> Pro supreme Iuppiter,

et (*Verg. Aen.* VII 220):

> Rex ipse Iouis de gente suprema (*AΓ(rD)α V*

**4.** DILECTAM P[A]ENITVS IOVI] 'Penitus' aut ualde aut familiariter (*cons. Porph.*), ut (*Verg. Aen.* VIIII 141. 142):

> Penitus modo non genus omne perosos
> Femineum (*AΓ(rαDf) V*

**5.** Ordo est: uos dicite laetam comam nemorum et quaecumque prominet fluuiis aut Algido gelido aut

4 ferecratius *B* feregracius *rα V* feregratius *cp* glyc: *Br*] glic: *αVcp* 5 dianē *A ut uid.* 6 institit *A* hymni *cp*] ymni *Af* imni *r V* inni *α* 7 ipsum *ArαfVc*] ipsos *p Hauthal; sed* ipsum = idem 8 et docet *A*] edocet *rαfp* docet *Vc* 10 hilas *A Vp recte Γc* 14 iupp: *αD Vc*] iupiter *Arp* 20 perosos *ADp*] perosus *αf* perosum *r Vc* 22 est *αfc om. r Vp*

nigris siluis Erymanthi aut nigris siluis uiridis Gragi, et uos, mares, tollite Tempe totidem laudibus et Delon natalem Apollinis, et umerum insignem pharetra et fraterna lyra (*Γ*(*rαf*) *V*

7. NIGRIS] Vmbrosis (*item Porph.*), ut (*Verg. ecl.* 6, 54):

Ilice sub nigra (*AΓ*(*rα*)

ERIMANTHI] Mons Arcadiae (*Arα sim. Vcp ut infra notauimus cons. Porph.*

9. VOS TEMPE TOTIDEM] Tempe mons et amoena Thessaliae, ut (*Verg. georg.* II 469):

Speluncae uiuique l. e. f. Tempe (*AΓ*(*rαD*) *V*

10. NATALEMQVE DELON] In qua Apollo et Diana nati sunt (*AΓ*(*rα*)*D*

12. VMERVM LYRA FRATERNA] Quia a Mercurio lyra inuenta dicitur et Apollini data ab eo, quia Apollinis frater Mercurius putatur (*AΓ*(*rαD*) *V cons. Porph.*

13. HIC BELLVM LACRIMOSVM] Luctuosum, ut (*Verg. Aen.* VII 604):

Siue Getis inferre manum, lacrimabile bellum

(*AΓ*(*rαf*) *V*

Ordo est: hic, hic motus uestra prece a populo et principe Caesare aget lacrimosum bellum et pestem cum misera fame in Persas atque Brittannos (*Γ*(*rαf*) *V*

16. AGET PRECE] Aut auertet aut abiget (*Ar V*

1 siluis — nigris] *om. α* erymanthi *r*] erimanthi *f Vcp*, *Vcp add.*: montis arcadiae (archadiae *V* archadie *c*) 3 umerum *r V*] hum: *αfcp* 8 erummanthi *A* montis *α* arcadie *A* 10 tempe *α*] *om. Γ V, sed lemmatis instar exhib. V* 12 spelunce *A* f. tempe] *euanuit V* 20 manum] manu *p et fort. V (sed parum liquet), non c* 24 brittannos *r V* britannos *αf*

## CARM. I 22

[AD FVSCVM (*A B*]

*Metrum Sapphicum endecasyllabum, quartus Adonius (*B Γ*(*r α*) *V*

**1.** INTEGER VITAE SCELERISQVE PVRVS] Ad Aristeum Fuscum scribit amicum suum, indicans innocentiam semper et ubique tutam esse, etiam inter res saeuas ac periculosas. Cuius rei testimonium documentumque ipse ceperit cum alias tum praecipue, cum in Sabinis in agello suo spatiantem se ingens lupus fugerit. Dubitandum tamen, utrum iodulariter an uere dicantur, quia lupi singuli singulares homines inuadere consueuerunt (*A Γ*(*r α f*) *V ex Porph.*

Integer (*V p*)] Innocens (*Γ*(*r α*) *V p*

**2.** Mauris iaculis (*V p*)] Quibus utuntur Mauri; est enim pro diriuatiuo primitiuum (*Γ*(*r α f*) *V*

**3.** Grauida (*V p*)] Plena (*Γ*(*r α*) *V p cons. Porph.*

**5.** SIRTIS AESTVOSAS] Aut procellosas aut nimio sole feruentes (*A Γ*(*r α*) *V*

**6. 7.** PER INHOSPITAL[ITAT]EM CAVCASVM] Caucasus, mons Scithiae praeter habitationes hominum, de quo Vergilius (*Aen.* IIII 366. 367):

> Seu duris genuit te cautibus horrens
> Caucasus (*A Γ*(*r α f*) *V*

3 sapphicum *p*] saphphicum *r* saphicum *B V* endecasillabum *B V, recte r* 5 aristeum *A Γ V*] aristium *Porph.* 6 innoscendam *A* 7 ac] *A r V c*] et *f F p* 8 cepit *V p, non A Γ c* 11 dicatur *r α* 12 consueuerunt *A r α V c p cons. Porph.; sed quoniam haec codicum lectio abhorret a uera luporum natura, nescio an scribendum sit* 'non consueuerunt' consueuerant *f* 15 est — primitiuum *om. α* 16 diriuatiuo *r V* deriuatiuo *c* deriuatione *f p* primitiuum pro d: *V c p* 18 procellas *A* 21 uerḡ *A*] uirg: *cett.*

**7. 8.** FABVLOSVS YDASPES] Aut longinquus, aut de quo multa finguntur miranda (*A Γ*(*r α o*) *V*

**8.** LAMBIT YDASPES] Fluuius Indiae (*item α Porph.*) siue Persidae (*A Γ*(*r o*) *V*

'Lambit' metaphora a lingua, eo quod leniter fluat et ripas suas tamquam lingua lambiat (*A Γ*(*r α o f*) *V* *cons. Porph.*

**9.** Ordo est: namque me inermem fugit lupus in Sabina silua, dum canto meam Lalagen, et uagor ultra terminum expeditis curis (*Γ*(*r α f*) *V*

**10.** DVM MEAM CANTO LALAGEN] Idest dum amicae laudibus inlicior uoluptate cantandi (*A Γ*(*r α o*) *V*

**10. 11.** ET VLTRA TERMINVM CVRIS VAGOR] 'Vltra terminum' uagus aut ultra agri fines (*cons. Porph.*) aut ultra curarum terminum progressus tanta animi securitate, ut nihil timeret (*A Γ*(*r α f*) *V*

**13.** PORTENTVM] Pro lupo posuit (*A r V*

MILITARIS] Quia uiros fortes et aptos militiae habuit (*A Γ*(*r o f*) *V cons. Porph.*

**14.** DAVNIAS LATIS A.] Aut Apulia dicta a Dauno rege, socero Diomedis, aut regio, in qua regnauit pater Turni, unde et (*Verg. Aen.* XII 934):

Dauni miserere senectae (*A Γ*(*r f*) *V*

ALIT AESCVLETIS] Sicut pinetis dixit ab aesculo (*cons. Porph.*). 'Latis' magnis et uastis et pro siluarum magnitudine feris abundantibus (*A r V*

**15.** NEC IVB⟨A⟩E TELLVS G. L.] Vt supra a rege

1 ydaspes *etiam α* aut de quo — miranda] *cons. Porph.* 4 persidae *r* perside *A o V* mediæ *p totum scholion om. c* 5 metaphora *f V*] metafora *A r o* methaphora *c p* 6 lambiat *A Γ*(*α o f*) *V p*] lambat *r c* 8 inermem *c p*] inhermem *r α V* inhermen *f* 11 amice *A* 14 uagus *om. V* fines agri *V* 16 timerē *α* 20 a duno *A* 23 senecte *A* 24 sic *A* esculo *V* 26 feris abundantibus *A*] feris habundantibus *r p* feras habentibus *V*

significat prouinciam. Iuba enim rex Maurorum fuit, quae regio et sicca est et leonibus abundans (*A Γ*(*rf*) *V*

**16.** ARIDA NVTRIX] Siticulosa, ut (*Verg. Aen.* IIII 42):

Hinc deserta siti regio (*A r V*

**17.** PIGRI⟨S⟩ CAMPIS] Locis Scithiae frigidis (*A r V*

**18.** RECREATVR] Perflatur (*A r*

**19.** QVOD LATVS] Quam partem (*A r V*

**20.** IVPITER VRGET] Iouem [enim] aerem ponit, ac si diceret 'loca sine sole'. Vergilius (*Aen.* VII 227):

Plaga solis iniqui (*A Γ*(*rα*) *V*

Vrget (*Vcp*)] Conprimit (*r V*

**21.** PONE SVB CVRRV NIMIVM PROPINQVI S.] Idest aut in frigidis partibus Scithiae aut in ardentibus Africae si poneretur, Lalagen se, amicam suam, dicit securum omnium periculorum bono innocentiae posse cantare (*A Γ*(*rα*) *V*

**22.** IN TERRA DOMIBVS NEGATA] Cecaumenen inhabitabilem dicit (*A r V om. α*

**23.** DVLCE RIDENTEM L. A. D. L.] Vt (*Verg. Aen.* IIII 317. 318):

Fuit aut tibi quicquam
Dulce meum (*A Γ*(*rα*) *V*

---

## CARM. I 23

[AD CHLOEN (*A B*)]

*Metrum duobus uersibus Asclepiadeum, et primus uersus per resolutionem scanditur, ita: uitat · inuleo ·

1 prouintiam *A r* 2 abundans *A*] hab: *rαf V* 5 frigidis locis scithiae *Vp cons. c* sithię *A* 8 enim *rα V om. A* acrem *A* 9 si diceret *bis A* uerḡ *A*] uirg: *cett.* 24 cloen *B* 25 asclipiadem *B*

me similis · Chloe. Tertius Ferecratius, quartus Glyconius, qui et ipse per resolutionem scanditur, ita: aurarum · et siluae me · tu (*BΓ*(*rαf*) *V*

**1.** VITAT INVLEO ME SIMILIS CHLOE] Ad Chloen iam maturam uiro scribit contactum suum fugientem, cui ueluti suadet uirorum eam tactum non debere uitare, et comparat eam inuleo inbelli et natura timido, quod, sicut ille leonem uel tigridem, sic ista uiros fugiat, feras adstruens insequi, ut occidant, se ad hoc eam uelle consequi, ut amplectatur. Sensus autem hic est: Chloe me uitat, quae timet ut inuleus, qui ceruae matri aberrauit et ad omnes motus aurae uel nemoris tremit (*AΓ*(*rαf*) *V cons.z Porph.*

Ordo est: uitat me Chloe similis inuleo quaerenti pauidam matrem in auiis montibus, non sine uano metu aurarum et siluae (*Γ*(*rα*) *V*

**2.** MONTIBVS AVIIS] Praeter uiae usum, qua ferae ambulare consuerunt (*AΓ*(*rαo*) *V*

**3. 4.** NON SINE VANO A. ET S. METV] Vt naturam timiditatis ostenderet (*Aα*

**5.** INHORRVIT] Turbata est, ut (*Verg. Aen.* X 711):

Inhorruit armos (*ArV*

VERIS INHORRVIT A. F.] Ypallage pro ʻueris aduentu folia nata commota sunt aura' (*AΓ*(*rα*)*z Vp ex Porph.*

**6.** Virides (*p*)] Colorem lacertarum expressit (*ΓαV*

1 mesimi · lis cloe *B* me simi, lis cloę *V* ferecratius *B* feregracius *αf V* feregratius *r* 2 aura · rum et silu · ęmetu *B* aura, rum et silue metu *V* aura: rum et silu: ae metu · *p* 4 cloen *rfzV* choen *A* cloē *α* 6 tactum *Arfp*] tractu *α* contactum *z V Porph.* 10 cloe *c* chloen *r* choloen *A* cloen *f V* cleon *p* cloon *α* 11 quae] que *A* 12 aure *A* 14 uitat me chloe (cloe) *rα*] cloe uitat me *Vcp* 17 uie *A* 18 ambularę *A* consuerunt *Ao*] consueuerunt *cett.* 21 ut] *om. A, non cett. cp* 23 ypallage (hypalage *p*) est pro mobilia folia inhorruerunt (inhorruere *p*) aduentu ueris *α Vcp* 25 *DENVO INCIPIT cod. γ*; *Γ*=*rγ*

**7.** DIMOVERE LACERT⟨A⟩E] Epitheton lacertarum, quae talibus locis latere consuerunt, ut (*Verg. ecl.* 2, 9):

Occultant spineta l. (*AΓαV*

**8.** ET CORDE ET GENIBVS] Idest animo et corpore; genibus enim capti tremere consuerunt (*AΓV*

**9.** Ordo est: atqui non persequor ego te frangere ut aspera tigris uel Getulus leo (*ΓαV*

Tigris (*V*)] Velocissimum animal (*ΓV*

**12.** TEMPESTIVA SEQVI VIRO] Iam matura uiro; matura et uiri patiens et coniunctioni apta, ut est ad aptae et maturae significationem (*Verg. georg.* I 256):

Et tempestiuam siluis euertere pinum (*AΓαV*

---

## CARM. I 24

[AD VIRGILIVM MARONEM (*AB*)]

*Metrum tribus uersibus Asclepiadeum, quartus Glyconius (*BΓV*

**1.** QVIS DESIDERIO SIT PVDOR] Consolatur hac ode Vergilium inpatienter Quintili amici sui mortem lugentem (*AΓαoV*

Sensus autem uel ordo: da mihi praecepta carminis, o Musa, quibus ostendam, quis modus desiderii esse debeat carissimi sodalis aut amici. Quidam (*non Porph.*) autem fratrem Vergilii hunc uolunt esse (*AΓαV*

**2.** TAM CARI CAPITIS PRAECIPE] Da praecepta (*AΓαV*

2 latére *α* 5 consueuerunt *αVcp* 10 matura — apta] *om. α* patiens *edit.*] potens *codd.* 14 (VIRGILIVM *AB*) 15 asclipiadium *B* 16 glyconius *Br*] glic: *γV* 18 uerg: *A*] uirg: *cett.* quintili *AoV*] quintilii *γαcp* quintilanum *r* 20 autem est uel ordo *rVcp* autem uel ordo est *α* 21 desiderio *αVcp* 23 uerg: *A*] uirg: *cett.* 24 TAM] tum *A*

**3.** CVI LIQVIDAM] Puram, dulcem siue canoram, ut (*Verg. georg.* I 410):

> Liquidas corui presso ter gutture uoces (*A Γ α V*

PATER] Iouis enim et Mnemosynes Musae filiae esse dicuntur (*A Γ α o V*

Ordo est: Melpomene, cui pater dedit liquidam uocem cum cithara, praecipe lugubris cantus, quis pudor aut modus sit ⟨desiderio⟩ tam cari capitis (*Γ*(*r α*) *V*

**5.** PERPETVVS SOPOR] Mors (*cons. Porph.*) ut (*Verg. Aen.* X 745. 746):

> Et ferreus urget
> Somnus

et (*Verg. Aen.* VI 278):

> Consanguineus Leti Sopor (*A Γ α E V*

**6.** ET IVSTITIAE SOROR] Fides incorrupta Iustitiae soror bene appellata (*A Γ α E*

**7.** NVDAQVE VERITAS] Infucata et pura, quae nihil occulti habeat (*sim. Porph.*) aut egeat argumento (*A Γ α E V*

**9.** MVLTIS FLEBILIS OCCIDIT] Occidisse magnos et probatos uiros dicebant, ut (*Verg. Aen.* X 470. 471):

> Quin occidit una
> Sarpedon, mea progenies (*A Γ α V*

Occidit (*Vcp*)] Mortuus est (*Γ*(*r α*) *V*

**11.** TV FRVSTRA PIVS] Inrationabiliter et sine remedio, ut (*Verg. Aen.* XI 51. 52):

> Et nil iam caelestibus ullis
> Debentem (*A Γ α V*

4 neome synes *A* neomesiṇes (*addito dubitationis signo infra* n) *V, item, sed sine illo signo cp* neomessynes *r* iunonis *γ α* 9 ut et *A E p*] ut *α V c* et *Γ* 14 lęti *A* 27 celestibus *A*

CREDITVM QVINTILIVM] Conmissum, conmendatum (*cons. Porph.*), unde et homines animas reddidisse dicuntur, tamquam quas ad hoc acceperunt, ut restituerent (*AΓV*

**13.** Blandius (*V*)] Delectabilius (*ΓαV*

THREICIO BLANDIVS ORPHEO] Orpheus T⟨h⟩rax fuit qui dum cantu sui uel cithara arbores conmoueret, ut sequerentur, Euridicen tamen uxorem suam ab inferis reuocare non potuit (*AΓV*

Ordo est: quid si blandius Threicio Orpheo moderere fidem auditam arboribus, num redeat sanguis uanae imagini, quam Mercurius, non lenis recludere fata precibus, semel conpulerit nigro gregi horrida uirga? (*ΓV*

**14.** FIDEM] Chordam (*AΓαV*

**15.** VAN⟨A⟩E IMAGINI] Inani umbrae mortui (*AΓαV cf. Porph.*

SANGVIS] Pro uita (*AΓ*

**16.** QVAM VIRGA] Caduceo (*AΓEV*

HORRIDA] Seuera, districta, ut (*Verg. Aen.* IIII 242. 243):

> Tum uirgam capit; hac animas ille euocat Orco
> Pallentes (*AΓEV*

**17.** RECLVDERE] Aperire (*AΓE*

**18.** NIGRO CONPVLERIT M. G.] Vmbrarum multitudini congregauerit, ut (*Verg. ecl.* 7, 2):

> Conpulerantque greges (*AΓV*

**19.** Durum (*V*)] Subaudi 'est quod dico' (*ΓαEV*

DVRVM SED LEVIVS FIT PATIENTIA] Suadet ferri, quod corrigi non potest, ut (*Verg. Aen.* V 710):

> Superanda omnis fortuna ferendo est,

6 cantu sui *Γ*] cantus sui *A* cantu suo *Vcp* cantus ui *Hauthal, sed non bene* ut] et *rVcp* 9 quid si *γc*] quod si *rαVp* 12 conpulerit *γ*] comp: *rαV* 14 inmagini *A* 20 reuocat *A* 25 conp: *Ar*] comp: *γV* 27 FIT PAT:] patientiã sit *A*

et (*Terent. Andr.* IIII 5, 10):

'Vt quimus' aiunt, quando 'ut uolumus', non licet (*AΓαV*

Sed leuius ⟨fit⟩ (*V*)] Idest leuigatur (*ΓαEV*

**20.** NEFAS] Pro inlicito posuit (*AΓ*(*rαE*)*V*

---

## CARM. I 25

[AD LYDIAM (*AB*]

*Metrum Sa⟨p⟩phicum endecasillabum (*BΓαV*

**1.** PARCIVS IVNCTAS QVATIVNT F.] In Lydiam meretricem rapacem, sed iam uetulam scribit, meritoque ab amatoribus passuram, quae fecerat. Sensus autem est: iuuenes, qui olim fenestras tuas lapidibus incessebant, ut excitata somno his aperires, iam te neglegere incipiunt et idcirco hoc rarius faciunt (*AΓV sim. α ex Porph.*

PARCIVS] Rarius, ut (*Verg. ecl.* 3, 7):

Parcius ista u. (*AΓαEV*

IVNCTAS] Clausas (*AΓα*

Quatiunt (*p*)] Concutiunt (*ΓαV*

**2.** IACTIBVS] Idest ictibus lapidum (*AΓαV*

PROTERVI] Insolentes, superbi (*AΓαEV*

**3. 4.** AMATQVE IANVA LIMEN] [Non recedit a limine] Hoc est: semper clausa est, nullo iam amatorum iuxta solitum ueniente; aperta enim recedit a limine (*AΓαV*

7 lidiam *B* 8 metrum] *om. B* 10 set *γ* merito quę *A* 12 incessebant *Ar Porph.*] incessabant *γVcp* 14 hoc] haec *Vp Porph.* 16 u.] ·v· = uiris *α*, *om. cett.* 18 quaciunt *V* 19 idest *A*] *om. cett.* ictibus *Arα*] *om. γ* ictibus (ictilus $V_1$) subaudi *Vp* (iactibus] lapidum scilicet *c*) 21 non recedit a limine *Vcp om. AΓα* 23 aperta — limine] *ex Porph.*

**5.** FACILIS MOVEBAT] [Vncta, ne resonaret] adsiduo uso frequentius aperiendo (*A Γ V*

**6.** AVDIS MINVS ET MINVS IAM] Quod olim solebant amatores tui dicere adulescentes: o Lydia, pereunte me dormis; iam minus audis (*cons. Porph.*), cum displices per senectutem (*A Γ α V*

**7.** PEREVNTE] Subauditur 'amore' [idest: per amorem] (*A Γ*(*γ α*)

**9.** MOECHOS] Pro amatoribus posuit (*A Γ α V*

Ordo est: leuis anus (*Γ V*

Arrogantis (*V*)] Te dedignantes (*Γ α V*

**10.** LEVIS] Aut contempta, aut ab amatoribus uacans (*A Γ α V paul. sim. Porph.*

LEVIS ANGIPORTV] Angiportum alii dicunt uicum sine exitu, quasi in loco deserto et sine conuentu, ubi fletura esset; alii dicunt uicum angustum et flexuosum in modum anguis uel ipso secreto serpentibus tutum quasi anguis portum (*A Γ α V*

**11.** THRAC[H]IO BACCHANTE] Aquilone (*ex Porph.*) aut Borea (*A Γ V*

BA⟨C⟩CHANTE] Insaniente (*A Γ V*

**11. 12.** Magis sub interlunia (*p*)] Tunc magis flebis (*Γ V*

SVB INTERLVNIA VENTO] Quia tunc fere concitantur tempestates (*ex Porph.*), quasi tetro tempore et in desertis locis ideo fleret, ut doloris testem uitaret (*A Γ α V*

**14.** FVRIARE EQVORVM] 'Furiare' nouo uerbo usus est, quasi in furorem libidinis urgueret. Vergilius (*georg.* III 266):

1 idest uncta *p* (uncta *c*) *in V litterae quaedam ante* uncta *euanuerunt* uncta ne resonaret *om. A* ne] *om. V non Γ c p* 3 quod] *om. A* 4 adulescentes *A c*] adol: *r α p* adhol: *γ V* 7 subauditur *A* ·s· *γ om. α* idest per am:] *om. A* 10 est] *om. r* 15 ubi *γ α*] *lacuna A om. cett.* 17 uel ipso — portum] *om. α* 27 ususus *A* 28 urgueret *A*] urguere *r α utrobique*, urgere *γ V c p cf. schol. u. 10. 11. 12* uerḡ *A*] uirg: *cett.*

Scilicet ante omnes furor est insignis equarum (*A Γ α* (*bis*) *V ex Porph.*

**15.** CIRCA IECVR VLCEROSVM] Libidinis indignatione conmotum, uel certe (*sec. Porph.*) quod pro aetate tamquam ulcerosum spernatur (*A Γ α* (*bis*) *V*

**16.** SINE QVESTV] Sine querela, aut ut auaritiam meretricis ostenderet, ne tum quidem sine lucro et pretio corporis (*A Γ α V*

**17.** PVBES] Iuuentus (*A Γ V*

**17. 18.** HEDERA VIRENTI GAVDEAT P. M. A. M.] Idest puellas iuuenes amet, quas in hedera et myrto intellegi uoluit. Pullas autem dixit liuidi coloris puellas (*A Γ V*

**19.** ARIDAS FRONDES HIEMIS] Aridas anus et decrepitas mulieres, et sic iam aetate frigidas, ut Hebro glaciali sint similes, merito a iuuenibus contempnendas (*A Γ α V*

Hiemis s. (*V*)] Idest sic frigidus, ut hiemis est tempus (*Γ V*

**20.** Hebro (*V*)] Fluuio frigidissimo (*Γ V sim. α*

---

## CARM. I 26

[AD MVSAS (*A cons. B*)]

*Metrum duobus uersibus Alcaicum, tertius iambicus nouenarius ypercatalecticus, quartus Pindaricus (*B Γ α V*

4 etate *A* 6 ut] *om. A* 7 pretio *γ*] precio *cett.* 11 amet *A r V*] ament *γ c p* mirto *A* 12 pullas] puellas *A* liuidi *K.*] iuuenes det *A* ·u· dei *r* inuidi *γ* ut dei *V* ut eius *c* nigri *p* iuuenes eius *Hauthal* (uirides colores puellas *α*, *sed* ides colores pu *in loco raso*) 13 hiemes *A* 14 etate *A* 15 contempnendas *A V*] contemnendae *r* contemnendas *γ α c p* 17 hiemis *Γ p*] hiemps *V* est *Γ om. V c p*

**1.** MVSIS AMICVS] Haec ode ad Aelium Lamiam scripta est (*ex Porph.*). Lamias enim ueteres nobiles familias dicebant. Qua significat doctum et perfectum uirum tristitia, sollicitudine uel metu carere (*cons. Porph.*). Iuuenalis (10, 360):

Nesciat irasci, cupiat nihil (*AΓαV*

Ordo est: ego amicus Musis securus, quid terreat unice Tiridaten, tradam tristitiam et metus proteruis uentis portare in Creticum mare, a quibus metuatur rex gelidae orae sub Arcto (*ΓαV*

**2.** MARE CRETICVM] Pro quolibet mari, hoc est pro appellatiuo speciale (*AΓV cons. Porph.*

**3.** SVB ARCTO] Sub septemtrionali plaga (*AΓα*

**5.** TIRIDATE⟨N⟩] Tiridates rex Armeniorum (*ex Porph.*) siue Persarum fuit (*AΓαV*

VNICE] Praecipue, ualde, singulariter (*AΓα*

**6.** QVAE] Subaudi 'Musa' (*AΓαV*

FONTIBVS INTEGRIS] Plenis et inminutionem nescientibus (*AΓαV*

**7.** APRICOS] Vernales (*AΓα*

**8.** LAMIAE CORONAM] Carmen in laudem Lamiae (*AΓα*

**9.** PIPLEA DVLCIS] Pipleae Musae dictae aut a Pipleo fonte Macedoniae (*cons. Porph.*) uel uico, aut a monte Pipleo Orc⟨h⟩omeniorum, aut a ueste, hoc est a peplo (*AΓαV*

Ordo est: o Piplea dulcis, quae gaudes integris fontibus, necte flores, necte coronam meo Lamiae (*ΓαV*

1 hec *A* elium *Ar* helium *γα* cęlium *V* celium *cp* 2 familias *γαp* familiae *r* familie *A* feminę *V* 4 tristia *A* 7 est] *om. r* 8 proteruis *rαV₂ aut corr.*] propteruis *γV₁ aut pr.* 14 tiridatis *A om. α* 17 subaudi *uel* sb̄ *r Vp*] ·s· *γ* s. *α om. A schol. om. c*, *ceterum A* ·s· *uoluisse uideatur, uid. appar. lin.* 24 18 imminutionem *αV* 21 in laude *α* 23 dicte *A* pileo *A* pileo *α alt. l., idem alt. l.* pipleo 24 machedoniae *A* uel] ·s· uel *A* 27 est] *om. r*

SINE TE MEI POSSVNT] Hoc aut quia sine Musa non multum honoris uult intellegi Lamiae carmina sua posse conferre, aut quia primus Horatius Latine lyricum carmen scripsisse dicitur (*A r*

**10.** FIDIBVS NOVIS] Chordis, ut (*Verg. Aen.* VI 120):

Threicia fretus cithara fidibusque canoris (*A Γ V*

**11.** LESBIO PLECTRO] Lirico carmine (*A Γ V*

**12.** Ordo est: decet te tuasque sorores hunc sacrare nouis fidibus, hunc sacrare Lesbio plectro (*Γ α V sim. Porph.*

SORORES] Musas (*A Γ V*

---

## CARM. I 27

### [AD SODALES (*A B*]

*Metrum duobus uersibus Alcaicum, tertius dimeter nouenarius iambicus, quartus Pindaricus (*B Γ V*

[Hac oda significat nihil seueritatis uoluptati miscendum esse (*A interpol. om. Γ V*]

**1.** NATIS IN VSVM L⟨A⟩ETITIAE SCIPHIS] Ad hoc specialiter factis (*cons. Porph.*), ut est (*Iuuen.* 1, 141):

Animal propter conuiuia natum (*A Γ α V*

**2.** PVGNARE THRACVM] Gentem significat, sicut supra (c. 18, 8) posuit, per ebrietatem rixae deditam (*A Γ α V*

**3.** Verecundum Bacchum (*Vp*)] Ypallage est ⟨pro⟩ 'prohibete rixas a uerecundo Ba⟨c⟩cho' (*Γ V*

VERECVNDVMQ. BA⟨C⟩CHVM] Vel quod uirgineo ore fingatur, uel (*sec. Porph.*) quod uerecunde eo uti deceat (*A Γ V*

3 lyricum *r*] liricum *A*  5 chordis *r*] cordis *A*  8 est | *om. r*  20 superius *α*  21 rixe *A*  22 bachum *V*  est | *om. r*  pro *add. K.*  23 rixas *r V c p*] rixam *γ*

4. SANGVINEIS PROHIBETE RIXIS] Noua figura locutus est 'Bacchum rixis prohibete', cum dici oportuerit 'a Ba⟨c⟩cho rixas prohibete'. Tale est illud Vergilii (*Aen.* VIII 73):

Accipite Aenean et tandem arcete periclis (*AΓαV*

5. VINO ET LVCERNIS M. A.] Idest conuiuiis, quae a uespera inchoari consueuerunt, unde Vergilius (*Aen.* I 727):

Et noctem flammis funalia uincunt (*AΓαV*

MEDVS ACINACIS] Gladius Persarum, sed hic pro quolibet posuit (*ex Porph.*). Lucanus (II 49):

Acinacis decurrit Medica Susis (*AΓαV*

6. Inmane q. (*V*)] Admirando dicit, idest ualde discrepat (*ΓV*

INMANE QVANTVM DISCREPAT] Hoc est: non conuenit nec aptus est laetitiae et uino barbarus animus (*AΓV*

7. LENITE CLAMOREM SODALES] Rixam uel tumultum conpescite (*AΓαV*

8. ET CVBITO REMANETE PRESSO] Quasi insurgentes ad iurgium admonet, ut discumbant. Inter accumbere autem et discumbere et recumbere hoc interest: accumbere deorum est, ut (*Verg. Aen.* I 79):

Tu das epulis accumbere diuum;

discumbere hominum, ut (*Verg. Aen.* I 700):

Discumbitur ostro;

recumbere ferarum, ut (*Verg. Aen.* VIII 297):

Ossa super recubans (*AΓαV*

3 uerg: *A*] uirg: *cett.* 7 consuerunt *αV, non cp* unde — *fin.*] *om. α* 10 acinacis *A*] *om. ΓVcp* 11 lucanus — *fin.*] *om. α* 13 q.] q = quod *V, om. p,* q. *c* 16 letitiae *A* et uino *γ*] uino *Arp* uini *Vc* 21 et *ante* discumbere *om. A* 25 hostro *A om. α*

**9.** SEVERI] Aut uetustissimi aut austeris⟨simi⟩, ut (*Verg. georg.* II 96):

Nec cellis ideo contende Falernis (*AΓαV*

ME QVOQVE SVMERE] Idest si me uestro uultis misceri conuiuio (*AΓ(γα)V*

**10. 11.** Ordo est: dicat frater Megillae Opuntiae (*ΓαV*

DICAT OPVNTIAE FRATER MEGILLAE] Opuntia Locrorum oppidum dictum est (*AΓ(γα)V ex Porph.*

**11.** ⟨MEGILLAE⟩] Megilla nomen conuiuae, qui Opuntius oriundo erat (*AΓαV*

**11. 12.** QVO BEATVS VOLNERE QVA P. S.] Velut uoluptuosus poeta bene beatum amantem dixit. Vulnus enim pro amore posuit, ut (*Verg. Aen.* IIII 2):

Vulnus alit uenis (*AΓαV*

**13.** Voluntas (*Vp*)] Hoc est confessionis (*AΓV*
ALIA MERCEDE] ʽὙπακούεται ʽnisi dixeris’ (*AΓαV*
**14.** VENVS] Aut amor aut amica (*AΓαV*
**15.** Non erubescendis (*Vp*)] Non ignobilibus, non uerecundis (*ΓV*
**16. 17.** INGENVOQVE SEMPER AMORE P.] Non pudendo, non erubescendo. Laudando electionem uel iudicium cogit illum fateri, quam diligat (*AΓαV*
**18.** Tutis auribus (*p*)] Fidelibus, deposita seruantibus (*ΓαV*
DEPONE TVTIS AVRIBVS] Hoc est: secretum secure committe (*AΓ(γα)V*
Ha (*V*)] Interiectio (*ΓV*

1 austeris *codd., uid. Porph. epo.* 9, 35 6 est] *om. r* 8 locorum *Aα* 10 qui *ΓVp*] quia *A* que *c* quę *α* 16 cessat uoluptas *A lemm.* hoc est *A*] scilicet *ΓVcp* 17 ὑπακούεται *K.*] spacuere *A om. c ut omnia Graeca;* sperno te *Γ* spernor te *Vp* sperno *α* 21 ingenioque *A, recte Vp* 22 Laudando — iudicium *om. α* 24 tucius a. *V*

A MISER] Ostendit illum quasi in aurem sibi esse confessum, quam amaret, et cum execratione miratur, quod sic in procacem et rapacem uel sceleratam mulierem amor eius inciderit (*AΓαzV sim. Porph.*

**19.** QVANTA LABORA[BORA]BAS CHARIBDI] Auaritia meretricia, ut Terentius (*eun.* I 1, 35):

Nam quod nos carpere oportet, haec intercipit,

unde eam et mari conparauit uoraci (*AΓαV*

**20.** FLAMMA] Amica (*AΓ*

**21.** QVAE SAGA T⟨H⟩ESSALIS] Incantatrix et malefica dicta ab eo, quod satis agat, idest quae carminibus uel arcessere possit mala hominibus uel pellere (*AΓαV cons. Porph.*

Ordo est: quae saga Thessalis poterit te soluere uenenis? Quis magus poterit te soluere uenenis, quis deus poterit te soluere? (*ΓαV*

**22.** MAGVS VENENIS] Herbis, ut (*Verg. ecl.* 8, 95):

Atque haec mihi Ponto lecta uenena (*AΓαV*

**23. 24.** TE TRIFORMI CHIMERA] Sicut superius meretricem mari, ita hic Chimerae conparauit, quasi multiformi beluae, quae leonis, draconis et caprae capitibus emineret, flammis armata sicut meretrix dolis uel incitamentis libidinum. Multiformem autem uoluit eam hac conparatione intellegi omnibus corporis partibus turpem (*AΓαV*

**24.** PEGASVS EX. C.] Pegasus, Bellorophontis equus,

3 in *Aαz*] *om. cett. cp* 6 ut] *om. Vc, non p* ter vntius *A* 7 hoc *γVc* 8 comparauit *rαV* 12 arcessere *AγV*] arcessire *r* acrescere *α* 14 est] *om. r* 20 chimere *A* conp: *γ*] comparauit *ArαVcp* 21 capre *A* 22 incitamentis *Vcp*] inlicitamentis *AΓα* 23 multiformem *γ*] multiformeN *A* multiformes *r* multiformis *αVcp* 24 conp: *A*] comp: *cett.* omib *A* 26 bellorophontis *αp*] bellorofontis *AΓVc*

cuius celeritate Chimera dicitur interempta, unde et alas habuisse fingitur. Vergilius (*Aen.* XII 484):

Alipedumque fuga cursu temptauit equorum (*AΓαV*

---

## CARM. I 28

[PHILOSOPHVM ALLOQVITVR ARCHITAM·:· (*A*]

*Metrum primo uersu heroicum, secundus [item] heroicus tetrameter (*BΓV*

**1.** TE MARIS ET TERRAE NVMEROQVE CARENTIS A.] Haec ode ex prosopopeia formata est; inducitur enim corpus naufragi Architae Tarentini ad litus expulsum conqueri de iniuria sua et a praetereuntibus petere sepulturam. Qui Archyta Pythagoricus fuit, geometriae et asteroscopiae peritus. Pythagorici enim omnia numeris constare dicunt (*cons. Porph.*). Ad eius ergo solationem etiam famosos et diis oriundo coniunctos homines perisse commemorat (*AΓαoV*

NVMEROQVE C. A.] Vt est (*Verg. georg.* II 105. 106):

Quem qui scire uelit, Libici uelit ⟨a⟩equoris idem
Dicere q. m. Z. t. a. (*AΓV*

**2.** MENSOREM] Geometram (*AΓαV*

COHIBENT] Continent (*AΓαV*

**3.** PROPE LATVM PARVA MATINVM MVNERA] Matinus

2 uerg: — *fin. om. α* uergit *A*] uirg: *cett.* 5 architam *litteris minusculis et supra* TVR·:· *scriptum in A* 6 item *r* idem *γ om. BVcp* 7 tetr:] tetrameter uersus *B* 9 prosopopeia *Γo corr. p*] ꝓso põpeia *A* prosopeia *rαo pr. Vc* prosopopoeia *edit.* 10 (architae *codd.*) 12 archipitagoricus *V* arcyta *A* archita *cett.* pyth: — peritus] *om. α* pyth: *c*] pytag: *α* pith: *p* pitagoricus *cett.* 13 asteroscopie *A* pythagorici *c*] pytag: *α* pith: *p* pitagorici *cett.* 14 solationem *Aγo*] consolationem *rαVcp* 22 latum *etiam Vc in lemm.* matinus] *om. A*

mons Apuliae est, iuxta quem Archita sepultus est (*cons. Porph.*), siue, ut quidam uolunt, plana Calabriae (*AΓαV*

**4.** NE⟨C⟩QVI⟨C⟩QVAM TIBI PRODEST] Idest nihil tibi profuit ad mortalem conditionem, per physicae disciplinam rationem caeli et ipsas rerum perscrutatum naturas (*ex Porph.*), ut illud (*Verg. georg.* III 525):

Quid labor aut bene facta iuuant? (*AΓαV*

**7.** OCCIDIT ET PELOPIS GENITOR] Tantalus, Pelopis pater, epularum scelere deorum conuiua, a quibus pro funestis filii dapibus poena perculsus est (*AΓαV*

**8.** TIT⟨H⟩ONVSQVE REMOTVS IN AVRAS] Tithonum, Laomedontis filium, Aurorae maritum in auras receptum, hoc est mortuum dicit (*cons. Porph.*); unde Vergilius (*Aen.* VIII 384):

Tithonia flectere coniunx (*AΓαV*

**9.** ET IOVIS ARCANIS MINOS ADMISSVS] Aut qua se Minos praedicabat cum Ioue colloqui et ex consilio eius cuncta agere (*ex Porph.*), aut Iouis arcanis 'Plutonis', a quo institutus est iudex pro recordatione iustitiae, ut (*Verg. Aen.* VI 432):

Quaesitor Minos urnam mouet (*AΓV*

**10.** HABENTQVE TARTARA PANTHOIDEM] Panthoidem

1 archta *V* archita *cett.* 2 calabrie *A* 4 condicionem *V* physicae *p*] phisicae *Γ* fisicę *V* fisice *Ac* (perficere *α*) 8 ·i· tantalus *α* 9 pater conuiua deorum fuit, quorum uolens temptare diuinitatem inuitatis filium suum epulandum apposuit; a quo omnes dii abstinuerunt excepto cerere, quae bracchium eius consumpsit. postea dii cum tantalo petente uoluissent eius filium reuocare ab inferis, ceres ei eburneum restituit, quod ideo fingitur, quia ceres ipsa est terra, quae corpora uniuersa consumit, ossa tantum reseruans. tantalus uero pro funestis . . . *r* conuiua *AαV*] conuiuia *γ ante ras. p, p add.* maculauit 10 pęna *A* 11 titonum *Aγ* tithon' *α, recte roV* 13 uirg: *codd.* 15 titonia *Aγ* 16 qua *A*] quia *cett.* 18 arc:] arch: *ΓV*

nunc Pythagoram significat, qui praedicauit se apud Troiam Euphorbum, Panthus filium, fuisse, qui interfectus a Menelao iterum reuixit, factus Pythagoras, idque eum recognouisse agnito clipeo, quem in templo Euphorbus fixerat (*ex Porph.*). Hic ante et in Homerum dicitur renatus, postea in pauonem, postremo iam in Ennium poetam et ideo eum dicit neruis atque cute mortuum, anima diu uixisse (*AΓαV*

Iterum O. (*V*)] Quia s⟨a⟩epius mortuus est, transeunte anima eius in alios (*ΓαoV*

**11.** DEMISSVM] Demissum in inferiora de superioribus dicitur (*AΓV*

**12.** Testatus (*αVp*)] Idest recordatus Troianorum temporum (*ΓαVcp*

'Refixo clipeo' idest per refixum clipeum (*ΓαV*

Ordo est: testatus Troiana tempora refixo clipeo te iudice non sordidus auctor naturae et ueri (*ΓV cons. cp*

Nihil ultra (*Vp*)] Idest quamuis non sit mortuus, nisi tantum neruis et cute (*ΓαV*

**14.** IVDICE TE] Hoc est: o Archita (*AΓα*

**15.** VNA MANET NOX] Hoc est mors, ut (*Verg. Aen.* X 746):

In aeternam clauduntur lumina noctem (*AΓ*

**16.** ET CALCANDA SEMEL VIA LETI] Calcanda 'intranda', ut est (*Verg. Aen.* VI 268):

Ibant obscuri sola sub nocte,

1 pythagoram *cp*] pitagoram *Aγα* pithagorā *V* pytag: *ro* 2 euforbum *A* euphorbium *p* euforbium *ΓoVc* panthus *ArV*] panthois *γp* 3 pythagoras *cp*] pyt: *ro* pitagoras *AγV* phitagoras *α 2*, phitagus *α 1* 4 recognouisse *A*] cognouisse *cett.* euforbus *A* euphorbius *p* euforbius *cett.* 7 eum dicit *A*] dicit eum *rVcp* dicit cum *γ* dicit *α* 9 sepius *rαop*] sepe *γVc* 15 per refixum cl: *Vp*] p̄fixum cl: *Γα om. c* 20 hoc est *A*] ·s· *γ om. rα* 21 hoc est *A*] idest *Γ fort. rectius* 23 eternam *A* 24 calcanda *A*] *om. cett.*

et alibi (*Aen.* VI 128):

Sed reuocare gradum (*AΓV*

**17.** DANT ALIOS FVRIAE T. S. M.] Idest diuersis quidem generibus, sed una morte singulos perire (*AΓαV* SPECTACVLA MARTI] Eo quod in ludum Martis per bellicum praecipitantur furorem (*AΓV*

**18.** AVIDVM MARE] Vorax, quod demersos sorbeat (*AΓV*

**19.** MIXTA SENVM AC I. D. F.] Multitudine morientium totius aetatis, ut (*Verg. georg.* IIII 475. 476):

Matres atque uiri, pueri innuptaeque puellae

(*AΓV*

**20.** S⟨A⟩EVA CAPVT PROSERPINA F.] Quae omnes suscipiat, quam nullus euadat. Figura ypallage 'fugit Proserpina' pro 'fugerunt Proserpinam', ut illud in Vergilio (*ecl.* 10, 16):

Stant et oues circum; nostri nec poenitet illas

pro 'nos illarum non poenitet' (*AΓV*

**21.** DEVEXI RAPIDVS C. ORIONIS I. N. O. V.] Vt Vergilius (*Aen.* I 535):

Fluctu nimbosus Orion.

Ortus enim et occasus Orionis tempestuosi sunt; ideo et comitem eius Notum uentum dixit; deuexum autem in deuexa parte caeli positum; unde Vergilius (*Aen.* I 608):

Conuexa, polus dum sidera pascit

(*AΓαV cons. Porph.*

2 set *γ* 9 multitudine *A*] multitudo *ΓVcp* morientum *r* 11 puelle *A* 15 in uerg:] *om. Vp* uerg: *A*] uirg: *Γ* 17 oues] ioues *A* poenitet *rα*] penitet *cett.* 18 poenitet *r*] pn̄t& *α* penitet *cett.* 19 uerḡ *A*] uirg: *cett.* 24 uergit *A*] uirgilius *ΓαV* 26 pascet *Porph.*

**23.** AT TV NAVTA] Hic quasi Architam ponit nautam precari, ne remaneat insepultus, sed iam harenam iniciat; nam in sacris et hoc genus sepulturae tradebatur, ut, etsi non obrueretur, manu plena ter iacta terra cadaueri pro sepultura esset, ut (*Verg. Aen.* VI 365. 366):

Aut tu mihi terram
Inice.

Ideo enim et particulam harenae dixit (*AΓαV*

Ordo est: at tu, nauta, ne parce malignus dare particulam uagae harenae ossibus et inhumato capiti, etiamsi plectantur Venusinae siluae, quodcumque minabitur Eurus, Hesperiis fluctibus et cetera (*ΓαV*

**26. 27.** VENVSINAE PLECTANTVR SILVAE] Venusia ciuitas Apuliae est confinis Lucaniae, cuius siluas, quia inmensae sunt, pro quibuscumque posuit. Admonet ergo, ne, etiamsi tempestas sit, quae tales siluas plectat, omittat sepeliendi curam (*AΓαV*

**27.** MVLTAQVE MERCES] Hoc est: nec adtentus ad lucrum omittat studium iusta soluendi (*AΓV*

**29.** NEPTVNOQVE SACRI CVSTODE TARENTI] Vel (*sec. Porph.*) quia Neptunus apud Tarentum deuotius colebatur, uel quia in Neptuni tutelam dicitur fuisse, seu quia Palantus, Neptuni filius, aput Tarentum Herculi et Neptuno templa constituit, ut fortiter per fauorem Herculis faceret, per Neptunum feliciter ageret (*AΓαV*

1 hoc *A* arcitam *A* architam *cett.* nautam p̄cari *A*] prec: nautam *ΓV cp cons. α* 2 set *γ* harenam] heiarena *A* arenam *V* inic:] mittat *A* initiat *γ* 3 sepulture *A* 8 harene *A* 9 est] *om. r* 13 uenusia — posuit] *cons. Porph. except.* 'quia inm: sunt' 14 apulie *A* 15 inmensae *Γ*] inmense *A* immensae *α* immense *V* 16 plectat *r*] flectat *AγαVcp* 18 adtentus *Γ*] aduentus *A* attentus *Vcp* 22 tutelam *Ar*] tutela *γVcp, euanuit α; cf. Porph. codices optimos c.* I 7, 23: haec arbos in tutelam Herculis est 23 neptuni filius pallantus *Vcp* (palantus *c*) aput *Aα*] ap̄ *V* apud *cett.*

**31.** FRAVDEM CONMITTERE] Seu studio conmercandi fraudem, quae redundet in posteros, capiat, seu certe inhuman⟨ita⟩tis piaculum eius filios l⟨a⟩edat, aut, ne longum putaret, etiam ipsum delicti subiturum poenas minatur (*AΓαV*

**32.** VICESQVE SVPERB⟨A⟩E] Vt et ipse pari casu insepultus sit (*AΓ*(*ro*)

**33.** PRECIBVS NON LINQVAR INVLTIS] Vltionem precibus suis dandam promittit (*AΓV*

**34.** TEQVE PIACVLA NVLLA RESOLVENT] Hoc est: nullis hostiis expiaberis. Piacula enim dicebantur, quibus facinus expiabatur admissum (*AΓoV sim. Porph.*

**35.** NON EST MORA LONGA LICEBIT] Vt (*Verg. Aen.* III 453):

Hic tibi nequa morae fuerint fastidia tanti;

ut excusationem arceat, dum nec morosum, quod c⟨o⟩eperat, ostendit (*AΓαV*

**36.** INIECTO TER PVLVERE CVRRAS] Vt (*Verg. Aen.* VI 506):

Et magna Manes ter uoce uocaui (*AγV*

## CARM. I 29

[AD ICCIVM (*AB*)]

*Metrum duobus uersibus Alcaicum, tertius dimeter nouenarius iambicus ypercatalecticus, quartus Pindaricus (*BΓαV*

1 conmerc: *A*] comm: *ΓαV* 3 inhumanitatis *K.*] inhumantis *Arα* inhumati *γc* inhumatis *Vp Pauly Hauthal* 4 poenas *αV*] pęnas *A* 11 expiaberis *Vcp*] expiabitur *r* expiabis *Aγo, item Porph., sed addito* hoc scelus; *nescio an scribendum fuerit:* Hoc scelus (*pro* hoc est) n: h: expiabis 15 more *A* 17 ostendit *AγVcp*] ostendat *r* ostendā *α*

**1.** ICCI BEATIS NVNC ARABVM INVIDES] Ad Iccium scribit, quem miratur intermisso philosophiae studio repente se ad militarem uitam contulisse cupiditate diuitiarum (*ex Porph.*); nam idem Iccius Paneti, Socratici philosophi, bibliothecam emerat, cuius lectione ad philosophandum fuerat deductus (*AΓαV*

BEATIS A. I. G.] Idest gazis ⟨a⟩emulus es pares diuitias cupiendo (*cf. Porph.*); gazas enim pro diuitiis ponit (*AΓαV*

**2.** ET ACREM MILITIAM PARAS] Hoc est fortem, duram, acerbam (*AΓ*

NON ANTE DEVICTIS S. R.] Admonet periculorum, per quae ad diuitias gerentes bella perueniunt (*AΓαV*

**3.** Non ante deuictis (*Vp*)] Idest cum non sint adhuc debellati, tu nectis iam catenas (*ΓV*

**4.** HORRIBILIQVE MEDO] Forti, crudeli (*Aγ*

**5.** NECTIS CATENAS] Aut inligas regibus uictis catenas, aut (*sec. Porph.*) fabricas; mutuis enim nexibus fiunt catenae (*ex Porph.*) (*AΓV*

**6.** SPONSO NECATO] Idest nisi occiso prius sponso in seruitium captiua non ueniet (*AΓV*

**7.** PVER QVIS ⟨EX⟩ A. C. S.] Regis filius (*cf. Porph.*), qui captus pocula ministraret (*AΓV*

**9.** TENDERE] Dirigere, intendere (*Aγ*

SERICAS] Deriuatiuum est ex eo, quod Seres uocantur. Serica gens enim est Parthis uicina, sagittandi arte famosa, a qua et Sericum uocatur (*AΓαV cf. Porph.*

**10.** Ordo est: quis neget relabi posse riuos pronos arduis montibus et Tiberim posse reuerti, cum tu polli-

4 panetri *A* 5 philosofandum *A* 7 idest *K.*] i. *A om. cett.* gazis *cp*] gazis in. *V* a. ta. s. *A* athis *Γ* ad this *α* Arabis beatis *Hauthal* 8 gazas *rcp*] gaza *AαV* gatza *γ* 10 hoc est] idest *r om. γ* 12 periculorum *ΓoVp*] *om. A* pericula *αc* 18 catene *A* 20 negato *A* 26 gens enim est *Aγ*] gens est enim *Vcp* enim gens est *rα* 28 posse riuos pronos *αVp*] posse riuos *r* riuos posse pronos *γ*

citus meliora tendis mutare Hiberis loricis libros nobilis Paneti undique coemptos et Socraticam domum? (*ΓαV*

QVIS NEGET ARDVIS PRO. R. P. R.] Idest quis rerum naturam neget posse mutari, cum tu studia in contraria uerteris contra omnium opinionem? (*AΓαV ex Porph.*

**11.** Pronos (*Vp*)] Procliuos; nam proni dicuntur riui de montibus effluentes, quia impetuose fluunt (*ΓV*

**12.** TIBERIM REVERTI] Vt (*Verg. Aen.* VIIII 125):
Reuocatque pedem Tiberinus ab alto (*AΓV*

**13. 14.** NOBILES LIBROS PANAETI] Panetius Stoicus philosophus fuit, praeceptor Scipionis Africani et Laelii, Rhodius natione (*AΓV ex Porph.*

**14.** SOCRATICAM ET DOMVM] Sectam siue libros [loricis mutare] (*AVcp*

Ordo est: Socraticam et domum loricis Hiberis mutare tendis (*AΓ(γα) ex Porph.*

Meliora autem subaudi studia, secundum professionem autem suam poeta philosophiam uult intellegi (*AΓαV*

Elocutio uero nota est 'philosophiam militia mutare' (*AΓαV ex Porph.*

**15.** LORICIS HIBERIS] Optimae enim et fortes Hispanae loricae sunt (*AΓV ex Porph.*

---

## CARM. I 30

[AD VENEREM (*AB*)]

*Metrum Sapphicum endecasyllabum (*ΓαV*

**1.** O VENVS REGINA GNIDI PAPHIQVE] Quasi epi-

4 c̄trariam *A* 7 quia *Γ*] qui *Vcp* 10 *post* paneti *per errorem add. A*: ⁾⁾ Socraticam et domum 11 lelii *p* lętis *Ar* letis *γVc* (laelii *Porph.*) 14 loricis mutare *A om. Vcp* 17 meliora — studia] *om. r* sub *A* sb *V*·s· *γ* subaudi *p* si *α om. Vc* 18 poetā *V, non cp* philosofiam *A* 19 ph: m: m: *A ex Porph.*] *om. ΓV* 21 optime *A* 22 lorice *V* 25 metrum] *om. B* saphphicum *r* saphicum *BγαV* endec:] *om. B* 26 epigrama *A*

gramma est hoc in dedicationem Veneris scriptum, quam ipse consecrarit. Gnidus urbs Cariae est, Paphos uero urbs Cipri insulae, utraque Venerem praecipue colens (*ex Porph.*). Precatur ergo, ut desertis uelut propriis ciuitatibus adsit aedibus consecratis. Incertum autem, utrum Glycera amica an ancilla sit (*AΓαV*

**3.** DECORAM] Ornatam, conpositam (*AΓ*

**5.** FERVIDVS PVER] Cupido (*AΓ ex Porph.*

**5. 6.** SOLVTIS GRATIAE ZONIS] Vel liberae, uel quod nudae non cingantur. Bene autem nudae et solutis zonis Gratiae finguntur, quia amicorum animi soluti secum et nudi esse deberent (*AΓV ex Porph. excepto initio*

**7. 8.** SINE TE IVVENTAS MERCVRIVSQVE] Hoc est minus elegans Iuuentas sine uenustate, hoc est sine te. Sciendum tamen Venerem non tantum concubitus, uerum etiam omnium elegantiarum esse dominam (*ex Porph.*). Aliud est tamen iuuentas, aliud iuuenta, aliud iuuentus. Iuuentas aetatis putatur, iuuenta ipsum numen, iuuentus adulescentia. Per Mercurium uero quaestum uult accipi, tamquam sine uenustate nec lucrum sit (*AΓαV*

---

## CARM. I 31

[AD APOLLINEM (*AB*]

Metrum duobus uersibus Alcaicum; tertius dimeter nouenarius iambicus, quartus Pindaricus (*BΓαV*

**1.** QVID DEDICATVM POSCIT APOLLINE⟨M⟩] Apollinis

1 quam] quod *Vcp* 2 consecrarit *A*] consecraret *rV* consecrauerat *α* consacraret *γ* consecraretur *cp* 4 pręcatur *A* 6 glicera *A* 7 conp: *r*] compos: *A om. γ* 9 gracię *A* libere *A* 10 nude *A* nude *A* 12 debent *rcp* 14 eligans *Aγ, recte rV* 17 aliut *A* 19 adul: *Ac*] adol: *ΓαVp* questum *A* 22 ad l. apollinē *B* ad apolline *A* 25 apollinis — precari] *ex Porph.*

templum in Palatio dedicauit Augustus, sed hic Apollinem pro templo Apollinis posuit, et significat modestiam uotorum suorum, negans ab Apolline, quae ad cupiditatem aut auaritiam spectent, petere, sed bonam mentem bonamque corporis usque ad senectutem ualetudinem precari cum lyrico studio. Putatur tamen domi suae Horatius Apollinem dedicasse, ad quem hoc scribit (*AΓαV*

**2. 3.** DE PATERA NOVVM FVNDENS LIQVOREM] Aut non uetus, ut deos non exquisitis muneribus placari monstraret, aut certe per quod noua instaurabatur precatio; nam et ipsum morem sacrificandi ostendit, ut (*Verg. Aen.* IIII 60):

Ipsa tenens dextra pateram (*AΓαV*

**3.** OPIM⟨A⟩E] Pinguis et fertilis in frumentis (*ArV*

**5.** NON ⟨A⟩ESTVOSAE GRATA C.] Aestuosa enim et aptior pecori regio est, ut est (*Lucan.* VIIII 185):

Et calidi lucent buceta Matini (*AΓVcp*

**6.** AVT EBVR INDICVM] Indis enim ebur abunde est, ut (*Verg. georg.* I 57):

India mittit ebur (*AΓV*

**7.** LIRIS QVIETA] Liris fluuius est Campaniae interfluens urbem Minturnensium (*ex Porph.*), ut Vergilius (*Lucan.* II 424):

Et umbrosae Liris per regna Maricae (*AΓαV*

1 set *γ* 4 set *γ* s, *A V* bonamque ualitutidinem (*sic*) corporis usque ad senectutem precari *γ* bonaq. corporis usque ad senectutem ualetudinem p̄cari *A* bonaque corporis usque ad senectutem p̄cari *Vcp* bonumque corpus (corporis *α*) usque ad senectutem precari *rα* 9 moneribus *A* 14 infrumentis *V* instrumentis *Ar* *schol. om. γcp* iumentis *Hauthal* 16 est *ante* et *om. Vp* (estuosa enim regio est aptior pecori ut: Calidi etc. *c*) 17 buceta *cp*] bucceta *cett.* matini *cp*] mathini *cett.* 20 mittebur *A* 22 ut *Arαp*] *om. γV* uerḡ *A*] uirg. *cett.* 24 marite *A*

8. TACITVRNVS AMNIS] Lenis, magnus, altus; unde Vergilius de Tiberis altitudine (*Aen.* VIII 87):

Et tacita refluens ita substitit unda (*AΓV*

9. PREMANT FALCE CALENA] Idest reprimant putando uitem. Cale enim oppidum in agro Sidicino est, ubi optima uina Falerna nascuntur (*AΓaV ex Porph.*

**10** sqq. Ordo est: et diues mercator carus ipsis diis, quippe ter et quater anno inpune reuisens Athlanticum mare, exsiccet uina aureis culillis reparata Syra merce (*ΓV*

**11.** CVLILLIS] Poculis; proprie autem culilli calices dicuntur fictiles, quibus pontifices uirginesque Vestales utebantur (*ex Porph.*). Hic autem pro urceolis et conchis posuit (*AΓaV*

**12.** VINA SYRA REPARATA M.] Syram mercem pretiosam posuit (*cons. Porph.*), qua uenditoris uina a negotiatoribus conparentur (*AΓV*

**13.** DIS CARVS IPSIS] Quasi in hoc diis uelut per inuidiam gratos mercatores dicit, quod et prospere et frequentius nauigant (*AΓV*

**14.** AEQVOR ATHLANTICVM] Aut posuit pro quocumque mari aut Oceanum, ubi et mons Athlans esse dicitur (*AγV*

**17.** FRVI PARATIS] Aut quae ego parauerim, aut quae in promptu sunt omnibus (*AΓV ex Porph.*

Ordo est: et, Latoe, precor, dones mihi ualido frui paratis, at cum integra mente, nec degere turpem senectam nec carentem cithara (*ΓV*

VALIDO] Sano (*AΓo*

**18.** LATOE DONES] Matronimicon (*A*

2 uerḡ *A*] uirg: *cett.* 3 unda *Acp*] *om.* *ΓV* 5 cale *codd.*] cales *Porph. et edit.* opidū *A* 8 athlanticum *Γc* adlanticum *V* 10 poculis — culilli] cuulli (*sic*) autem proprie *a* 14 sira *A* siram *A* pretiosam *A*] pro pretiosa (p̄c: *rVc*) *cett.* 16 conpar: *γ*] compar: *ArV* 21 athlans *A* athlas *γc* ad†las *V* (*sic*) dicitur *A*] perhibetur *γVp* proh: *c* 26 at] aut *V* ac *c*

**18. 19.** INTEGRA CVM MENTE] Vt (*Iuuen.* 10, 356):

Sit mens sana in corpore sano (*AΓV*

**19.** NEC TVRPEM SENECTAM] Vt est (*Verg. georg.* III 96):

Nec turpi ignosce senectae (*AΓ*

---

## CARM. I 32

[AD TESTVDINEM (*A*]

Metrum Sa⟨p⟩phicum endecasyllabum (*ΓαV*

**1.** POSCIMVR SIQVID VACVI SVB VMBRA LVSIMVS] Hac ode lyram suam alloquitur, ut adsit et canere non desistat (*ex Porph.*); poscebatur enim dicta sua edere (*AΓαV*

SVB VMBRA] Otiosi (*AΓ*

**2.** LVSIMVS TECVM] Ludum enim poetae carmina sua ueluti pro uerecundia dicere consueuerunt (*ex Porph.*). Victura enim pro perpetuis posuit, ut Vergilius (*Aen.* VIIII 447):

Nulla dies umquam memori uos eximet aeuo.

Et de ludo (*georg.* IIII 565):

Carmina qui lusi pastorum (*AΓαV*

**3.** DIC LATINVM] Facile intellectui (*AΓV*

**4.** BARBITE CARMEN] Genere masculino hic barbite (*AΓV om. cp*

**5.** LESBIO CIVI] Alc⟨a⟩eum dicit, qui fuit de Lesbo

5 senecte *A* 12 ociosi *A* 15 uictura enim *Aγα*] u: autem *r* uictura *Vcp cf. schol.* 11. 12 uer͡g *A*] uirg: *ΓαV* 17 euo *A* 18 et — pastorum] *om. cp* 19 qui *AγαV*] quae *r* 20 intellectui *Ac*] intellectum *r* intellectu *γVp* 21 generi *A* hic barbite] *om. V*

insula. Hic etiam res bellicas aduersus tyrannos gessit et Pittacum Mytileneum uictum expulit (*AΓαVcp cons. Porph.*

MODVLATE] Obsecute (*AΓ*

**7.** TAMEN INTER ARMA SIVE IACTATAM R. V. L. N.] Idest qui seu in tempestatibus seu in bellis constitutus citharae solatia non omisit (*AΓαV*

**9.** LIBERVM ET MVSAS] Liber enim et cantilenam suadet et uoluptatem (*AΓV*

**10.** PVERVM CANEBAT] Cupidinem, ut (*Verg. Aen.* IV 94):

Tuque puerque tuus (*AΓV*

**11. 12.** ET LICVM CRINE DECORVM] Pulchrum enim hunc puerum Lycum Alc⟨a⟩eus dilexit (*AΓV cons. Porph.*

⟨Nigris oculis⟩] Pulchritudo enim puerorum saepe nigris decoratur oculis (*ΓV*

**13.** O DECVS PH⟨O⟩EBI] Lyram dicit esse Apollinis decus (*AΓzV ex Porph.*

SVPREMI] Summi, ut (*Terent. adelph.* II 1, 42):

Supreme Iuppiter;

omni enim laetitia Iouis epulum celebratur (*AΓ*

**15.** DVLCE LENIMEN] Malorum enim leuamen est citharae cantus; sibi etiam quandocumque profuturum exoptat (*AΓV*

Cumque (*V*)] Pro quandocumque (*ΓV ex Porph.*

1 tirannos *A* 2 pittacum *p*] pictacum *r* pitacum *AγαVc* mytileneum *γ*] mitileneum *A* 5 idest] *om. αVp* 6 omisit *AΓα*] amisit *Vcp* 12 pulcrum *V* 14 pulcritudo *V* (sępe *p*) 19 suppreme *A* 20 letitia *A* celebrabatur *Vp, non c* 22 cantus] *om. A* 24 pro *Vp cons. Porph.*] *om. Γc*

## CARM. I 33

[AD TIBVLLVM (*A*)]

Metrum tribus uersibus Asclepiadeum, quartus Gliconius (*Γ α V*

1. ALBI NE DOLEAS] Albium Tibullum alloquitur, elegorum poetam, consolans eum exemplo aliorum, et hortatur, ut sit fortiori animo in contemptu, quem indigne a Glicera muliere patitur (*cons. Porph.*), et conmemorat Lycoriden, quae similiter a Cyro contempnatur, rursum Cyrus Pholoen diligat et ab ea spernatur, sicut Albius a Glicera (*A Γ α V*

2. MISERABILES ELEGOS] Seu quod ipsi elegi, hoc est carmen eius contemptu miserabile sit, seu (*cons. Porph.*) quia lacrimabilia elegis scribantur (*A Γ V*

4. LAESA FIDE] Quia perfida extiterat amatori (*A Γ V*
PRAENITEAT] Plus niteat (*A Γ*

5. TENVI FRONTE] Pro angusta et parua, sicut pulchrae habere consuerunt (*A Γ V cons. Porph.*

7. DECLINAT] Idest deducitur, descendit (*A Γ*
⟨APVLIS⟩ IVNGENTVR [IAM] CAPREAE LVPIS] Aut quia maioris ibi formae esse dicuntur, aut pro quibuscumque posuit comparans natura contraria, ut (*Verg. ecl.* 8, 27):

> Iungentur iam gripes equis (*A Γ α V*

9. TVRPI] Foedo amatori (*A Γ*

10. SIC VISVM VENERI] Vt est (*Ouid. met.* I 366):

> Sic uisum superis (*A r V*

11. SVB IVGA ⟨A⟩ENEA] Pro duro ac difficili amore positum (*A Γ V ex Porph.*

3 gliconicus *r α* 8 conmem: *A*] commem: *Γ α V* 9 rursum *A*] rursus *Γ α V c p* 10 cirus *A* 19 idest *A corr.*] *om. A pr. Γ* 21 forme *A* 23 gripes *A α*] grifes *V* grippes *γ* griphes *r c* 24 fędo *A* 27 aenea *V c p*

**12.** CVM IOCO] Aut cum cupidine, qui sibi lodus de hominibus exhibet, aut certe quod in amorem per iocum uenitur. Saeuo autem, quia nonnumquam in diuersum amorem animi diuiduntur (*AΓαV*

**13.** MELIOR CVM PETERET VENVS] Dicit se amore amicae ab uxoris coniunctione reuocatum, cuius ita litibus uel amaritudine uexetur, quemadmodum Calabriae litora maris Hadriatici tempestatibus. Vergilius (*Aen.* III 223):

Et litore curuo (*AΓV*

**14.** COMPEDE] Conpedem singulari numero contra consuetudinem posuit ueterum (*AΓV ex Porph.*

Mirtale (*p*)] Nomen concubinae (*ΓV*

**16.** Curuantis (*Vp*)] Conmouentis uel erigentis pro nimio aestu (*Γ V*

## CARM. I 34

[AD SE IPSVM (*A*)]

Metrum duobus uersibus Alcaicum, tertius dimeter nouenarius iambicus, quartus Pindaricus (*ΓαV*

**1.** PARCVS DEORVM CVLTOR] Minus colens, sed hac ode significat penitere se, quod, dum Epicuream sectam sequitur, diis inreligiosus extiterit (*AΓz V ex Porph.*

**2.** INSANIENTIS SAPIENTIAE] Res sacrilegas suadentis. Epicurei enim omnia adfirmant casura (*leg.* casu regi) nec deos humana curare, aduersus quam sectam Vergilius [uel persuasionem] dixit (*ecl.* 8, 35):

1 qui *AαVcp*] quae *γ* quia *Hauthal* 3 seuo *A* 8 hadriat: *A*] adriat: *Γ Vp* (//adriaci *c*) uerg: *A*] uirg: *cett.* 10 COMPEDE] com *seu* con *euanuit in A* conpedem *γ*] comp: *cett.* 12 mirtile *V* 13 conmou: *r*] commou: *γVcp* 19 sed *A*] *om. Γz V* 21 diis *AΓ*] *om. Vcp* 23 epicurei *Γ*] epicuri *AfVcp* epycurii *α* 24 sectam uerḡ (uirg: *Γαfp*) uel persuasionem *AΓαfp* sectam uel persuasionem uirg: *Vc*

Non curare deum credis mortalia quemquam.

Hoc ergo et ipse culpat. Stoici enim et Platonici et esse deum et humana curare confirmant. Item Vergilius secundum superiorem persuasionem (*Aen.* IIII 379. 380):

Scilicet is superis labor est, ea cura quietos
Sollicitat (*AΓαfV*

**3.** CONSVLTVS ERRO] [Doctus] peritus, ut iuris consulti periti dicuntur (*AΓfV*

**4.** NVNC RETRORSVM VELA DARE] Metaphora a nauigatione eo quod contempta Epicureorum disputatione reuerti se ad credendum adserat deos curare mortalia, ut (*Verg. Aen.* III 686):

Certum est dare lintea retro (*AΓαV*

**5.** DIESPITER] Diei pater, Iuppiter (*AΓ(rf)V*

**6.** IGNI CORVSCO NVBILA DIVIDENS] Hoc est: qui nubilo caelo tonare uel coruscare consueuit, sereno uere tonet (*leg.* aere tonuit), ut est (*Verg. Aen.* I 90):

Crebris micat ignibus aether (*AΓ(rf)V cf. Porph.*

**8.** EGIT EQVOS VOLVCREMQVE C.] Ex uulgi opinione plerumque sensus poetae concipiunt, ut hic de curribus dictum pro Olimpi strepitu (*AΓV cons. Porph.*

**9.** BRVTA TELLVS] Sine sensu tarda uel stolida, quod terrae epitheton est (*AΓ(γf) cons. Porph.*

**10.** INVISI HORRIDA TENARI] Promunturium Laconicae, per quod descensus esse ad inferos fertur (*ex Porph.*), ut (*Verg. georg.* IIII 467):

Tenarias etiam fauces, alta hostia Ditis
(*AΓfV paul. sim. α*

3 uerḡ *A*] uirg: *cett.* 5 is *rcp*] his *α* id *AγfV* 7 doctus] *om. A* 9 metaphora *r*] metafora *Aγα* 11 ads: *A*] asserat *cett.* 16 celo *A* 23 terre *A* 24 promunturium *A*] promunctorium *rVc* promuṇctorium *γ* promunctorum *f* promontorium *p* laconicae *Aγp*] laconice *f* laconiae *rV cons. c*

**11.** ATHLANTEVSQVE FINIS] Athlans enim mons [est, qui] in ultimo Oceani fine porrigitur (*AΓfV*

**12. 13.** VALET IMA SVMMIS M. ET I. A. D. F.] Hoc est: poterit hominum deus mutare fortunas (*AΓfV*

**14.** Obscura (*Vp*)] Ignobilia (*ΓfV*

OBSCVRA PROMENS] Idest uiles personas ad honorem ducens (*AΓfV*

HINC APICEM] 'Apicem' summitatem potestatis, ut Vergilius (*Aen.* XII 492. 493):

Apicem tamen incita summum
Hasta tulit (*AΓfV*

**14. 15.** RAPAX FORTVNA] Mutabilis, ut Terentius (*hecyr.* III 3, 46):

O Fortuna, ut numquam es perpetuo bona!

(*AΓ*(*γf*)*V*

Ordo est: Fortuna rapax hinc sustulit apicem cum acuto stridore, hic gaudet posuisse (*γVp om. r*

**15.** STRIDORE ACVTO] Luctuoso illis, quos dederit (*leg.* deserit), siue sonoro, ut (*Hor. carm.* I 16, 7. 8):

Acuta
Sic geminant Corybantes aera (*AΓ*

**16.** Idest hinc eleuat, hic deicit, mutua uice unum exaltans, alterum humilians (*ΓV*

1 athlans *Ar*] athlas *γVc* at$^{h}$las *p om. f* est qui *ΓVcp om. Af* 3 ĩma *A* 7 ducens *AΓfcp*] ducit *V* 8 ut — tulit] *om. r* 9 uerḡ. *A*] uirg: *cett.* 10 apice *A* 16 rapax fortuna *γ* 19 sine *A* 22 hic d: *AΓ*] hinc d: *Vp* hunc d: *c*

## CARM. I 35

[AD FORTVNAM (*AB*)]

Metrum duobus uersibus Alcaicum, tertius dimeter nouenarius iambicus, quartus Pindaricus (*BΓV*

1. O DIVA GRATVM Q. R. A.] Haec ode ad Fortunam scripta est, cui Caesaris aduersum Brittannos profectionem commendat. Aput Antium autem est Fortunae templum famosissimum, multorum etiam principum donis ornatum; unde etiam ciuitas Fortunae ipsius tutela dicta est (*AΓαzV cons. Porph.*

**2.** PRAESENS] Parata, potens mutare status hominum uel rempublicam (*AΓV*

**4.** VERTERE] Conuertere, mutare (*ex Porph.*), ut (*Verg. Aen.* XI 426. 427):

Multos mutata reuisens
Lusit et in solido rursus Fortuna locauit (*AΓV*

**5.** AMBIT] Rogat, supplicat (*AΓV*

**6.** DOMINAM AEQVORIS] Fortuna enim et aequori dominatur, ita ut et a nauigantibus inuocetur (*AΓV*

**7.** BITHINA L.] Species pro genere, ut (*Verg. georg.* II 451. 452):

Innatat alnus
Missa Pado (*AΓV ex Porph.*

**9.** Te Dacus (*V*)] Gens iuxta hunc fluuium degens aspera bellis (*ΓV*

TE PROFVGI S⟨C⟩ITHAE] Ab orbe sepositi et in mundi extimo constituti (*AΓV*

**10.** LATIVM FEROX] Forte, inuictum, unde et Vergilius (*Aen.* V 730. 731):

5 ode *Az*] odes *cett.* 6 brittannos *AΓV*] britannos *α* 7 aput *A*] ap̄ *V* apost (*ortum ex* ap̊) *α* apud *Γcp* 15 mutare uisens *A* 20 speciē *A* 26 TE] et *A* 28 inuictum *AΓα*] et uictoriosum *Vp sim. c* uerḡ *A*] uirg: *cett.*

Gens dura atque aspera cultu
Debellanda tibi Latio est (*AΓαV*

**11.** REGVMQVE MATRES BARBARORVM] Proprie enim timere filiis matrum est (*AΓαV*

Regumque m. (*V*)] In omnibus subaudiendum est 'metuunt' uel 'metuit' iuxta mensuram quantitatis (*ΓVcp*

**12.** PVRPVREI T.] Purpureum est, quod totum ex purpura est (*ex Porph.*) (*AΓV*

**13.** INIVRIOSO NE PEDE PRO.] Iniusto, ut (*Verg. Aen.* VIIII 108):

[Ibi] cum Turni iniuria matrem.

Potest autem fortuna et contra iustitiam crassari. Terentius (*adelph.* I 2, 24—26):

Tu nunc tibi
Id laudi ducis, quod tunc fecisti inopia?
Iniurium est (*AΓV*

**16.** IMPERIVMQVE FRANGAT] Aut quia imperium semper fragile putatur, aut quia magnae res deterioratae et fractae dicuntur, ut Vergilius (*Aen.* II 170):

Fractae uires,

et alibi (*Aen.* II 13):

Fracti bello (*AΓV*

**17.** ANTE IT] Praecedit quasi Necessitas comes et ministra Fortunae, ut est illud Vergilii (*Aen.* XII 336):

Iraeque insidiaeque, dei comitatus, aguntur
(*AΓαV*

9 purpurpura *A* 12 ibi *fort. ortum est ex* . . . et alibi, *cf. lin.* 22 13 crassari *AΓVcp*] grassari *edit.*, *sed cf.* crassator *Cat. fr. apud Gell.* XI 2, 5 19 magne *A* detererioratae *A* 20 uirg: *ΓV* 25 fortune *A* ut est—u: *Arα*] ut u: *γV* illut *A* uergilii *A*] uirg: *cett.*

SERVA NECESSITAS] Aut quae imperio Fortunae oboediat, aut (*secund. Porph.*) quia non suae potestatis est, qui subiacet necessitati; non ergo ipsa serua, sed quae seruire compellit (*AΓαV*

**18.** Trabales (*Vc*)] Species tormentorum sunt (*rVcp*

**19.** AEN[E]A] Forti (*AΓ*

**20.** VNCVS ABEST] Quo puniebantur damnati, ut Iuuenalis (10, 66):

Serranus ducitur unco (*AΓαV*

Et Cicero (*Phil.* I 2):

Vncus inpactus fugitiuo illi, qui in G. Mari nomen inuaserat (*AΓV*

⟨LIQVIDVMQVE PLVMBVM⟩] Nam et resoluto plumbo rei puniri consueuerant (*AΓV*

**21.** TE SPES ET ALBO] Qua sola sperando meliora duratur (*AΓV*

RARA FIDES] Quae a paucis colatur (*AΓV ex Porph.*

**22.** VELATA PANNO] Posset uideri uili uerbo usus es⟨se⟩ 'panno', nisi hoc sermone intellegi uoluisset a pauperioribus magis coli fidem (*ex Porph.*); aut certe, quia albo panno caput uelabant Fidei sacrificantes; siue propter ipsam fidem, quae pura est et alba, uel quae a senibus etiam maturis colatur. Vt Vergilius (*Aen.* I 202):

Cana Fides et Vesta.

Seu quia honesti dum fidem colunt pauperes sunt, et est quaestuosa perfidia (*cons. Porph.*), ut Iuuenalis (1, 75):

Criminibus debent hortos, praetoria (*AΓαV*

2 oboediat *V*] obędiat *r* obediat *Aγcp* obediunt *α* 3 set *γ* 4 que *A* 7 dampnati *αV* damn: *cett. cp* ut] *om. V, non cp* 9 Seianus, *uar.* Seranus *Iuuen.* 11 qui in G.] quin $\overset{o}{g}$ = quin ergo *V* qui in graece *p* qui in greco *c* 14 consueuerant *Aγp*] consuerant *r* consueuerunt *Vc* 17 colatur *AV*] colitur *Γcp* 19 esse *K.*] est *A, om. cett.* (dixisse *Porph.*) nisi] nihi *A* 23 uerg: *A*] uirg: *cett.*

**22.** NEC COMITEM ABNEGAT] Abscedens enim fortuna etiam fidem secum aufert, ut Iuuenalis (3, 143. 144):

> Quantum quisque sua nummorum condit in arca,
> Tantum habet et fidei (*AΓαV*

Ordo est: nec abnegat comitem, utcumque inimica linquis potentes domos mutata ueste (*ΓαV*

**23.** VTCVMQVE] Quotienscumque (*AΓV*

MVTATA VESTE] Aut luctu aut pauperie (*AΓV*

**25.** AT VVLGVS INFIDVM] Vulgus et meretrix fortunam tristem amicorum non secuntur uti prosperam; quod ideo dicit, quia fortunae euentum subire se plerumque homines uulgares negant (*ex Porph.*). Iuuenalis (10, 72. 73. 74):

> Sed quid
> Turba Rem⟨i⟩? sequitur fortunam ut semper et odit
> Damnatos (*AΓαV*

**26.** CEDIT] Discedit (*AΓ*

CADIS] Lagonis (*AΓ*

**26. 27.** DIFFVGIVNT CADIS CVM FECE S. A.] Per allegoriam ostendit eos, qui nolunt amicorum necessitati coniungi (*ex Porph.*), ut (*Ter. eun.* II 2, 7):

> Omnes me noti atque amici deserunt (*AΓV*

**29.** SERVES ITVRVM C. I. V.] Per yperbaton sensui superiori respondit (*u.* 1): O diua, gratum quae regis Antium, s. i. C. i. u. (*AΓcp sim. Porph.*

**31.** EXAMEN TIMENDVM] [Collecticium] omnibus enim militibus per bella ciuilia consumptis, habito ab Augusto

5 comitem *V*] te comitem *Γαcp* 8 pauperię *A* 10 secuntur *rα*] sequntur *V* sequuntur *Aγcp* 13 sed quid turbarem sed quid turbarem *A* set *γ om. α* 14 turbarem (turbate *p*) *codd.* 15 dā natos *A* damnatos *Γcp* dampnatos *αV* 17 lagonis *A*] lagoenis *γ* laguenis *r* 22 yperbaton *AΓc* hiperbaton *p* 23 quae *rVcp*] qui *Aγ* regis — u.] r. a. *Vc* regis antium *p* 24 antium] a. *A* 25 collecticium *Vc cons. p om. cett.*

dilectu nouus fuerat collectus exercitus, quem bene 'examen' uocauit (*AΓαV*

**31. 32.** EOIS T. PARTIBVS OCEANOQVE R.] Vtroque orbi metuendum dixit exercitum; nam in Eoo Orientem posuit, in Oceano rubro Occidentem, ut Vergilius (*georg.* III 32. 33):

Et duo rapta manu diuerso ex hoste trophea
Bisque triumphatas utroque ab litore gentes (*AΓV*

**33.** HEV HEV CICATRICVM] Sic enim bellorum ciuilium pudendae cicatrices sunt, quemadmodum gloriosae in bellis externis (*AΓαV*

**34.** FRATRVMQVE] Idest quos in bello ciuili uulnerauimus, ut (*Lucan.* VII 550):

Ille locus fratres habuit (*AΓαV*

DVRA AETAS] Aspera, infeliciter nata, aut dura, sine misericordia (*AΓV*

**35.** NEFASTI] Nefarii (*AΓV ex Porph.*

**36.** LIQVIMVS] Reliquimus (*AΓ*

VNDE MANVM IVVENTVS M. D. C.] Idest non solum a parentum caede, sed nec a numinum uiolatione temperatum est, ut Lucanus (I 380):

Numina miscebit castrensis flamma Monetae

(*AΓαV*

**38.** PEPERCIT ARIS] Hoc est: quae non spoliauit templa uel polluit caede, ut Lucanus (II 103):

Stat cruor in templis (*AΓV*

**38. 39.** NOVA INCVDE] Vt noua incude noua restaurentur tela iustis hostibus expetenda nec ciuilis sanguinis

1 excercitus *A* 3 utrique *p* utroque *cett. cf. Commodian. instr.* II 11,3 5 occidentem] occidentalem *A* uerḡ *A*] uirg: *ΓV* 8 litore *γc*] littore *ArVp* 10 gloriose *A* 11 externis] hesternis *A* 20 set *γ* 22 miscebit *A Lucan.*] miscebat *Γαp* miscebant *Vc* 25 uel *Aγp*] id̄ *r* aut *Vc* cede *A*

polluta piaculo, quae uictoriam mereantur et omine careant infelici, ut est (*Verg. Aen.* XI 196):

Ipsorum clipeos et non felicia tela (*AΓαVcp*

**39.** DIFFINGAS RETVSVM] Contusum reformes; nam sicut fingere formare dicitur, sic diffingere commassatum reformare (*AΓ(γα)V*

RETVSVM] Bellis ciuilibus hebetatum (*AΓV*

---

## CARM. I 36

[AD NVMIDAM PLOTIVM (*AB*]

Metrum primo uersu Glyconium, secundo Asclepiadeum (*BΓV*

**1.** ET TVRE ET FIDIBVS IVVAT] In honorem Pomponi Numidae hanc oden scribit, pro cuius salute ex Hispania reuersi uota persoluit laetitiamque conuiuiorum per sacrificia se exhibere commemorat (*AΓαV cf. Porph.*

FIDIBVS IVVAT] Fidicines sacrificiis adhiberi consueuerant (*ex Porph.*), ut Vergilius (*georg.* II 193):

Inflauit cum pinguis ebur Tyrrenus ad aras (*AΓV*

**2.** PLACARE] Hic non irata aut mitigare aut reconciliare numina posuit, sed pro aut 'grates referre' aut 'uota persoluere'; propitii enim dii reduxerant Numidam sospitem (*AΓV cons. Porph.*

SANGVINE DEBITO] Idest uotis peractis. Debetur enim hostia, dum uotis susceptis promittitur (*AΓV*

1 quę *αV*] quaę *A* que *γ* et q̇ *r* 3 clipeos *c*] clippeus *V* clipeus *cett.* 4 confusum *codd.* contusum *edit.* 5 commassatum *γ*] comass: *α* comas satum *A* conquassatum *Vp* quassatum *c* 7 hebetatum *AΓ*] *om. Vcp* 9 PLOTIVM *om. B* 10 glic: *codd. praeter B* secundus asclipiadeus *B* 12 honore *α* 13 hispaniam *A* 17 uerḡ *A*] uirg: *cett.* 18 tirrenus *A* 20 set *γ* 21 propicii *A*

**3.** NVMIDAE] [Huius Numidae] Genitiuus est (*AΓ*

**4.** Ordo est: qui nunc sospes reuersus ab ultima Hesperia diuidit multa oscula caris sodalibus, nulli tamen diuidit plura, quam dulci Lamiae, memor pueritiae actae non alio rege et memor simul mutatae togae (*Γα V*

HESPERIA AB VLTIMA] Vltimam Hesperiam Hispanias dixit. Hesperia autem ab Hespero dicta, quasi in occidentali plaga (*AΓα V*

**6.** DIVIDIT OSCVLA] Tamquam quae multis data sufficerent; quae consuetudo amicorum est, dum de longinquo tardius reuertuntur (*AΓ V*

**8.** ACT⟨A⟩E] Peractae (*AΓ*

NON ALIO REGE] Regem aut diuitem posuit aut patronum. Iuuenalis (1, 135. 136):

> Optima siluarum interea pelagique uorauit
> Rex horum.

Puertiae autem pro pueritiae per sincopen dixit, et significat Numidam Lamia patrono usum a pueritia usque ad uirilem aetatem (*ex Porph.*); unde ideo ait rege, uel quod eum Lamia rexerit. Peractae autem pueritiae ait, quia deposita praetexta accipiebant adulescentes togam uirilem. Qua commemoratione uult uideri per hoc, quod simul togas mutauerint, aetatis aequalitatem augere amicitiam. Vnde et Vergilius (*Aen.* VIIII 275):

> Mea quem spatiis propioribus aetas (*AΓα V*

**10.** CRESSA NOTA] Cretensi. Cretensibus enim mos erat dies laetos albis calculis, nigris contrarios numerare (*ex Porph.*) et ex laetorum dierum numero uitae tem-

1 huius numidae *A om. Γ* 4 puertiae *r* 10 est amicorum *Vcp* 12 peracte *A* 13 ut iuuenalis *α* 19 etatem *A* 20 quia] qui *A* 21 p̄texata *A* pretextata *γ* adul: *Ac*] adolescentes *rα Vp* adholescentes *γ* 22 commemorantione *A* 23 equalitatem *A* amititiam *A* 24 uirg: *codd.* 25 spaciis *A* etas *A* 28 uitae *Γ*] unę *A* una et *Vcp om. α*

pus metiri; malos enim in annorum numero non ducebant (*AΓαV*

**11.** PROMPTAE AMPHORAE] Idest prolatum uinum expendatur continuata laetitia (*AΓV*

**12.** MOREM IN SALIVM] Salii sacerdotes Martis et Herculis dicebantur, qui sacra saltatibus celebrabant, ut (*Verg. Aen.* VIII 285):

Tum Salii ad cantus.

Nam proprie Salii a saliundo dicti sunt (*AΓαV cons. Porph.*

**13.** NEV MVLTI DAMALIS MERI] Ebriosam mulierem dicit, quae a Numida amabatur. Vnde hic sensus est: cum Numida certamen bibendi sit Damali, nouo amico, non cum Basso (*AΓV*

**14.** THREICIA VINCAT AMISTIDE] Amistis quidam putant quod potionis genus sit aput Thracas, ideo amistis dicta, quia certa mensura clausis oculis potabatur uno ductu (*cons. Porph.*). Alii amysten gemmam intellegi uolunt, quae praesenti usu amethistus dicitur. Clausa enim poculis ebrietatem prohibere credebatur; nam et apium si mandatur, aduersum ebrietatem putatur prodesse (*AΓαV*

**16.** Neu uiuax apium (*V*)] Diu uiriditatem retinens, cuius p⟨er⟩enne folium non deficit uiriditate (*ΓV*

BREVE LILIVM] Ad tempus rettulit (*AΓV cons. Porph.*

1 numero *γα*] numerō *A* numerum *r Vcp* (in numero ducere *Caes.*) 6 ut — sunt] *om. α* 9 p̄rie *A* saliundo *A*] saliẽndo *V* saliendo *Γcp Porph.* 13 numide *A* 15 et 17 mistis *A* amistis *cett.* 16 quod . . . sit] *om. V* pocionis *A* aput *A*] ap̄ *V* apost *α* apud *cett.* thracas *p*] tracas *c* thracias *Ar* trachias *γV* trachios *α* 18 ducto *AVp* amysten *A*] amisten *ΓV* 19 amistus *V* amestis † hus *α* amethistus *cett.* 21 mandatur *AγαVcp*] mandatur *r* (*rectius?*) aduersū *A*] aduersus *cett.* 24 perenne *edit.*] poenne *r* poene *V* pene *γcp* 25 rett: *A*] retulit *cett.*

**17.** PVTRES OCVLOS] Nimio potu marcentes (*cf. Porph.*) et libidine resolutos (*AΓV*

**19.** ADVLTERO] Idest a Numida (*Aγ*

**20.** LASCIVIS HEDERIS AMBITIOSIOR] Quae ambitu et concupiscentia amplexu se illi ita inliget, ut hederae consueuerunt (*AΓV cons. Porph.*

LASCIVIS] In diuersa discurrentibus et uagis (*AΓV*

---

## CARM. I 37

[CLEOPATRAM ALEXANDRINORVM REGINAM HOSTEM AVGVSTI DEMONSTRAT (*A*)]

Metrum duobus uersibus Alcaicum, tertius dimeter nouenarius iambicus ypercatalecticus, quartus Pindaricus (*ΓαV*

**1.** NVNC EST BIBENDVM] Post bellum ciuile primum imperium Romanorum inter tres diuisum est, ita ut Antonius Orientem, Augustus Gallias, urbem Lepidus optineret. Antonius Augusti sororem habuit uxorem, qua spreta amore ductus Cleopatrae, Ptolom⟨a⟩ei sorori, coniunctus est. Qua indignatione Augustus aduersum Antonium et Cleopatram bellum gessit aput Actiacum promunturium et praefecto classis Agrippa superauit Antonium proelio nauali; quo uicto et Alexandriam cepit. Hac ergo ode laetitiam suam significat ob uictoriam Augusti (*AΓαzV cons. Porph.*

3 adnumida *A* 4 q̄ = quae *A*] quoniam *cett.* 5 se illi *K.*] stilici *V* facili *AΓp om. c* ʰederę *A* hedere *γ* ʰedere *V* 16 leppidus *A* 18 cleopatre *A* ptolomei *ArαzVc* phtolomei *γ* ptolomæi *p* 20 aput *A*] ap̄ *αV* apud *cett.* promunturium *A*] promonctorium *r* promunctorium *γαzV* promuntorium *c* promontorium *p* 23 letitiam *A*

PEDE LIBERO] Aut a fuga aut a periculis securo aut lasciuienti (*AΓV*

2. PVLSANDA TELLVS] Pedum plausu ferienda (*AΓV*

SALIARIBVS] Saliares cenae, quas Salii faciebant, dicuntur amplissimi apparatus fuisse, unde et in prouerbio erat Saliares cenas dicere opiparas et copiosas (*AΓαV ex Porph.*

3. Ordo est: nunc est tempus ornare puluinar deorum Saliaribus dapibus (*ΓαV*

PVLVINAR DEORVM] Puluinaria dicebantur aut lecti deorum aut tabulata, in quibus stabant numina, ut eminentiora uiderentur (*AΓV*

4. ERAT] Pro est (*AΓ*

DAPIBVS SODALES] Post consolationem enim hostiis epulabantur, ut (*Verg. Aen.* XI 740):

> Lucos uocat hostia pinguis in altos (*AΓ*

5. C⟨a⟩ecubum (*Vp*)] Vinum uetus (*AΓVp sim Porph.*

6. CELLIS AVITIS] Antiquis cellis uinariis (*AΓV*

7. REGINA] Idest Cleopatra, ut [est] (*Lucan.* X 63):

> Terruit illa suo, si fas, Capitolia sistro (*AΓV*

Ordo est: dum regina inpotens sperare quidlibet et ebria dulci fortuna parabat funus et dementes ruinas Capitolio et imperio cum grege turpium uirorum contaminato morbo (*ΓαV*

DEMENTES RVINAS] Ypallage, pro 'ipsa demens' (*Ar*

9. CONTAMINATO CVM GREGE TVRPIVM] [Idest] eunuchorum, quos satellites habuit Cleopatra (*ex Porph.*). Turpium [autem] aut malae uitae aut euiratorum (*AΓV*

1 a periculis aut a (*om. c*) fuga *ΓVcp* 16 hostia] ostia *Aγ* 17 *lemma om.A, lemma et schol.c* 19 cellis] *om.V* 20 idest *AΓ*] *om.Vcp* est *rVcp* 22 impotens *rαV* 27 idest *ante* eunuchorum *inserit Γ, non A Vcp* 29 autem *ΓVp om.Ac* male *A*

**10.** INPOTENS] Nimium potens (*AΓ*

**11.** DVLCI] Prospera (*AΓ*

**12.** EBRIA SED MINVET FVROREM] Elusa fortunae successu et ob hoc demens, inconsulta, inprouida, sicuti ebrii solent (*AΓV*

**13.** SOSPES NAVIS AB IGNIBVS] Aut naui qua fugit Cleopatra, aut per allegoriam ostendit Cleopatram primum corporis sui inlecebris Caesarem cepisse, secundum Antonium, Augustum deinde temptasse, sed eum eius uitasse conplexus; ideo 'una sospes nauis ab ignibus' (*AΓαV*

**14.** MENTEMQVE LYMPHATAM M.] Ebrietate insanam. Mareotis in Aegypto palus est, iuxta quam uinum optimum nascitur, quod ex eius uocabulo Mareoticum appellatur (*ex Porph.*), ut (*Verg. georg.* II 91):

Sunt et Mareotides albae

et (*Stat. Theb.* I 264. 265):

Mareotica fumat
Coptos (*AΓαV*

[LYMPHATAM] Idest insana⟨m⟩ (*A*]

**15.** IN VEROS T.] Iustos (*AΓ*

**16.** VOLANTEM] Aut fugientem, ut (*Verg. Aen.* VIII 224):

Pedibus timor addidit alas,

aut nauigantem, ut (*Verg. Aen.* III 124):

Pelagoque uolamus [aperto] (*AΓV*

6 naui *AΓαVp*] nauis *c, sed eiusmodi attractio etiam alibi inuenitur ut c.* I 3, 22   8 inl: *Arp pr.*] illecebris *γαVc* cesarem *A*   10 conplexus *A*] complexus *γαVcp* amplexus *r* 12 ebrietate *rVp*] ebrietatem *Aγαc*   13 egipto *A*   19 coptos *γ Statius*] comptos *Ar* c. *Vc* comptas *α*   26 aperto *r*] *om. AγVcp*

Ordo est: Caesar adurgens remis subaudi 'illam' uolantem ab Italia, ueluti accipiter urget molles columbas aut citus uenator urget leporem, ut fatale monstrum daret catenis in campis niualis Haemoniae, subaudi a superiori 'minuit furorem et cetera' (*ΓαV*

**18.** MOLLIS COLVMBAS] Aut praeter renitendi uires, aut certe captu faciles, ut Vergilius (*Aen.* XI 721. 722):

> Quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto
> Consequitur pinnis sublimem in nube columbam

(*AΓαV*

**19. 20.** IN CAMPIS NIVALIS HAEMONIAE] Frigidae et niuosae Thraciae ab H⟨a⟩emo monte (*cf. Porph.*); ibi enim pugnatum est; Vergilius (*georg.* II 488. 489):

> O qui me gelidis in uallibus Haemi
> Sistat (*AΓV*

**21.** FATALE MONSTRVM] 'Fatalem' dixit aut turpem, unde et prostantes fatales dicuntur, ut est (*Lucan.* X 60):

> Roma⟨no⟩ non casta malo,

aut uelut monstrum fatis sibi reseruatum, aut fato Romanis subiectum (*AΓαV cf. Porph.*

Generosius (*cp*)] Idest maiori, quam sexus exigebat, animositate (*AΓαV*

**23.** Nec latentis c. (*V*)] Fines regni latentes; idest non collegit denuo exercitum ex intimis partibus regni sibi fauentibus (*ΓV*

**23. 24.** NEC LATENTES CLASSE C. R. H.] Perditis enim rebus Cleopatra, dum omnis in auxilium eius Aegyptus conspiraret, ne aut reparato bello ad interiora

1 remis sƀ *r*] remis sunt *α* ·s· remis = scilicet remis *γ*, subaudi *p* sƀ *V* sibi *c* 4 ·s· *γ* 7 ut—columbam *om. α* uer̃g *A*] uirg: *cett.* 9 pinnis *A*] pennis *ΓVcp* 13 uer̃g *A*] uirg: *cett.* 14 hemi *A*, *recte r* 17 ut est] uñ (= unde) est *A* 21 maiori *A*] maiore *rαVcp* maiorem *γ* 28 egiptus *A*

descendens genti suae existeret grauis, aut occasionem gloriosae mortis effugeret, contempsit amorem uel deuotionem suorum. Quod Vergilius regioni dans in fluminis appellatione retulit Nilum auxilia offerentem (*Aen.* VIII 712. 713):

> Pandentemque sinus et tota ueste uocantem
> Ceruleum in gremium latebrosaque flumina uictus

(*A Γ α V*

**25.** REGIAM] Idest regnum suum desperatum et deiectum uultu interrito et ueluti laeto, ut (*Verg. Aen.* I 209):

> Spem uultu simulat (*A Γ V*

**26.** FORTIS] Quae haberet ex desperatione uirtutem (*A Γ α V*

**27. 28.** VT ATRVM C. C. V.] Cleopatra metu capta, ne duceretur in triumphum, corpori suo serpentes adposuit, quarum interiret ueneno, ut (*Verg. Aen.* VIII 697):

> Necdum etiam geminos a tergo respicit angues

(*A Γ α V*

**29.** Ferocior (*V*)] Promptior saeuis Liburnis fuit ad mortem; illi enim libenter moriuntur (*Γ V cons. Porph.*

DELIBERATA MORTE] Aut pro adhuc in cogitatione et tractatu habita posuit, aut pro iam statuta morte, idest decreta, ut (*Verg. Aen.* IIII 475):

> Decreuitque mori (*A Γ α V*

**30.** SAEVIS LIBVRNIS] Aut saeuis sibi, per quos uicta est, aut saeuis fortibus, ut (*Hor. carm.* I 12, 43):

> Saeua paupertas,

1 gentis *A* genti *cett.* sue *A* 2 essugeret *A* 3 uerḡ *A*] uirg: *cett.* 4 appellatione *α Vc*] apellatione *A* appellationem *r p* apellationē *γ* (retulit *hic codd.*) 6 pandēque *A* 16 ne] *om. A* apposuit *γ α V* 17 quarū *A*] quorum *cett.* 24 ·i· *γ*] *om. cett.* 26 saeuis sibi—aut] *om. A, propter homoeoteleuton*

(*Verg. Aen.* I 99):

Saeuus Hector,

(*Aen.* I 138):

Saeuumque tridentem;

aut quia Liburnorum gens ad moriendum prompta dicitur, qua illa ferocior fuit (*Verg. Aen.* I 244):

Regna Liburnorum (*A Γ α V*

INVIDENS] Augusto inuidens, ne captiuitas sua illi speciosiorem faceret triumphum. Nam et Liuius (*perioch. lib.* CXXXIII) refert Cleopatram, cum de industria ab Augusto capta indulgentius tractaretur, dicere solitam: 'Non triumphabor' (*A Γ α V ex Porph.*

Ordo est: scilicet non humilis mulier inuidens priuata deduci superbo triumpho (*Γ V*

**31.** DEDVCI] Subtrahi (*A Γ*

---

## CARM. I 38

[PVERVM SVVM ALLOQVITVR (*A*)]

[SAPHICVM AD PVERVM MINISTRVM (*B*)]

**1.** PERSICOS ODI PVER A.] Puerum suum alloquitur et elegantem ministrum, quem sibi mediocra iubet parare, negans ad uoluptatem opus esse magnifico apparatu et opimo. Pers⟨a⟩e autem ob nimias diuitias in sumptuosissimis deliciis degere dicuntur (*A Γ α V cons. Porph.*

4 seuumque *A* 6 cui *A r V* qua *γ* quibus *c p* (ciuilia *α*) 9 liuius *Γ p*] leuius *α* libius *A* libiis *uel* libus *V* 11 solita *A* 20 eligantem *A r* (ligantem *α*) mediocra] *cf.* mediocer *ap. Priscian. de accent.* § 23 22 perses *Γ α* 23 delitiis *A*

PERSICOS] Regales (*AΓ*

**2.** PHILLIRA C.] Phillon Graece folium dicitur; hic ergo coronam de foliis factam posuit, ut quia ipsae [et] pretiosiores sunt (*AΓzV*

**3.** ROSA QVO L. S. M.] Vetat puerum rosas, quae iam peracto uere inueniri solent, studiose quaerere (*cf. Porph.*); seras enim tardiores dixit (*AΓV*

**5.** SIMPLICI MIRTO] Singulari, cui nihil aliud adiungatur (*AΓV*

**6.** SEDVLVS] Studiosus, officiosus (*AΓ ex Porph.*

**6. 7.** NEQVE TE MINISTRVM DEDECET MYRTVS] Idest tametsi myrto praeter rosam uteris, non te dedecet, quasi non faciet gratiae minoris (*AΓV*

**7.** SVB ARTA] Sub humili uite (*AΓV*

[EXPLICIT LIBER CARMINVM PRIMVS · INCIPIT LIBER SECVNDVS (*A*]

2 phillos *γ* fillos *A r V* fillon *z* 3 quia et ipsa p̄tiosior fit *z* ipse *A* et *A γ om. r V c p* 4 preciosiores *A* 14 uite] uitae *A r V om. γ* (sub humilitate uitae *r*)

## CARM. II 1

[PARANETICE TETRACOLOS (*A*]

METRVM ALCAICVM DVOBVS VERSIBVS, TERTIVS IAMBICVS YPERCATALECTICVS, QVARTVS PINDARICVS (*ABΓα*

Ad Asinium Pollionem scribit consularem poeticae et rethoricae peritum, scribendarum etiam tragoediarum studio doctum, ut, qui belli ciuilis historiam inter Pompeium et Caesarem gesti scribere c⟨o⟩eperat, sciret rem se inchoasse periculosam, et in ipsa admonitione bellorum ciuilium calamitatem refert a Lentuli et Marcelli consulatu c⟨o⟩eptam, quam altius repetit, idest a Marcello (*leg.* Metello *cum Porph.*) Celere et Afranio consulibus (*AΓV cons. Porph.*

**1.** MOTVM EX METELLO C. C.] Ex Metello ideo, quia Sillae fuit collega. Ciuicum autem pro ciuili; ueteres enim sicut hosticum pro hostili, ita ciuicum pro ciuili dixerunt (*AΓαV cons. Porph. excepto initio*

**2.** BELLIQVE CAVSAS] Eo quod Caesari triumphus negatus bellum fecerit (*AΓV*

3 duobus — pindaricus] *om. A* duobus uersibus alcaicum *Bα* (alch: *α*) 4 yperc: *Γα* brachicatalecticus *B* 6 rethoricę *A*] rethorice *γVc* rętthorice *r* tragediarum *A* 8 cesarem *A* 9 adm: *rcp*] amonitione *A* amm: *γV* 11 marcelli] mamerci *Porph.* 15 ciuili *A*] ciuile *ΓαVcp* ueteres — dixerunt *K.*] ueteres enim sicut ciuicum pro ciuili, ita hosticum pro hostili dixerunt *A* ut hosticum (ost: *α*) pro hostile (ost: *α*) dixerunt *ΓαVcp* 18 cesari *A* negatus triumphus *ΓV*

**3.** LVDVMQVE F.] Quae ludibrio habet res humanas (*A Γ V ex Porph.*

**3. 4.** GRAVESQVE P. A.] Quia nec perpetuae fuerant et reipublicae graues, ut Lucanus (I 98. 99):

> Temporis angusti mansit concordia discors
> Paxque fuit non sponte ducum.

Crassus enim amicitiarum foedus ad tempus tenebat, quo mortuo Antonius, Augustus et Lepidus facto Pompeio imperatore conlisi sunt. Graues autem aut pernitiosas aut infidas (*A Γ α V*

**5.** NONDVM EXPIATIS V. C.] Idest de quibus nondum loti cruores sint, quo uelut expiarentur [diluto]. Vult ergo intellegi adhuc in manibus esse arma ciuilia nec, sicut solebat bello ⟨transacto⟩, uncta reposita (*A Γ α V ex Porph.*

**6.** Periculos⟨a⟩e (*V*)] Periculum inferentis (*Γ V*

Aleae (*p*)] In militia igitur alea ludebatur, ne exercitus otio torperet. Quia autem 'periculos⟨a⟩e' addidit, fraudem et liuorem ludo illo prodeuntem respexit (*Γ α V*

ALE⟨A⟩E] Vt:

> †Cogit alea belli (*A Γ*

**7. 8.** PER IGNES SVPPOSITOS C. D.] Allegoricos dicit sicut ignem cinere opertum, ita adhuc odia belli ciuilis sub specie pacis latere nec tutum esse per historiae ueritatem offendi animos eorum, qui gesserunt (*A Γ V cons. Porph.*

**9.** SEVERAE] Tristis (*A Γ*

MVSA TRAG⟨O⟩EDIAE D. T.] Vt deposito tragico stilo

1 habet res] haberes *A* 5 angusti *A γ V Lucan.*] augusti *r α c p Pauly Hauthal* 7 fedus *A* 8 angustus *A* 9 conlisi *A r*] coll: *γ α V* perniciosas *hic A r α V* pernitiosas *γ c p*

12 sunt *α* diluto *A* dẹluto *r* deluto *γ V* de luto *α* delicto *c p Hauthal* delicta *Pauly* 14 tr: *add. K.* 20 *fort. leg.* cogitanda alea belli alea belli] *cf. Liu.* XXXVII 36, 9: tutam fore belli aleam 24 animos eorum *γ*] animos *A r p* amicos *V c*

(*sim. Porph.*) Pollio cautius c⟨o⟩epta describeret; uno enim tempore et tragoediam et historiam scribebat, idest non cantetur edita a te in theatris tragoedia, dum occuparis historia actus publicos referendo (*AΓαVcp*

**12.** CECROPIO COTVRNO] Atheniensi. Thespis enim aput Athenas primus tragoediam ⟨inuenit. Coturnum autem tragoediam a⟩ frequenti[us] dixit usu coturnorum, ut (*Verg. ecl.* 8, 10):

Sola Sophocleo t. c. d. c. (*AΓαV*

**13.** INSIGNE M⟨A⟩ESTIS P. R.] Fuit enim et causidicus Pollio et defensionem reis frequenter inpendit (*AΓV*

**14.** ET CONSVLENTI P. C.] Hoc est: curiae das expetenti a te consilium (*AΓV*

**15.** CVI LAVRVS ⟨A⟩E. H.] Laurum hic pro uictoria posuit: Salonas enim Pollio Dalmatiarum ceperat ciuitatem (*cons. Porph.*), unde et filium suum, eo quod natus ibi erat, Saloninum appellauit, quamuis laurus et poetae conueniat; nam et carmina faciebat. Vergilius (*ecl.* 3, 86):

Pollio et ipse facit noua carmina (*AΓαV*

**17.** IAM NVNC MINACI M. C. P. A.] Laus relatoris, tamquam haec, quae scriberet, ita commendaret, ut se auditor crederet interesse (*AΓV cf. Porph.*

**19.** FVGACES] Aut ueloces (*ex Porph.*) aut splendorem pauescentes armorum (*AΓV*

**20.** EQVITVMQVE VVLTVS] Vt etiam homines terreret fulgor exercitus (*AΓV*

**21.** Audire uideor (*p*)] Idest uidetur mihi, ut audiam (*ΓV*

VIDEOR DVCES] Aut ipsos contionantes duces aut referentem de ducibus Pollionem (*AΓV ex Porph.*

1 cautus *Vc* cantus *p* 3 in theatris edita (ẹdita *V*) a te *ΓαVp* 6 aput *A*] apud (ap̄) *cett.* 7 frequentius *codd.*, *corr. K.* cotnorum *A* 9 sofocleo *Aγ* d. c.] d. e. *V* 11 inpendit *Ar*] impendit *V* īpendit *γ* 15 cęperat *A* 17 apellauit *A* 18 uirg: *codd.* 21 comendaret *A* 26 excercitus *A*

**22.** NON INDECORO PVLVERE] Glorioso puluere bellico sordentes (*A Γ V*

**23.** TERRARVM SVBACTA] Hoc est: a Caesare (*A Γ*

**24.** ATROCEM ANIMVM C.] Atrocem constantem. Porcius enim Cato aput Vticam elegit potius interire, quam in hostium potestatem ueniret (*A Γ V cons. Porph.*

**25.** Ordo est: Iuno et quisquis deorum amicior Afris impotens cesserat inulta tellure, rettulit inferias Iugurthae nepotes uictorum (*Γ α V*

IVNO ET DEORVM QVISQVIS A.] Tamquam ciuilia bella, quae postea gesta sunt in Africa ad uindictam Africae superatae, Iunonis ira uel deorum fecerit commoueri (*A Γ V*

**27.** VICTORVM NEPOTES] Romanorum, qui Carthaginem uicerant (*A Γ V*

**28.** RETTVLIT INFERIAS IVGVRTHAE] Hannibalem intellegi uoluit in commemoratione Iugurthae, aut certe quia in Africa multi Pompeiani tempore belli ciuilis occisi sunt (*A Γ V*

**29.** QVIS NON LATINO S. P.] Romanorum sanguine uel sepulcris repletus; ut Lucanus (V 266. 267):

Totoque exercitus orbe
Te uincente perit (*A Γ V*

**31.** AVDITVMQVE MEDIS] Pro cladis magnitudine dicit bella ciuilia etiam Persis audita, ut Vergilius (*Aen.* VII 224—226):

Europae atque Asiae fatis concurrerit orbis,
Audiit et siquem tellus extrema refuso
Submouet Oceano (*A Γ α V*

3 a cęsare (ces: *γ*) scilicet *Γ* 4 potius enim cato *A* 5 aput *A*] ap̄ *V* apud *cett.* 6 ueniret *A γ Vc*] uenire *rp* 7 est *γ α*] *om. r V* 8 rettulit *γ*] retulit *r α V* 13 romanorum] subaudi romanorum *V* carthaginem *A p*] cartaginem *Γ Vc* 16 comemoratione *A* quia] q = qui *A* 20 sepulcris *A V*] sepulchris *Γ* 21 excercitus *A* 24 uerḡ *A*] uirg: *Γ V* 28 subm: *A*] summouet *r V* mouet *γ* (suffuso remouet *α*)

**32.** HESPERIAE SONITVM RVINAE] Vt est (*Verg. Aen.* I 460):

Quae regio in terris nostri non plena laboris? (*AΓ*

**33.** QVI GVRGES] Gurgitem pro mari dixit, ut (*Verg. Aen.* I 118):

Apparent rari nantes in gurgite uasto (*AΓV*

**34.** QVOD MARE DAVNIAE] Dauniae Apuliae a Dauno, sed per Apuliam omnis Italia accipienda est (*cons. Porph.*), in qua sanguis fusus est Romanorum, uel quia per Adriaticum mare de Brundisio Caesar profectus est Pompeium sequens, ut Lucanus (V 374):

Brundisium decumis iubet hanc attingere castris

(*AΓαV*

**35.** Decolorauere (*V*)] A proprio colore mutauere (*ΓV*
NON DECOLORAVERE C⟨A⟩EDES] Vt Lucanus (II 713):

Tum primum rubuit ciuili sanguine Nereus (*AΓV*

**36.** QVAE CARET ORA] Pars regionis aut terrae (*AΓV*

**37.** SED NE RELICTIS MVSA PRO. I.] Idest ne, cum lirico carmini aptiores ioci sint, inprobe faciat Musa,· si lugubria misceat (*AΓV*

Ordo est: sed tu, Musa procax, ne relictis iocis retractes munera neniae Ceae: quaere mecum sub Dioneo antro modos leuiore plectro (*ΓαV*

PROCAX] Petulans (*AΓ cons. V*

**38.** TRACTES MVNERA NENIAE] Nenia carmen lugubre quod mortuis dicebatur, quod nunc Graece epitaphion appellatur, quod Simonides, Graecus poeta lyricus, primus

8 set *γ* 12 decumis *A*] decimis *cett.* 15 ut] *om. V* 19 ioci sint *Ar*] sint ioci *γVc* sunt ioci *p* improbe *rV* 21 ordo est] *om. V* est] *om. r* set *γ* procax idest petulans *V* 23 mͦdos *γ om. α* 25 lugubrę *A* 26 epitaphion *rα*] epitaphium *c* epitafion *AγV* ἐπιταφίον *p* 27 apellatur *A* lyricus *Vp*] liricus *Aγα om. r*

instituit a Cea insula oriundo: unde et Ceae neniae posuit (*cons. Porph.*), de qua Vergilius (*georg.* I 14):

Cui pinguia Ceae (*AΓαV*

**40.** QVAERE MODOS] Carmina (*AΓ*

---

## CARM. II 2

METRVM SAPPHICVM ENDECASILLABVM (*AΓ*

**1.** NVLLVS ARGENTO COLOR EST AVARIS] Sallustium Crispum alloquitur historiographum, equitem Romanum, Augusti amicum, libertatem (*leg.* liberalitatem) et magnificentiam animi eius describens. Argentum autem pro pecunia abdita in thesauris dixit. Sensus autem hic est: diuitiarum splendorem nullum esse, nisi honeste in usum fuerint (*ex Porph.*); auaris autem recondendo crescat sola cupiditas, ut Iuuenalis (14, 139):

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia creuit.

Vnde et hydropi morbo comparauit hoc uitium, quod nimietate sitis et potus desiderio crescente ⟨a⟩egritudine interius augetur (*AΓαV*

Auaris (*V*)] Auarae enim terrae dicuntur, cum id in se recipiunt, quod non ampliato reddunt fenore (*ΓV*

**2.** INIMICE LAMNAE] Lamnam pro infabricata et rudi materia argenti posuit, quae obscuratur ab auaris

1 oriundo *Aγα*] oriundus *rV* 2 uerḡ *A*] uirg: *cett.* 6 safficū *A* saphicum *Γ* endecasillabum *Γ*] *om. A* (Incipiunt de libro secundo saphica *B*) 7 sall: *A*] sal: *ΓαV* 8 historiografum *A* 9 libert:] liberalitatem *Porph.* magnif:] magnitudinem *α* 12 usum *Aγαcp*] usu *rV Porph.* 13 crescit *γα* 15 i. p. c. *V* creuit *A Iuuen.*] crescit *Γαcp* 16 hydropi *α*] ydropi *Γ* idropi *Vp* hydropis *A* hidropici *c* 20 fenore *γ*] foenore *rV*

celata, et uult intellegi Sallustium non occultare diuitias (*AΓαV ex Porph.*

**3.** NISI TEMPERATO] Temperato usu, moderato, ne crederetur prohibendo auaritiam suadere luxuriam (*AΓEV*

**5.** VIVET EXTENTO P. E.] Idest in perpetuum, ut (*Verg. Aen.* XII 235):

Viuusque per ora feretur.

Proculeium enim equitem Romanum laudat, amicum Augusti, qui pius sic erga fratres suos Scipionem et Murenam fuit, ut cum spoliatis bello ciuili patrimonium suum ex integro diuideret, quod cum eis iam ante diuiserat (*AΓV cons. Porph.*

**6.** ANIMI PATERNI] Qui paternum fratribus inpenderat amorem (*AΓEV*

**7.** ILLVM AGET] Idest ducet per notitias omnium (*AΓV*

**8.** FAMA SVPERSTES] Quod boni facti fama perpetua sit nec pinna eius, hoc est uolatus, ad posteros solui possit. Volare enim famam etiam Vergilius ponit, ut (*Aen.* III 121):

Fama uolat pulsum regnis cessisse paternis

(*AΓαEV*

**9.** LATIVS REGNES A. D.] Latius, inquit, regnas cupiditatem uincendo, quam si per uniuersum orbem possessiones extendas (*cf. Porph.*). Gades autem oppidum est in Hispania a Poenis conditum (*ex Porph.*). Aut quia in parte Africae ponitur, quidquid freto aut Gadibus separatur, ideo utrumque Poenum dixit locis diuisum, uel certe quia Carthago et in Hispania est, quam Spartariam uocant (*AΓαV*

1 sall: *A*] sal: *ΓαV*  9 scipionem *etiam Porph.*] Caepionem *emend. Forcellini*  13 inpenderet *E* impenderet *AV* inpenderat *Γ*  18 pinna *AγαE*] penna *rV*  19 uirg: *codd.*  27 quidquid *A*] quicquid *cett.*  28 pęnum *A*  29 cartago *γαV*

**11.** Vterque P. (*V*)] Idest et orientalis et occidentalis Africanus (*Γ V*

**13.** INDVLGENS SIBI] Indulgens inpendens, ut (*Verg. Aen.* VIIII 165):

Indulgent uino et uertunt crateras aenos (*A Γ*

DYRVS YDROPS] Pernitiosus (*A Γ α E*

'Hydrops' subcutaneus [est] morbus de uitio uesicae natus cum anhelitu fetido et inflatione turgente. Est autem hydropico proprium, ut quanto amplius bibit, tanto amplius sitiat (*Γ α E V*

**14.** MORBI] Sitis (*A γ*

**15.** ET AQVOSVS ALBO] Albo pallenti (*cons. Porph.*), ut Persius (3, 98):

Turgidus hic epulis atque albo uentre lauatur.

Diffusus enim umor omne inficit corpus. Sensus ergo est: sicut sitis nisi aegritudine uicta non pellitur, ita auaritia et cupiditas non satiatur, nisi ante animo in sanitatem continentiae reuocato (*A Γ α V*

**17.** REDDITVM CYRI S. P.] Cyrus qui primus regnauit in Perside (*A Γ E V*

SOLIO PRAHATEN] Phraates rex Persarum, Cyri filius; hic a parentibus destitutus regno pulsus est; a Bragmanis, philosophis Indorum, susceptus et educatus est. Postea regno redditus magno iustitiae et continentiae documento gessit imperium. Alii (*cf. Porph.*) dicunt ei ab Antonio ademptum imperium et per Augustum postea restitutum.

1 et or: *V*] or: *Γ* 3 inpendens *A γ p corr.*] impendens *r V c p pr.* 6 perniciosus *r α E* 7 morbus subcutaneus *r α* est *V om. Γ α E* uesicae *r α E*] uisicę *V* uisice *γ* 15 umor *Hauthal*] amor *A r α* humor *γ V c p* 16 aegrit: *r p*] egrit: *cett.* pellitur *A*] tollitur *Γ α V c p* 17 saciatur *A* 19 ciri *A in lemmate* cyri *c p* 20 persidę *A* persida *r, recte γ V c p* 21 phraates *r*] prahates *A γ* prahaten *α* phrahates *V cf. schol. u.* 20 22 apparentibus *A* 23 philosofis *A* poste *A* 25 imperium *Γ α E V*] *om. A*

Vult ergo ostendere non, sicut uulgus putat, beatam uitam regnum aut diuitias facere, sed sapientiam (*AΓαEV*

**18.** DISSIDENS P.] Discrepans uirtus nec habens aliquid cum insipientibus et plebe commune (*AΓV*

Ordo est: uirtus beatorum [idest sapientia quae non est apud plebem] dissidens numero plebis eximit Phraaten redditum solio Cyri et regnum et tutum diadema deferens uni et propriam laurum dedocet populum uti falsis uocibus, quisquis scilicet spectat ingentis aceruos inretorto oculo; nam quasi superiora exponendo haec dicit (*Γ(rα)V*

Ordo est: Prahaten eximit numero beatorum uirtus dissidens plebi idest sapientia qu⟨a⟩e non est apud plebem. Sensus est: Prahate⟨s⟩, qui in regnum Persarum constitutus est, non est in numero beatorum, sicut uulgus putat; nec enim regnum aut diuitiae beatos faciunt (*γ*

BEATORVM] Sapientium (*Aγ*

**19.** EXIMIT VIRTVS] Sapientia, quae non est aput plebem (*AΓ*

**20.** DEDOCET VTI] Dedocere cupit, desuescit, idest aut dissuadere populo beatum dicere eum, qui diuitiis utitur (*cons. Porph.*), aut certe loqui falsum pro hoc, quod factione eiectus Phraates regno sit (*AΓαV*

**21.** VOCIBVS] Opinionibus (*AΓ*

DIADEMA TVTVM] Subiectorum dilectione (*Aγ*

**22.** PROPRIAMQVE LAVRVM] Pro laurea, hoc est pro speciali gloria, quae non uirtuti exercitus, sed prudenti[s] continentiae perpetua debetur (*AΓV sim. Porph.*

2 set *γ* 4 insipientibus *Vcp*] sapientibus *AΓ* 5 est] *om. r* idest — plebem *V*] *om. rα* 6 exemit *r* phraaten *r*] phrahaten *V* prahatẽ *α* 8 et propriam *c*] propriam *rαV* 9 ingentes *αV*, *rectius rp* 10 haec] hoc *r* 13 PRAHATES *scribitur C.I.L.*VI 1797 17 aput *A*] ap̄ *Γ* apud *Γcp* (*haec uerba igitur bis extant in γ*) 19 desuescit] desuefacit *edit.* idest aut] *om. α* 21 pro hoc *rαV* propter hoc *cp* pro . . hoc *Aγ* 22 phraates *Ar*] prahates *γ* probates *α* phrahates *V cf. schol. epi.* I 12, 27 *et C. I. L.*VI 1799 25 pro sp: *Aγp*] sp: *rV* 26 spetiali *A* prudentis *codd.*

**23.** OCVLO INRETORTO] [Idest] inflexo a iustitia uel a continentia oculo ad cupiditatem (*AΓV*

**24.** SPECTAT ACERVOS] Pecuniae cumulos, ut Vergilius (*Aen.* IIII 402):

Ingentem formicae farris aceruum (*AΓ*

---

## CARM. II 3

METRVM IN DVOBVS ALCAICVM, TERTIVS NOVENARIVS, QVARTVS IAMBICVS (*leg.* PINDARICVS) (*AΓα*

*Metrum duobus uersibus Alcaicum, tertius iambicus, quartus Pindaricus (*B*

**1.** AEQVAM MEMENTO R. I. A.] Aequalem, inmutabilem (*AΓV*

MEMENTO S. M.] Idest habeas moderationis propositum semper in animo (*AΓV*

REBVS IN ARDVIS] Vt in aduersis talis sis, qualis in prosperis (*AΓV*

**3.** AB INSOLENTI L.] Inmoderate laetam siue inconsuetam (*AΓEV*

**4.** MORITVRE DELLI] Moriundum enim est, seu tenax seu largus uixeris (*AΓV paulum sim. Porph.*

**6.** IN REMOTO GRAMINE] In secreto loco (*AΓ*

**7.** RECLINATVM BEARIS] 'Reclinatum' in bibendo resupinum et soluto a curis animo beatum feceris (*AΓ* (*rE*) *V om. γ cons. Porph.*

**8.** INTERIORE NOTA FALERNI] In interiori enim uina

1 idest *r om. AVcp euanuit γ* 3 uerḡ *A*] uirg: *ΓV* 5 formice *Ar*] *euanuit γ* 7 in *A*] *om. rα euanuit γ* 11 immut: *V* 15 ut *A*] idest ut *γ om. rV* 17 inmod: *Ac*] immod: *ΓV* ĩmod: *Ep* letam *A* 19 moriundum *rp Porph.*] moriendum *cett.* enim] *om. r* 20 uixeris *rcp*] uixerit *AγV* 22 idest in bibendo *E* 25 Interiora *α*

seruanda reponuntur, quibus ad uetustatis indicium et tempus, quo conduntur, adscribitur (*AΓ*(*rαE*)*V om. γ*

**9.** QVO PINVS INGENS] Quae magnitudine sua amoenitatem potantibus praestet (*AΓV*

ALBAQVE POPVLVS] Interiora enim populi folia alba sunt, ut (*Verg. Aen.* VIII 276):

Bicolor cum populus umbra (*AΓV*

**10.** VMBRAM HOSPITALEM] Idest refugium propter aestum epulantibus genialiter praestans (*AΓEV*

CONSOCIARE AMANT] Condensare et opacam facere (*Aγ*

**11.** QVID OBLIQVO L.] Flexuoso (*AΓE*

**12.** LIMPHA FVGAX] Cita et celer (*AΓ*

TREPIDARE RIVO] Festinare, ut (*Verg. Aen.* VIIII 114):

Ne trepidate meas, Teucri, defendere naues

(*AΓEV*

**13.** HVC VINA ET VNGENTA] Hoc est: huc ad nemora et pinus instrumenta conuiuii et uoluptatum parentur (*AΓαV*

ET NIMIVM BREVIS] Genitiuus est. Breuis autem cito transeuntis et temporalis, ut ipse superius (I 36, 16):

Et breue lilium (*AΓαEV*

**15.** DVM RES] Hoc est: patrimonium (*AΓV*

ET AETAS] Hoc est: iuuentas apta laetitiae (*AΓEV*

**16.** FILA TRIVM PATIVNTVR ATRA] Quae mortis admoneant et minentur; ideo et atra, ut Vergilius (*Aen.* X 814. 815):

Extremaque Lauso
Parcae fila legunt (*AΓV*

2 adscribitur *AγE*] asscribit *r* ascribitur *αV* 3 amoen: *rV*] amen: *A* amen: *γ* 4 prestat *γ* 8 idest *om. Vp* 9 estum *A* genialiter *edit.*] generaliter *codd., cf. Apul. met.* X *p.* 192 *E.*: Otiose ac satis genialiter . . . calicem uno haustu perhausi 11 Qđ (= quod) *A* 16 unghenta *A* hoc est huc] huc idest *Vc* 17 in frumta *A* 19 gen: est] *om. α* 22. 23 hoc est] *utrobique om. V* 25 uergī *A*] uirg: *cett.*

**17.** COEMPTIS] Comparatis (*AΓ*

SALTIBVS ET DOMO] Omnibus diuitiis et amoenitate, nisi in usu sint, carendum morte dicit, ut Iuuenalis (10, 171. 172):

Dum tamen a figulis munitam intrauerit urbem,
Sarcophago contentus erit,

et Terentius (*hecyr.* III 5, 11):

Vixit, dum uixit, bene (*AΓαV*

**19.** EXSTRVCTIS] Compositis, ut (*Verg. Aen.* VIIII 325. 326):

Qui forte tapetibus altis
Extructus (*AΓαV*

**19. 20.** ⟨EXTRVCTIS⟩ IN ALTVM DIVITIIS] Mari iactis operibus et extructis in altum aedificiis (*AΓV*

**20.** POTIETVR HERES] Conclusio sensus: cum diuitiis usus non fueris tuis, relictis heres utetur (*AΓV*

**21.** DIVESNE PRISCO NATVS] Nihil interest post mortem, utrum diues et generosus sis an pauper et humilis genere (*AΓαV ex Porph.*

AB INACHO] Inachum [autem] pro nobilitate generis posuit. Rex enim Argiuorum Inachus nobilissimus fuit, a quo et fluuius, quia in ipso mortuus est, nomen accepit. Vnde et Vergilius pro nobilitate (*Aen.* IIII 371. 372):

Et Turno, si prima domus repetetur origo,
Inachus Acrisiusque pater,

et Iuuenalis (8, 134):

De quocumque uoles proauum tibi sumito (*AΓα*

2 amoenitate *V*] amęnitate *A* amenitate *α* amenitatem *Γ* 3 in usu] inu si *A* 5 a *AαV*] *om. Γ* 6 sarcophago *rα*] sarcofago *Aγ* sartofago *V* 8 dum uixit uixit bene *ΓV* dum uixit bene uixit *α* 12 extructus *γ*] extructis *AαV* exstructis *r* 13 EXTRVCTIS] *om. A, exh. α, sed textum scholii om. α* 14 edificiis *A* 20 autem *ΓV om. A* ant̄ *α* 22 quia — est] *om. α* 23 uirg: *codd.*

**23.** SVB DIO MORERIS] Supra enim inter diuitias et domum dixerat; ideo hic sub dio posuit pauperis mansionem (*AΓV*

**24.** Nil miserantis (*V*)] Inplacabilis (*ΓEV*

MISERANTIS ORCI] Vt (*Verg. georg.* IIII 489):

Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere Manes (*AΓV*

**25.** OMNES EODEM COGIMVR] Compellimur, colligimur, ut (*Verg. ecl.* 3, 20):

Tityre, coge pecus (*AΓV*

**26.** VERSATVR V⟨R⟩NA] Aut ubi fatum et conditio uitae uersatur, aut urna, ubi cineres colligebantur, ut Lucanus (VIIII 68):

Numquam plenas plangemus ad urnas?

Hic autem poetice per urnam quasi sorte ad mortem ductos rapi dixit (*cons. Porph.*), ut Vergilius (*Aen.* VI 432):

Quaesitor Minos urnam mouet (*AΓαV*

**27.** SORS EXITVRA] Ideo sortem, quia urnam dixerat (*AΓV*

Cymbae uidelicet inpositura est nos sors, ut in aeternum dirigat exilium (*ΓV*

**28.** CVMBAE] Naui Carontis (*Aγ paul. sim. Porph.*

---

## CARM. II 4

[PROTREPTICE TETRACOLOS (*A*]

*Metrum Sa⟨p⟩phicum endecasyllabum (*Γα*

NE SIT ANCILLAE TIBI AMOR PVDORI] Adserit hac

2 dio *A*] diuo *Γ* diue *V* 4 inplacabilis *γE*] impl: *V om. r* 6 ignoscendā *A* 7 colligimur *A*] cogimur *r*, *om. γV* 9 tytyre *A* tytire *r* titire *γV* 10 condicio *V* 11 uitae] ae *euanuit in A* 14 quasi sorte] *om. α* 15 uirg: *codd.* 17 questitor *A* 20 inp: *γ*] impositura *rV* 25 endecasyllabum *α*] endecasillabum *Γ*

ode ancillae amorem domino erubescendum non esse (*cons. Porph.*), et ducum ponit exempla, quibus turpitudini datum non sit in amorem trahi forma captarum (*AΓV*

2. XANTHIA] Aut cognomen est aut praenomen (*AΓ*

PRIVS INSOLENTEM] Factorum suorum et uictoriae superbia elatum, ut ipse superius (*carm.* I 16, 21):

Exercitus insolens (*AΓV*

3. SERVA BRISEIS] Iure belli ancilla, ut (*Verg. Aen.* V 284):

Olli serua datur (*AΓV*

NIVEO COLORE] Digna amari pulchritudine, ut (*Verg. ecl.* 5, 89):

Erat tum dignus amari (*AΓV*

4. MOVIT ACHILLEM] Innata enim uoluptate animus mouetur, et proprie motus libidinis est (*AΓV*

5. MOVIT AIACEM TELAMONE NATVM] Ideo Telamone natum, quia fuit alius Oilei filius, de quo Vergilius (*Aen.* I 41):

Et furias Aiacis Oili (*AΓV*

6. FORMA CAPTIVAE] Specialiter forma pro pulchritudine ponitur, ut (*Verg. Aen.* VIII 393):

Formae conscia coniunx (*AΓV*

7. ARSIT ATRIDES MEDIO I. T.] Aut in medio belli tempore aut in medio ipso bello uacuum illi fuisse etiam in periculis amare. Quod tamen ad enphasin posuit, cum

3 captarum *A*] captiuarum *cf. sch. u. 13* 4 pronomen *A* 5 factorum *Aγ*] fatorum *r V* 11 amari *edit.*] amori *A* amoris *ΓV* pulcritudine *γV* 17 uirg: *codd.* 19 oili *A*] oilei *cett.* 20 pulcrhitudine *r* pulcrit: *V* 22 conscia *A*] *om. ΓV* 25 quod tamen id nefas imposuit *α* enphasin *r*] enfasin *V* enfasim *Aγ* *cons. α*

animus spe triumphi ad alium amorem incendi non posset (*AΓαV*

**8.** VIRGINE CAPTA] Aut Briseidem dicit, aut Crisen (*leg.* Crisae) sacerdotis filiam; sed magis Cassandra intellegitur, quae habuit sorte Agamemnonem dominum (*AΓαV*

**10.** THESSALO VICTORE] Poterat intellegi Pyrro, qui excidio interfuit Troiae; sed quia subdidit ʻademptus Hector', Achillem significat (*AΓαV cons. Porph.*

**11.** Fessis (*V*)] Scilicet longo bello (*ΓV*

TRADIDIT FESSIS] Veluti morte Hectoris Troia sit tradita (*AΓV*

LEVIORA TOLLI] Inbecilliora, ut (*Verg. Aen.* VIIII 155):

Decimum quos distulit Hector in annum (*AΓ*

**13.** GENERVM BEATI] Beatos nobiles dixit; neque enim beati esse poterant, quorum erat filia captiua. Phillis enim capta fuit (*AΓαV*

**16.** M⟨A⟩ERET INIQVOS] Quod ei nihil profuerint, ut seruitutem uitaret (*AΓV*

M⟨A⟩ERET] Tristis est recordatione generis sui, ut (*Verg. georg.* IIII 511):

Qualis populea m⟨a⟩erens Philomela sub umbra

(*AΓαV*

**19.** SIC LVCRO AVERSAM] Abhorrentem fraudem et pecuniam, ut (*Verg. Aen.* II 170):

Auersa deae mens (*AΓαV*

POTVISSE NASCI] Vt parentum merita ex habitu et moribus colligat, sicut Vergilius (*Aen.* IIII 11. 12):

3 briseidem *A*] briseiden *cett.* tirsen *A* crisoN *α* crisen *cett.* 4 set *γ* casandra *αV* 5 agamennonem *rαV* agamenonem *γ*, *recte A* 6 pyrro *V*] pirro *A* pyrrus *r* porro *γ* pirrum *α* 7 set *γ* 9 bello longo *V* 12 inbecilliora *Γ*] inbeciliora *A* imbecilliora *V* 16 fuit] fuerat *α* 17 profuerint *AΓ*] profuerit *Vcp* 19 generis sui *AΓα*] sui generis *Vcp* 21 philomela *Γ*] filomela *A* pfilomela *α* philomena *V* 27 uergitius *A* uirg: *cett.*

Quem sese ore ferens! quam forti pectore et armis!
Credo equidem, nec uana fides, genus esse deorum

(*A Γ α V*

**20.** MATRE PVDENDA] Erubescenda, ut Vergilius (*Aen.* XI 55. 56):

Pudendis
Vulneribus pulsum aspicies (*A Γ V*

**22.** INTEGER LAVDO] Castus, et qui aut securus pulchritudinem laudat corporis, quia animi ante laudauit, aut certe de quo iam aetas nihil obscenum faceret suspicari (*A Γ α V paul. sim. Porph.*

**23.** CVIVS OCTAVVM TREPIDAVIT] Festinauit, ut Vergilius (*Aen.* VIIII 114):

Ne trepidate meas, Teucri, defendere naues.

Octauum autem lustrum quadraginta annos dixit; quinquenniis enim uoluit significare aetatem, ut Vergilius (*Aen.* I 283):

Veniet lustris labentibus aetas

(*A Γ α V paul. sim. Porph.*

---

## CARM. II 5

METRVM DVOBVS VERSIBVS ALCAICVM, TERTIVS IAMBICVS VT SVPRA, QVARTVS PINDARICVS (*A B Γ α*

**1.** NONDVM SVBACTA FERRE IVGVM VALET] Incertum est, quem adloquatur hac ode, utrum amicorum aliquem

1 quam] qui *α V* 4 ut — aspicies] *om. V* uerg: *A*] uirg: *cett.* 9 pulcritudinem *V* 12 ut — naues] *om. V* uirg: *codd.* 14 ne] nec *A* 16 enim] autem *α* etatem *A* uirg: *codd.* 24 adloquatur *A*] alloquatur *α r* alloquitur *γ V*

an semet ipsum; agit tamen, ut reuocet intemperatam mentem a cupiditate et desiderio uirginis inmaturae. Quam comparat per allegoriam iuuencae, et a translatione incipit dicendo iugum eam coniunctionis ferre non posse nec tauri tolerare pondus, ut designatione pecudis inhabilem monstraret uiro, significans ita eam nullo adhuc aetatis calore sollicitari, ut soli esset ludo dedita (*AΓαV cons. Porph.*

**2.** MVNIA] Obsequia lege debita, quod uult intellegi de [non] inplendo uxoris officio (*AΓV*

**3.** AEQVARE] Pari affectu ferre, ut (*Verg. Aen.* VI 474):

Aequatque Sicheus amorem (*AΓV*

**5.** Circa uirentes (*p*)] Idest circa ludos tantum; non adhuc nubilem sapit conpensare aetatem (*ΓV*

Ordo est: nunc est animus tuae iuuencae solantis grauem aestum fluuiis circa uirentes campos; nunc est animus tuae iuuencae ludere cum uitulis in udo salicto (*ΓαV*

**7.** SOLANTIS] Recreantis, ut (*Verg. Aen.* VII 495):

Ripaque aestus uiridante leuaret (*AΓV*

IN VDO] Aquoso et apto salicibus (*AΓ*

**8.** LVDERE CVM V.] Vitulos pro pueris posuit (*AΓ cons. Porph.*

**9.** PR⟨A⟩EGESTIENTIS] Praepropere festinantis (*AΓV*

**10.** IMMITIS VVAE] Inmaturae (*AΓ ex Porph.*

1 semet] se *ΓαV* 2 inmature *Aγ* immaturę *r* immature *V* immatures *α* 3 iuuence *A* 4 lugum *A* 5 tollerare *A* 6 ita eam *A*] eam ita *ΓV* ea ita *α* 7 calore aetatis *r* calore etatis *γαV* 10 non *AΓVp om. c* inplendo *A*] implendo *rV*, *euanuit γ* officio *ArVcp*] officia *γ* 14 idest *Γ*] *om. Vcp* 15 conp: *Γ*] comp: *V* 16 est *γαc*] *om. rV* 20 ut — leuaret] *om. V* 25 p̄properantis crescentis *r* properantis crescentis *γVcp*, *recte A* 26 immaturę *A* inmature *Γ*

LIVIDOS R.] Maturos (*AΓ*

**11.** DISTINGVET AVTVMNVS] Per autumni tempus et uindemiae ad colligendum aptae translationem maturitatem expectandum demonstrat aetatis (*AΓV*

**13.** IAM TE SEQVETVR] Idest non est longum expectare aptam puellae aetatem et ad consentiendum faciliorem (*AΓV*

Currit enim ferox (*V*)] Adolescentia autem prona et labilis est in multis, idcirco ferox dixit, aut quae ferre ualeat uirum (*ΓαV*

**15.** APPONET ANNOS] Annos pro uiribus et aetatis flore dixit, tamquam illi per senium minuerentur, illi augerentur (*AΓV cons. Porph.*

**17.** DILECTA] Amabilis omnibus (*AΓ*

**17. 18.** NON PHOLOE FVGAX N. C.] Pholoes et Chloris nomina pro exemplo posuit, quae dum ante uiros uitassent, postea obscenarum uitam elegere mulierum (*AΓV*

**18.** ALBO] Candido (*AΓ*

**19.** PVRA LVNA] Habens in sereno integrum lumen, ut Vergilius (*Aen.* VII 9):

Splendet tremulo sub lumine pontus (*AΓV*

**20.** GNIDIVSVE GIGES] Nomen pueri pulchri de Gnido insula Veneri dicata, ut et ipse superius (*carm.* I 30, 1):

O Venus regina Gnidi Paphique.

Huius pueri et⟨iam Ouidius⟩ formam laudat in carmine suo (*AΓαV*

**22.** SAGACES] Sollicite inquirentes (*Aγ*

HOSPITES] Aduenientes, qui sexum ex familiaritate non nossent (*AΓV paul. sim. Porph.*

**24.** AMBIGVO] Dubio (*AΓ*

3 aptae *rp*] apte *Aγc* apta *V* 4 expectandum *A*] exspectandum *r* expectandam *γc* exspectandam *V* expectantem *p* 5 exspectare *rV* 6 puelle *A* 9 idcirco *γαp*] ideo *rVc* 11 etatis *A* 20 uirg: *codd.* 25 etiam Ouidius *K.* sec. *Porph.*] et *Γ* ut *A* *om.* *αVcp*

## CARM. II 6

METRVM SAPPHICVM (*AΓα*

**1.** SEPTIMI GADES A. M.] Septimium equitem Romanum, amicum et commilitonem suum, hac ode alloquitur, cui se tanta gratiae necessitudine fatetur adstrictum, ut, si uelit, ad ultimas mundi nationes ire se cum eo posse promittat. Hortatur tamen, ut gratissima sibi loca eligat Tiburis et Tarenti, quorum et amoenitatem laudat (*AΓV cons. Porph.*

SEPTIMI GADES] Insulae sunt Hispaniae in ultima parte Oceani (*AΓαV*

**2.** CANTABRVM INDOCTVM I. F. N.] Gens Hispaniae siue (*sec. Porph.*) Galliae necdum a Romanis uicta, de qua Lucanus (VI 258. 259):

Vel si tibi terga dedisset
Cantaber.

Hanc Augustus postea superauit (*AΓαV*

**3.** BARBARAS] Inhospitales propter incertum maris (*ArV*

MAVRA [SEMPER] Pro Africana, quia utraque Libia dicitur (*ArV sim. Porph.*

**5.** TIBVR ARGEO C.] Idest a Graecis conditum, ut (*Verg. Aen.* VII 672):

Argiua iuuentus (*AΓ*

**7.** SIT MODVS LASSO] Modum finem dixit laborum (*cons. Porph.*), ut eadem domo et senectam ageret et uitam finiret (*AΓV*

**9.** VNDE] A quo, idest a Tibure (*AΓV*

2 saffìcum *Aγ* saphicum *rα* 5 astrictum *rV* 6 promittat posse *Vcp* 8 amenitatem *A* 17 hanc — superauit] *om. r* 18 barbaras *V*] barbara *A* inhospitalis *A* inhabitabilis *r* propter] $\overline{\text{pp}}$ *A* 20 semper *A om. V* 28 a quo idest a t: *Aγ*] idest a quo scilicet t: *r* a quo scilicet a t: *V* a t: *p, totum schol. om. c*

**10.** PELLITIS OVIBVS GALESI] Galesus fluuius est iuxta Tarentum (*cons. Porph.*), ubi pro pasturae copia uel dulcedine maiores ouibus lanae sunt, de quo Vergilius (*georg.* IIII 126):

Qua niger humectat flauentia culta Galesus

(*A Γ α V*

**11.** REGNATA] Participium est sine uerbi substantia, ut Vergilius (*Aen.* III 14):

Regnata Licurgo (*A Γ V*

**12.** RVRA PALANTHO] Palanthus Lacedemonius fuit eiectus patria hac culpa, quod absentibus Lacedemoniis filiae eorum ex seruis grauidatae ediderant; postea reuersi patres tali culpa genitos expulerunt, quorum dux Palanthus fuit, qui Tarentinam condidit ciuitatem, ut fertur octauus ab Hercule (*A Γ α V paul. sim. Porph.*

**13.** Ordo est: ille angulus ridet mihi praeter omnes subaudis 'angulos terrarum' (*Γ V*

**14.** ⟨Angulus⟩] Pro loco angulum posuit (*Γ V*

RIDET] Voluptuosus est (*A Γ*

HIMETO] [Hymetus] mons Atticae regionis melle abundans (*cons. Porph.*). Laudat autem Apuliam et Calabriam prouincias, in qua et Tarentum situm est, cuius se amoenitate et deliciis delectari dicit; nam et melle et oliuetis praecellunt, hiemes quoque apriciores habent (*A Γ α V*

**16.** BACCA] Pro oliua (*A Γ ex Porph.*

VENAFRO] Venafrum ciuitas Samnii oleis abundans (*A Γ V*

3 uirg: *codd.* 8 uirg: *codd.* 10 palanthus *A V*] palantus *r* panthus *γ* phalantus *α* 11 quod *A Γ α c p*] quia *V* 12 grauiditatę *A* 13 phalanthus *α* 15 arcule *A* 16 est] *om. r V* 17 subaudis (subauđ) *γ superscr.*] sƀ *V om. r* 20 hymetus *c* himetus *r p om. A γ α V* attice *A* 21 abundans *A*] habundans *Γ α V* 22 prouincias *α V*] prouintias *A Γ* 23 amęnitate *A r V* amen: *α recte γ* delitiis *A* 27 habundans *Γ V*

**17.** VER VBI LONGVM] Vergilius (*georg.* II 149):

Hic uer perpetuum atque alienis mensibus aestas (*A Γ*

TEPIDASQVE PRAEBET] Idest sine frigoris nimietate (*A Γ*

**20.** ⟨MINIMVM⟩ INVIDET VVIS] Hoc est: non est inpar uuis Falernis (*A Γ V*

Inuidere enim sibimet solent inpares uirtute. Hic autem, idest Aulon, quia inpar non est, ideo dicitur non inuidere (*Γ V paul. sim. Porph.*

**21.** ILLE TE MECVM LOCVS ET B. P. A.] Eleganter se cum Septimio et in laudatis locis optat uiuere, et eum habere superstitem, defunctoque sibi iusta persoluere (*A Γ V cons. Porph.*

**22.** Ordo est: ibi sparges tu calentem fauillam uatis amici debita lacrima, idest naturali aut debita propter amicitiam (*Γ α V*

**23.** DEBITA SPARGES LÃ.] Antiquorum mos erat mortuorum cadauera concremare; ideo defuncti fauillam dixit, ut est (*Verg. Aen.* VI 227):

Et bibulam lauere fauillam (*A Γ α V*

---

## CARM. II 7

[PROSPHONETICE TETRACOLOS METRVM ALCAICVM IN DVOB⟨VS⟩ VERSIBVS, TERTIVS NOVENARIVS, QVARTVS PINDARICVS (*A*]

METRVM DVOBVS VERSIBVS ALCAICVM, TERTIVS IAMBICVS VT SVPRA, QVARTVS PINDARICVS (*A B Γ α V*

1 uirg: *codd.* 2 hic uer hic uer *A* estas *A* 3 idest] *om. γ* 4 minimum *V om. A* uuis *in lemm. om. V* inpar *Aγ*] impar *r V* 6 inpares *γ*] impares *r V* 7 autem *Γ*] *om. V* inpar *γ*] impar *r V* 11 iuxta *A* 13 est] *om. r V* 14 idest — am: *Vcp*] *om. Γα* 15 amicitiam *cp*] amiciciam *V* 24 alch: *Γ* iambicus ut supra *A B*] nouenarius iambicus *Γα*

**1.** O S⟨A⟩EPE MECVM TEMPVS IN VLTIMVM] Ad Pompeium Varum scribit gaudens eius in patriam reditum, quem commilitonem sibi in castris Bruti et Cassi fuisse commemorat (*cons. Porph.*) et belli ciuilis euasisse pericula Augusto uictore, qua gratia liberius se conuiuium exhibere promittit (*AΓαV*

TEMPVS IN VLTIMVM] Periculosum (*AΓ*

**3.** QVIS TE REDONAVIT] Reddidit, redire fecit in patriam (*AΓV*

QVIRITEM] Romanum; notandum tamen, quia singularem numerum posuit, cum pluraliter dicantur (*AΓαV ex Porph.*

**4.** ITALOQV[A]E C⟨A⟩ELO] Caelum pro Itala regione posuit (*AΓV*

**5.** Ordo est: o Pompi, prime meorum sodalium, s⟨a⟩epe deducte mecum in ultimum tempus Bruto duce militiae, quis redonauit te Quiritem diis patriis et Italo caelo? (*ΓαV*

POMPI MEORVM PRIME S.] Praecipue, idest cuius amor ante omnes sit (*AΓV*

**6.** CVM QVO MORANTEM S⟨A⟩EPE DIEM M.] Morantem pro longo dixit, hoc est: ⟨a⟩estiuo, qui quasi cum mora spatium suum decurrat (*AΓαV ex Porph.*

**7.** FREGI CORONATVS] Aut consumpsi aut (*sec. Porph.*), diuisi, ut a sexta hora significet saepe epulatos; mero uero uel datiuus uel ablatiuus casus bene accipiatur (*cons. Porph.*) (*AΓαV*

NITENTES] Vnguentis splendidos (*AΓ*

**8.** MALOBATHRO S.] Genus unguenti [est] (*AΓV cons. Porph.*

**9.** TECVM PHILIPPOS] Macedoniae campos; aut ciuitas, ubi ab Augusto Brutus uictus occubuit (*cons. Porph.*);

1 pompeium *rα ante ras.*] pompium *Aαp. ras. c* pompilium *Vp Porphyrionis codd. optimi* 10 dn̄r *A* 12 celum *A* 14 est] *om. rV* 23 consumpsi] ē sumpsi *A* 25 accipitur *rαV* 27 ungentis *γ* 28 malo bratho *A, recte V* ungenti *γ* est *om. A*

unde et Lucanus (I 694):

> Video iam, Phoebe, Philippos (*A Γ V*

**10.** NON BENE RELICTA PARMVLA] Parmula scuto, non bene relicta, quia arma in fugam uersi proiecerant (*A Γ V*

**11.** CVM FRACTA VIRTVS ET MINACES] Cassium et Brutum significat, qui de uirtute se iactare consueuerant (*ex Porph.*), aut certe milites eorum (*A Γ V*

**12.** TVRPE SOLVM] Aut cruentum aut quo prostrati turpiter precarentur (*A Γ α V cons. Porph.*

**13.** MERCVRIVS CELER] Iucunde dixit se a Mercurio liberatum, uel quod ostenderet se furtim fugisse et celerem ostenderet fugam (*ex Porph.*), uel quod poetae ad Mercurium pertinere dicuntur (*A Γ α V*

**14.** SVSTVLIT AERE] Nebula, ut (*Verg. Aen.* V 810):

> Nube caua eripiam;

et per hoc fugae latebras tutiores ostendit (*A Γ V paul. sim. Porph.*

**15.** RESORBENS] Metaphora a Charibdi, qua cum impetu quodam significet mentis et furore correptum ad Bruti partes reuersum (*A Γ V*

**17.** OBLIGATAM REDDE IOVI DAPEM] Idest promissum ac debitum redde conuiuium (*cons. Porph.*). Et sciendum 'dapem' singulari numero declinatum (*A Γ V*

**19.** DEPONE SVB LAVRV M.] Vt est illud Vergilii (*ecl.* 1, 79):

> Hic tamen hac mecum poteras requiescere nocte,

uel certe sub Augusti uictoria, aut tamquam poeta inuitat amicum sub suo carmine (*A Γ V*

2 phębe *A* filippos *A* 4 relicta *A γ*] relicto *r* r. *V om. cp* 11 se] *om. A* 17 fuge *A* 19 metafora *A Γ*, *recte V* 24 declinatam *A* declinatum *cett.* 25 uirg: *codd.*

**20.** CADIS TIBI D.] Vasis uinariis ad eius quasi reditum reseruatis, ut (*Verg. Aen.* I 195):

Vina bonus quae deinde cadis onerarat Acestes

(*A Γ V*

**21.** OBLIVIOSO MASSICO] Hoc est uino, quo curae pelluntur et labor in obliuionem uenit (*sim. Porph.*). Massicum uero pro Campano posuit (*A Γ V*

**22.** CIBORIA EXPLE] Aut Alexandrina poma, quae habent similia colocasiis folia, in quorum similitudinem facta pocula eodem nomine appellantur (*ex Porph.*), aut certe pro cibis posuit, tamquam cibum poculis conpensaret (*A Γ V*

FVNDE CAPACIVS V. D. C.] Hoc est: largius utere odoribus (*A Γ V*

**23.** De conchis (*V*)] Echinis [concharum] (*r V c p* Conchis echinorum (*γ*

QVIS VDO] 'Quis' interrogatiuum est, sed cum exhortatione dicitur. 'Vdo' uero apio uiridi, uel quod in locis aquosis nascitur (*ex Porph.*). Corona enim apii ebrietatem dicitur prohibere, ut est (*Verg. ecl.* 6, 68):

Atque apio crinis ornatus amaro (*A Γ V*

**24.** DEPROPERARE] Festinanter afferre (*A Γ*

**25.** QVEM VENVS ARBITRVM D. B.] Archiposiam significat et tesserarum iactu datum in bibendo primatum. Venerius autem iactus latissimus dicebatur, qui habebat tricenarium numerum (*A Γ V cons. Porph.*

**26.** NON EGO SANIVS] Non leuius (*A γ*

**27.** EDONIIS] Thracibus Bacchis (*A Γ V*

**28.** FVRERE] Aut ebrium esse aut certe saltare (*A Γ V*

3 acestes] *om. A* 5 cure *A* 13 capacius *A corr. ut uid. V* capacibus *A pr.* 15 concharum] *inclusit K.* concarum *p* 17 set *γ* 21 crinis *A c*] crines *Γ V p* 23 archiposiam *Γ V c p*] arciposiam *A* archiposian *Porph.* 24 tesserarum *Γ c p*] cesserarū *A* tessarū *V*

## CARM. II 8

METRVM SAPPHICVM, QVARTVS DIPODIA (*ΑΒΓα*

**1.** VLLA SI IVRIS TIBI PEIERATI] Scaenicum principium in Varinen meretricem. Intellegitur enim per hanc inuectionem aliquos praecessisse sermones, quibus noctem sibi eadem Varine iure iurando promiserit, dehinc, postquam fefellit, in haec uerba poetam uelut amantem erupisse (*cons. Porph.*). Vt enim dicitur iuris iurati, ita posuit 'iuris peierati', quod nulla fallens poena perculsa sit (*ΑΓαV*

**3.** DENTE SI NIGRO F.] Maior enim poena [est] meretrici, si ob culpam corporis deformitate puniatur (*ΑΓV*

**5.** CREDEREM] Aut 'tibi' subauditur 'iuranti' aut 'deos uindices esse periurii' (*ΑΓV*

OBLIGASTI] Deuouisti non inplendo promissa; e contrario enim solui uota dicuntur (*ΑΓαV cf. Porph.*

**7.** Pulcrior multo (*V*)] Auctio est data auctioni (*ΓV*

IVVENVMQVE PRODIS P. C.] Amatorum multitudinem significat dicens eam periuriis fieri pulchriorem (*Α Γ V cf. Porph.*

**9.** EXPEDIT MATRIS C. O.] Idest prope est, ut putem, dum uideam non puniri periuria, in contrarium religionis ac pietatis uerti rationem. Hanc enim uult uideri sacrilegio promeritam deorum fauorem (*ΑΓαV cons. Porph.*

OPERTOS] Sepultura tectos (*ΑΓ*

**10.** TOTO TACITVRNA NOCTIS] Clarae, siue secretae et silentis, ut (*Verg. Aen.* II 255):

2 safficum *A* saphphicum *r* saphicum *Bγα* qu: dip:] *om. B* 3 scęnicum *r*] scenicum *cett.* 4 barineu *A* uarrinem *r* uarinem *γαVcp* 6 uarine *A et Porph.*] uarina *ΓVp* uarinā *α* 7 in ħ in uerba *A* 9 pęna *A* 11 pęna *A* est *om. A* 13 aut tibi subauditur i: *A*] sb̄ aut tibi i: *V* aut tibi subiuranti *p* aut tibi iuranti *c* aut tibi subaudis iuranti *γ* aut tibi iuranti subaudies *r* 21 matres *A* 23 hanc — f:] *om. α* 24 fauorem *AΓp cons. Porph.*] furorem *Vc* 26 clare

> Tacitae per amica silentia lunae,

et (*Aen.* III 515):

> Tacito labentia caelo (*AΓαV*

**11.** SIGNA CVM CAELO] Ac si diceret: omnem mundi maiestatem in sacramenta uocare (*AΓαV*

GELIDAQVE DIVOS] Vt Vergilius (*Aen.* IIII 385):

> Et cum frigida mors (*AΓ*

**13.** VENVS IPSA R.] Aut perfidiae amoris cum risu indulgens, aut quia Nimphae ad ignoscendum faciles sunt, ut (*Verg. ecl.* 3, 9):

> Faciles Nimphae risere sacello (*ex Porph.*).

Comites enim Veneris sunt, ad quam pertinent meretrices (*AΓαV*

**14.** SIMPLICES NIMPHAE] Idest non iracundae, sed exorabiles (*Aγ*

FERVS ET CVPIDO] Numen Cupidinis demonstrat inmite et inplacabile, et quod ignoscere nesciret, nisi uoluntatem et iudicium Veneris sequeretur; ut Vergilius (*Aen.* I 695):

> Iamque ibat dicto parens et dona Cupido (*AΓαV*

**15.** SEMPER ARDENTES ACVENS] Aut semper ardentes aut semper acuens (*AΓV ex Porph.*

**16.** COT[A]E CRVENTA] Non ipsa cruenta cote, sed in qua acuit, ut occidat; inmoderatus enim amor maturat exitium. Haec cos, huius cotis declinatur (*AΓαV*

4 ac *ΓαV*] *om. A* 5 in sacramento *ΓαVcp* 6 uirg: *codd.* 9 nimphae *rp*] inimphę *A* nimphe *γVc* faciles̄ (= facile sunt) *A* 11 nimphae *Aγ*] nimphe *rVc* nymphae *p* 12 enim *Aγcp*] autem *V om. r* 14 idest *A*] *om. γ* 17 ignoscere *ΓV*] non ignoscere *A* ignoscere non *α* 18 iuditium *Ar* uerg̃ *A*] uirg: *ΓV* 20 dicto *AΓcp*] dictu *V* 21 aut *ante* semper *om. A* 23 set *γ* 24 immoderatus *rV* 25 et declinatur haec (hec *γc*) cos, huius cotis (*om. α*) *ΓαVcp*

**17.** Adde (*V*)] Adiunge his quae creuerunt tibi ex periurio (*Γ V*

Tibi crescit (*V*)] Tuae prostitutioni (*Γ V*

TIBI CRESCIT OMNIS] Idest subinde crescentes amatores (*A Γ V*

**18.** Seruitus c. n. (*V*)] Idest semper adiunguntur tibi noui, nec priores relinqunt te, quamuis relinquendam minentur (*Γ α V*

**19.** TECTVM] Lupanar (*A Γ V*

**20.** SAEPE MINATI] Vim amoris expressit, ut, quod a seruis fieri consueuit, hoc amatoribus non liceat, dum contempti se deserturos minentur, et sic noui ueniant, ut non abscedant priores (*A Γ V*

**21.** IVVENCIS] Filiis iuuenibus (*A Γ V*

**22.** TE SENES PARCI] Propter dilapidationem patrimonii, quae meretricum incitamentis s⟨a⟩epe contingit (*A Γ V*

MISERAEQVE NVPER] [Timore repudii.] Maior enim in recenti caritate dolor est sollicitati coniugis, maior uis meretricis animum affectione occupatum uicisse (*A Γ α V*

**24.** AVRA MARITOS] Aut facilitas, qua in amorem trahuntnr, aut unguentorum odor, ut ipse superius (*c.* I 5, 11. 12):

Aurae
Fallacis (*A Γ α V*

1 his quae (que *γ*) creuerunt tibi *Γp* tibi q̄ creuerunt *V* his que tibi creuerunt *c* 7 relinqunt *α V*] relinquunt *Γcp* relinquendam *K.*] relinquenda *r* relicturam *γ Vcp* relictura *α* 15 dilapidationem *A Γ*] dilationem *Vp* dilacerationem *c* 18 timore repudii *Γ Vcp om. A α* 19 karitate *α* 21 facilitas *A α Vcp*] facultas *r* fallacitas *γ*

## CARM. II 9

[PARAMISTICE TETRACOLOS (*A*]

METRVM DVOBVS VERSIBVS ALCAICVM, TERTIVS IAMBICVS, VT SVPRA; QVARTVS PINDARICVS (*A bis BΓα*

**1.** NON SEMPER IMBRES NVBIBVS HYSPIDOS] Valgium hac ode consularem alloquitur amicum suum, quem consolatur Mystis pueri delicati sui mortem grauiter ferentem (*ex Porph.)*, indicans mala hominibus non esse continua (*AΓα*

HISPIDOS] Sentuosos (*AΓ*

**2.** CASPIVM] Scythicum (*AΓ*

**3.** INAEQVALES] Iniquae (*AΓ*

**4.** VSQVE] Ac si diceret: semper (*AΓ*

**5.** STAT GLACIES INERS] Aut quae cursum gelata non habet, aut quae nimietate frigoris pigros efficiat (*AΓV*

**7.** QVERCETA] Vt pineta et esculeta, sic et querqueta posuit (*AΓV cf. Porph.*

**8.** ET FOLIIS VIDVANTVR ORNI] Non semper foliis uiduantur arbores, hoc est: dum in omnibus uices sint temporum, continuare luctum Valgium non debere (*AΓV*

**9.** TV SEMPER VRGES] Instanter et indesinenter fles (*AΓ om. V cf. Porph.*

FLEBILIBVS MODIS] Quia poeta erat Valgius, et m⟨a⟩erorem suum luctuosis carminibus solabatur (*AΓαV*

**10.** ADEMPTVM] Tamquam non mortuum fleret, sed solatio suo ademptum (*AΓV*

3 metrum — ut] metrum alcaicum duobus uersibus ut *B* metrum in duobus alcaicum *A alt. loco* metrum alcaicum duobus uersibus alcaicum (*sic*) *A alt. l.* metrum duobus uersibus alchaicum *Γα* iambicus ut supra *A alt. loco Γα*] nouenarius *A alt. l.* 10 sentuosos *Ar*] sentosos *γ* 11 scithicum *r* sythicum *γ* stticū *A* 12 iniq. *A* 16 querqueta *A*] querce *r* querceta *γVcp* 24 consolabatur luctuosis carminibus *Vc*. 25 set *γ* s, *AV* sed *p* si *r om. c* 26 solacio *r* solatio *cett. post* ademptum *falso repetit A*: tamquam non mortuum fleret

NEC TIBI VESPERO] Eodem Hespero. Idem enim Hesper, qui et Lucifer dicitur (*AΓ*

**12.** FVGIENTE SOLEM] Subaud. 'Vespero', ut duo eum tempora tenere monstraret (*AΓV*

**13.** TER ⟨A⟩EVO FVNCTVS A.] Idest Nestor, qui nonaginta annis hoc est tribus aetatibus uixisse firmatur; unam enim aetatem triginta annos ponebant. Non ergo eum dicit omni uita sua Antilochum filium fleuisse (*AΓαbV cf. Porph.*

**15. 16.** INPVBEM TROILON] Troilus Priami filius aetate inpar congressus Achilli, de quo Vergilius (*Aen.* I 474. 475):

> Parte alia fugiens amissis Troilus armis,
> Infelix puer atque inpar congressus Achilli,

tamquam nec ipse a parentibus continue fletus sit (*AΓαbV*

**17.** DESINE MOLLIVM] Quasi feminarum, quae nimium teneri affectus sint; et desine querellarum pro desine queri (*ex Porph.*); figura ypallage (*AΓ′αbV*

**18. 19.** ET POTIVS NOVA CANTEMVS] Tamquam si diceret: melius remoto luctu Caesaris facta cantemus (*AΓ′αbV*

**20.** RIGIDVM] Frigidum (*AΓ′b*

NIPHATEM] Scythiae fluuium, plerique (*ita Porph.*) montem Armeniae putant (*AΓ′αV sim. b, sed paene prorsus euanuit*

**21.** MEDVMQVE FLVMEN] Poetice, quasi et fluuius se uictum sentiat (*cons. Porph.*), ut (*Verg. Aen.* VIII 728):

> Et pontem indignatus Araxes,

2 hesper *r*] esper *A* hesper uel uesper *γ* 3 sub *Aγ* sb: *rVcp* 5 *INCIPIT COD. b, sed in margine mutilatus est* terreuo *A* 7 etatem *A* 8 antilocum *A* 11 etate *A* inpar *A*] impar *ΓαbV* uirg: *codd.* 14 inpar *A*] impar *ΓαbV* 15 a *γ*] *om. cett.* 16 quasi (q. *A*) feminarum *A*] *om. Γ′αVcp* idest *b* 17 querellarum *Aγ*] querelarum *rαbvV* 18 queri *A* 19 si] *om. α* 20 cesaris *A* 23 scythiae *rp*] scithię *A*

et (*Aen.* VIII 726):

Eufrates ibat iam mollior undis.

Gentes tum uictas uult intellegi, quae circa flumina sunt. Eufraten tamen Medorum amnem uult intellegi (*AΓ'αbV*

Ordo est: et cantemus Medum flumen uoluere minores uertices additum uictis gentibus (*Γ'αbV*

**23.** INTRA PRAESCRIPTVM GELONOS] [Intra constitutum.] Augustus enim fines Gelonis statuit, quos uicti egredi non auderent, sed praescriptis limitibus tenerentur, cum ante, ubi libuisset, excurrerent (*AΓ'αbV*

**24.** Exiguis campis (*V*)] A Caesare determinatis (*Γ'*(*rbν*)*Vc*

---

## CARM. II 10

METRVM SAPPHICVM, QVARTVS DIPODIA [PARANETICE TETRACOLOS] (*AΓα*

**1.** RECTIVS VIVES L. N. A.] Ad Licinium scribit, monens periculosum esse magna temptare, nec rursum, si pericula timeantur, inter angustias et humilitatem uitam sordide continendam, et per allegoriam nauigantium mediocritatem suadet sequendam (*AΓ'αbV cons. Porph.*

Ordo est: Licini, dum cautus horrescis procellas, rectius uiues neque semper urgendo neque nimium premendo inimicum litus (*Γ'αbV*

**2.** SEMPER VRGVENDO] Nimie adpetendo (*Aγν*

3 tamen (tñ) *AΓ'c* tantum *p* tm̃ *V* tum *edit.*; *r om.* tamen *u.* 4 quae — intellegi *om. αV per errorem, non cp* 4 eufratem *ν*, *euanuit b* 8 intra constitutum *Vcpγ gloss. om. AΓ'αb* 10 set *γ* 15 safficum *A* saphicum *Γα* parnetice *A* 17 scribens monet *α* 19 angustia *A* 21 sequenda *A* 22 est *γνVcp*] *om. r* 23 urgendo *γανVcp*] urguendo *r* horrendo *b* 25 adp: *A*] app: *γν*

**4.** LITVS INIQVVM] [Idest] nauigantibus periculosum (*AΓ' b V cf. Porph.*

**5.** AVREAM] Beatam. Vergilius (*Aen.* VIII 324 325):

Aurea quae perhibent illo sub rege fuere
Saecula (*AΓ' V*

**6.** CARET OBSOLETI] Squalidi, sordidi (*AΓ' b*

**7. 8.** CARET INVIDENDA S. A.] Inuidia mediocritatem carere dicit, ex magnis autem aedibus solet oboriri inuidia (*AΓ' b V*

**8.** SOBRIVS] Temperans, sapiens (*AΓ' b*

**9.** AGITATVR INGENS] Metaphora ab arboribus et aedificiis tamquam maiora et in alto posita periculis subiacere semper et casibus, ut Iuuenalis (10, 105—107):

Numerosa parabat
Excelsae turris tabulata, unde altior esset
Casus et inpulsae praeceps inmane ruinae

(*AΓ' α b V*

**12.** FVLGORA MONTES] Acroceraunia dicit, quibus a frequenti fulmine nomen datum est (*AΓ'* (*γ b ν*) *V*

**14.** ALTERAM SORTEM] Contrariam (*cons. Porph.*) et mutabilem (*AΓ' b V*

Fortunam bonam aut malam (*Γ' b V*

BENE PRAEPARATVM] Idest bene institutum ingenio et forti doctrina formatum praeparare se ad temperandam felicitatem et aduersa tempnenda (*AΓ' α b V*

**15.** Informes (*V*)] Turbidae assiduis imbribus (*Γ' b V*

1 iniqum *A pr.*? inimicum *z V* idest *Vcp om. AΓ'* 3 uerg. *A*] uirg: *Γ' V* 5 peribent *A* 8 s.] *erasa in A* 9 dicit — inuidia] *per neglegentiam om. A* ędibus *V*] edibus *cett.* 11 temp:] *om. b* 12 metaphora *r V*] metafora *A γ α b ν* 17 inp: *A r ν*] imp: *γ α V om. b* inm: *A γ ν*] imm: *r α V* īm: *b* 21 et mutabilem] *om. Vcp* 24 idest *A Γ α b*] *om. ν Vcp* ingenium *A α* 25 temperandum *α* temptandum *ν* 26 aduersa *A γ α ν*] ad aduersa *r Vc* aduersã *p* aduersitatem *b* tempnendam *b*

INFORMES HIEMES REDVCIT] Dat diuinitatis exemplum per inmutationes temporum, quo sperare semper alterum debeamus (*ΑΓ′αbV*

**17.** NON SI MALE NVNC ET OLIM] Generalis sententia non semper eandem manere fortunam, ut Vergilius (*Aen.* IIII 627):

> Nunc, olim, quocumque dabunt se tempore uires,

et 'olim' pro futuro tempore posuit (*ΑΓ′αbV*

**20.** TENDIT APOLLO] Aliud numinis ponit exemplum, quo eum dicat non semper bellorum tristibus occupari, sed miscere dulcia cantilenae (*ΑΓ′αV*

**22.** APPARE] Optempera (*ΑΓ′*(*γbv*)

Idem] Idest tu, quisquis es (*Γ′*(*γbv*)*Vcp*

**23.** Contrahes (*Vc*)] [Supprimes.] Metaphora a nauigantibus, qua de incerto pelagi sicut nautis ita sapienti nec in aduersis desperandum nec confidendum suadet in prosperis (*ΑΓ′αbV cons. Porph.*

---

## CARM. II 11

[PARANETICE TETRACOLVM (*A*]

METRVM DVOBVS VERSIBVS ALCAICVM, TERTIVS IAMBICVS, QVARTVS PINDARICVS (*ΑΒΓ*(*γαb*) *sim. r*

QVID BELLICOSVS CANTABER AVT SCITHES] Hac ode Hirpinum adloquitur, ut omissa cura rerum publicarum

2 quo *ΑΓ′αbp*] qua *Vc* 5 uirg: *codd.* 7 quacumque *V* 8 et olim — posuit] *cons. Porph.* 10 ducat *V* indicat *p* dicat *cett.* 11 set *γ* 12 opt: *v*] obtempera *Αγb* 13 *lemma* 'idem' (idē) *ante* 'idest' (id̄) *excidit in Γ′ Vc; in bp excidit* idest 14 *uerum lemma* 'contrahes' *extat in Vcp, A falso hoc exhibet:* 'animosus atque f.' supprimes *Γ′ Vcp om. A* metaphora *rbVcp*] metafora *Αγαv* 23 adloquitur *A*] alloquitur *Γ′αbV*

uel negotiis, quae a nobis aliena sunt, otium petat senectuti consulens et commodis uitae studeat celerius fugientis (*A Γ′ α b V cons. Porph.*

**1.** Ordo est: Hirpine Quinti, remittas quaerere, quid cogitet bellicosus Cantaber et quid cogitet Scythes diuisus obiecto Hadria (*Γ′ α b V*

CANTABER] Hispaniarum gens pugnatrix (*A Γ′ b V*

SCIT⟨H⟩ES] Gens septemtrionalis, post Hunnorum dicta (*A Γ′ b V*

**2.** HIRPINE QVINTI] Nomen eius uel praenomen, quem adloquitur (*A Γ′ b*

**2. 3.** Diuisus obiecto Adria (*V*)] Mare enim respiciens figurate Hadria neutro protulit genere (*Γ′ b V*

**3.** DIVISVS OBIECTO] Interfuso mari a nobis seiunctus (*A Γ′ b V cons. Porph.*

**4.** NEC TREPIDES IN VSVM] Naturam dicit hominum, si usui sufficientia quaerat, breuitatis uitae memorem paucis posse esse contentam (*A Γ′ b V*

Idest non timeas paucis uti, quia pauca sufficiunt in usum aeui (*Γ′ b V*

**5.** FVGIT RETRO] Idest recedit et remanet a nobis procedente uita in senectutem (*ex Porph.*), ut est (*Verg. georg.* III 66. 67):

> Optima quaeque dies miseris mortalibus aeui
> Prima fugit (*A Γ′ b V*

Ordo est: fugit retro leuis iuuentas et decor arida canitie pellente lasciuos amores et facilem somnum (*Γ′ α V*

2 consulens *Γ′ α b V c p cons. Porph.*] conueniens *A* c̄modis (= conm.) *A* commodum *α* commodis *cett.* 4 quinti *b V*] quinte *Γ′ α* 5 et — hadria] *om. V c, non p* 6 adria *r α b* 7 hispanarum gens est pugnatrix *v V* 8 septemtr: *A γ b*] septentrionalis *r v V* hunorum *r b v* 11 adl: *r*] all: *cett.* 13 hadria *γ*] adria *r b v V* 14 mari — sei:] *om. b* 17 memorem] meror ē *V, in b uacuum spatium relictum est* 20 usum *r b ut uid.*] usu *γ v V* 21 remanet *A Γ′ b V Porph.*] remeat *c p Porphyrionis cod. P* 26 est *γ α v*] *om. r V*

**6.** LEVIS] Velox (*AΓ′b*

ARIDA] Sicca, hoc est aut nihil in se inpendente per nimiam parsimoniam, ut sunt senes (*ex Porph.*), aut arida minus in uenerem calens (*AΓ′αbV*

**8.** FACILEMQVE SOMNVM] Eo quod facilem iuuenibus somnum pellat senectus, ut Vergilius (*Stat. Theb.* I 434):

Pendebat somno iam deteriore senectus (*AΓ′bV*

**9.** NON SEMPER IDEM] Naturalibus exemplis probat nihil esse perpetuum (*AΓ′* (*γbv*) *V*

**11.** QVID AETERNIS MINOREM] Non minorem animum ad consilia, sed aeternis consiliis minorem uoluit intellegi, idest infinitis et diuturnis (*AΓ′αbV*

**12.** Ordo est: quid fatigas animum minorem aeternis consiliis, idest qui non est capax aeternorum consiliorum? non enim semper subsistit in corpore (*Γ′bV*

**13.** Ordo est: cur non potamus, dum licet, sic temere iacentes uel sub alta platano uel sub [hac] alta pinu et odorati canos capillos rosa et uncti Assyria nardo? (*Γ′αbV*

**14.** SIC TEMERE ET ROSA] Sic passim, ut haberet etiam licentia ipsa lasciuiam (*AΓ′bV*

**15.** CANOS ODORATI C.] Absoluta locutio [est]: canos capillos rosa odorati ‘habentes odoratos canos capillos’ (*AΓ′bV*

**16.** DVM LICET) Pro aetate uel iuuenta (*Aγv*

ASSIRIAQVE NARDO] Quae nunc Syria, prius Assyria

2 inp: *Aγ*] imp: *rαbvVcp*  6 senectas *A*  uergilius *A*] uirg. *Γ′bV*  11 set *γ*  14 capax *Γ′b*] pax *V* par *cp*  15 subsistit *γbvc*] substitit *rV* sustitit *p*  17 hac *Γ′b om. αV*  18 capillos canos *γα*  assyria *bvp*] assiria *cett.*  20 ·i· sic *b*  ut] non *Vp*  21 lasciuam ipsa licëntia *γ cum signo corruptelae,* licentiam ipsa lasciuia *c*  lasciuiam *r*] lausciuiā *A* lasciua *v* lasciuia *Vp*  22 oderati c. *A*  loqutio *b*  est *Γ′p om. AbVc*  canos capillos] *om. V*  23 rosa odorati *Aγbvp*] odorati rosa *r* odorati *c om. V*  pro habentes od: c: c: *vcp*] ‘pro’ *et* ‘canos’ *om. γ*, ‘idest’ *pro* ‘pro’ *exhibent rb,* pro — capillos *om. AV, non Γ′cp*  26 syria *bp*] $^{sc}$//iria *A*  prius *A*] olim *Γ′αbVcp*  assyria *bvp*] assiria *A*

uocabatur. Notandum autem, quod nardum genere femi-nino posuerit (*AΓ′αb Vcp ex Porph.*

**17.** DISSIPAT] Spargit, remouet (*AΓ′*

EVHIVS] Euhius Liber pater dictus eo quod, cum dii bellum cum Gigantibus gererent, primus in leonem conuersus occidit Gigantem; ex quo facto eum Iuppiter ita laudauit: eu hie (*leg.* εὖ υἱέ) hoc est: 'bene, fili'; Graece enim '⟨υ⟩ἱός' 'filius' dicitur. Haec uox etiam Bacchis in sacris tradebatur, unde et Vergilius (*Aen.* VII 389):

Euhie Bacche fremens (*AΓ′αb V cf. Porph.*

**18.** CVRAS EDACES] Quae comedant et adtenuent et consumant (*AΓ′b*

QVIS PVER OCIVS] Velut in ipso iam conuiuio uoluit uideri (*AΓ′b ex Porph.*

**19.** ARDENTIS] Austeri (*AΓ′b cons. Porph.*

**20.** PR⟨A⟩ETEREVNTE LYMPHA] De currente fonte aqua petita tamquam potui leuior, ut (*Verg. georg.* III 529. 530):

Fontes liquidi atque exercita cursu
Flumina (*AΓ′αb V*

**21.** QVIS DEVIVM S.] Quae publice non omnino prostet. Scortum autem dictum putatur a calciamentorum solo subiecto omnibus, etiam uulgaribus (*AΓ′αb V ex Porph.*

'Deuium' autem 'domo' quasi inscium plurium uiarum domuum, idest non publicas discurrens per domos (*Γ′b V*

7 eu hie *AΓ*] euhie *v* euchie *αbcp* euchię *V* bene] bone *bVcp* 8 hios *AΓ′bV* hyos *p* chios *α*, *uacuum relictum spatium in c* haec] h̄ ē *A* 9 baccis *A* bachis *Γ′αV* bachi *b* et] *om. rαb* uerḡ *A*] uirg: *cett.* 11 euhie *r*] euhi *Aγ* euchi *αb* euhe *vV* bacche *v*] bache *cett.* 12 comedant *vVcp*] commedant *AΓ* commedunt *b* adt: *Aγ*] attenuent *rvVcp* attenuant *b* 13 c̄sūmant *A* c̄sumunt *b* 20 excercita *A* 27 idest non] nec *b*

**22.** Ordo est: Hirpine, age dic Lydae cum eburna lyra ut religata comas in comptum nodum more Lacenae maturet (*Γ′αbV*

**23.** INCOMPTVM LACENAE] Inconpositum in Helenae similitudinem ut Vergilius (*Aen.* II 601):

Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacenae (*AΓ′bV*

**24.** MORE COM⟨A⟩E] Festinantes enim mulieres pexum tantum capillum in nodum colligere consueuerant (*AΓ′bV ex Porph.*

---

## CARM. II 12

METRVM TRIBVS VERSIBVS ASCLEPIADEVM, QVARTVS GLYCONIVS (*ABΓα*

**1.** NOLIS LONGA FER⟨A⟩E BELLA NVMANTIAE] Ad M⟨a⟩ecenatem scribit, docens non conuenire historiam poetae et graues res carmini lyrico, sed remissas potius et iocis aptas; facta enim Caesaris ipsum M⟨a⟩ecenatem melius executurum prosa oratione dicit (*AΓ′αbV cons. Porph.*

Ordo est: nolis aptari mollibus modis citharae longa bella ferae Numantiae nec durum Hannibalem, nec Siculum mare purpureum Poeno sanguine (*Γ′αbV*

FER⟨A⟩E NVMANTIAE] Propter longa bella; decimo enim anno cum Numantinis depugnatum est multa clade Romanorum (*AΓ′αbV*

1 lydae *K.*] lyden *v* liden *ΓαV om. b* 4 inconpos: *γ*] incompos: *cett.* 5 uerḡ *A*] uirg: *Γ′αV* 6 tyndaris *v* tindaridis *AΓαb* tindaris *V* 11 asclipiadeum *B* 12 glyconius *B*] gliconius *Ar* gliconi$^{c}$us *γ* 14 istorias *α* 15 lyr: *rbv*] lirico *A* s& *γ* 17 executurum *Ap*] executuram *α* exequturum *b* exsecuturum *V* exequuturum *c* exsequuturum *r* et secuturum *v* exequiturum *γ* prosa *Arv*] prosaica *γb ut uid. V* prosam *α*, *b absciss.* 19 est autem ordo uerborum *b* est *γαV*] *om. rv* 20 annib: *b* 22 propter] ideo *A* 23 multa] cum multa *b*

**2.** NEC DVRVM H.] Fortem, qui summa difficultate uictus sit (*AΓ′bV*

NEC SICVLVM MARE] Quia ibi primum nauali certamine Romani Carthaginenses duce Lut⟨at⟩io uicerunt (*AΓ′bV*

**5.** ET NIMIVM MERO] Intolerabilem (*ex Porph.*) et ebrietate ferocem (*AΓ′bV*

**6.** HILEVM] Hyleus Centaurus a Pirothoo (*leg.* Pirithoo) inuitatus ad nuptias uisa puella permotus est et, dum uiolentus ei esse conaretur, a Lapithis, qui simul nuptiis intererant, prohibitus est. Hinc in certamen itum et usque ad pericula dimicatum. Ab Hercule sunt postea superati. De his superius etiam ipse conmemorat (*c.* I 18, 8):

Centaurea monet cum Lapithis rixa;

ut Vergilius (*georg.* II 457):

Et magno Hyleum Lapithis cratere minantem

(*AΓ′αbV cf. Porph.*

**7.** TELLVRIS IVVENES] Gigantes dicit (*cons. Porph.*), qui bellum numinibus indixerunt (*AΓ′bV*

VNDE [PERICVLVM] [Idest] a quibus. Terentius (*eun.* I 2, 34. 35):

E praedonibus,
Vnde [t]emera⟨t⟩ se audisse (*AΓ′bV ex Porph.*

4 carthaginenses *Av*] cartaginenses *ΓbV* lutio *rV* lucio *Aγbvcp* 6 et *Avp*] *om. ΓbVc* 7 ferocem *K.*] ferm̄ *A* femen *vV om. Γb* 8 hyleus *A*] hileus *Γ′V* ileus *α*, *b absciss.* pirothoo *Γ′αV*] pirotheo *A* pyrothoo *b* 10 ei] *om. b* lapitis *A* 11 hinc certamen initum *αb* 15 monet *rVc*] mouet *Aγαbvp* lapitis *A* rixa — lapithis] *om. α propter homoeoteleuton* 16 ut *A*] et *Γb om. vVcp* uerḡ *A*] uirg: *cett.* 17 hyleum *b*] ileum *A* laphitis *A* 21 peric: *in l. om. bVc* idest *om. AΓ′p* 24 temera se *Ab* temerasse *γ* temere se *rvcp* temere *V*

**8.** DOMVS] Regia deorum, ut (*Verg. Aen.* X 1):

Panditur interea domus omnipotentis Olympi

(*A Γ′ b V*

**9.** TVQVE PEDESTRIBVS] Idest ueritate orationis solutae (*A Γ′ V sim. Porph.*

**11.** Melius (*V*)] Scilicet quam equestribus idest metricis (*Γ′ b V*

DVCTAQVE PER VIAS] Victi enim reges in triumpho catenati ducebantur (*A Γ′ b V*

**13.** DOMINAE ⟨M. L.⟩] [Musa Lycimniae] aut uxor M⟨a⟩ecenatis aut ipsius Horatii amica adulescentium more, qui amatas dominas uocant (*A Γ′ b V*

Ordo est: dulcis musa dominae Lycimniae uoluit me dicere cantus et oculos lucide fulgentes et pectus bene fidum mutuis amoribus (*Γ′ α b V*

**14.** LVCIDVM] Pro 'lucide' Vergilius (*Aen.* VI 288): 'horrendum stridens' pro 'horrende' (*A Γ b ex Porph.*

**15.** ⟨Mutuis⟩] Idest alternatis, iugalibus [scilicet] (*Γ′ b V*

**16.** FIDVM] Fidele, ut (*Verg. Aen.* VI 158. 159):

Fidus Achates

It comes (*A Γ b*

**17.** QVAM NEC FERRE PEDEM] Quam etiam nec saltatus dedeceret (*A Γ′ b V*

**19.** Nitidis uirginibus (*p*)] Idest non dedecuit illam iunctis bracchiis cum nitidis uirginibus saltare in sacro die celebris Dianae (*Γ′ b V*

1 regia — ut] ·s· caelum · ut uirgl: *b* 2 omnipotentis olympi (olimpi *r*) *Γ b*] o. o. *V om. A v* 4 ·s· soluti prosaica oratione *b* 6 ·s· = scilicet *b v p*] sƀ *V om. Γ c* idest metricis *b v V c p*] *om. Γ* 10 licimnię *Γ V* licinię *A* lycimnie *v* (Licinia aut uxor *b*) 11 mecęnatis *A* oratii *Γ′* adul: *A*] adhul: *v* adol: *Γ b V* 13 lycimnie *v* liciniae *α* lycinnię *b* licimniae *Γ V* 16 uirg: *A Γ* sicut *b* 18 idest *v V c p*] *om. Γ b* scilicet *Γ b om. v V c p* 26 brachiis *Γ b V* bacchiis *v* cum *b*] *om. cett.*

**20.** DIANAE CELEBRIS DIE] Natalis enim Dianae à uirginibus celebrabatur sicut Apollinis a pueris, ut ipse superius (*c.* I 21, 1):

Dianam tenerae dicite uirgines (*AΓ'αbV*

**21.** Ordo est: numquid tu permutare uelis crine Lycimniae quae tenuit diues Achaemenes, aut Mygdonias opes pinguis Phrygiae, aut plenas domos Arabum, cum detorquet ceruicem ad flagrantia oscula, aut negat facili saeuitia, quae magis interdum gaudeat eripi a poscente, interdum occupet rapere? (*Γ'αbV*

NVM TV QVAE TENVIT] Possedit, rexit (*Ar*

DIVES ACH⟨A⟩EMENES] Nomen regis Persarum (*cf. Porph.*). Lucanus (II 49. 50):

Achaemeniis decurrent Medica Susis
Agmina (*AΓ'bV*

**22.** AVT PINGVIS PHRYGIAE] Fertilis, ut (*Verg. georg.* II 92):

Pinguibus h⟨a⟩e terris habiles (*AΓb*

MIGDONIAS OPES] Mygdon rex Phrigiae (*AΓ'V ex Porph.*

**24.** PLENAS AVT ARABVM DOMOS] [Diuitiarum scilicet idest] diuites. Et est hic sensus: num tu potes regum opes Lycimniae amori praeponere? (*AΓ'bV*

2 celebratur *αbV* 4 tenere *A* uirgines] *α add.:* Intonsum pueri dicite cinthium 6 lycimnie *v* liciniae *α*, *absc. b*, licimn: *cett.* *post* lic: *in Vcp, sed in V supra uersum, haec leguntur:* s. (sub *cp*) regna uel bona achamenes *γc* achimenes *α* achemenes *cett.* myglonias *v* michd: *α* migd: *cett. absciss. b* 7 phrygię *b*] phrigiae *γVp* frigię *rαv* frigie *c* arabum — rapere] *om. v* 9 a *b*] *om. cett.* 11 NVM TV] notū *A* non tu *b* 12 athamenes *c in lemm.* 13 lucā *A* 14 achameniis *A corr. c* achem: *A pr. cett.* 18 he *Ar*] et *γb* 19 mygdon *r*] magdon *v* migdon *AγVp* phrigiae *γVp*] phrigie *Av* frigię *r schol. om. c* 21 diuit: — idest *om. A* 22 idest *Vcp om. Γ'*, *abscis. b* et — praeponere] *om. r* num] n̄ *A* 23 lycimnię *b* lic: *cett.*

**25.** CVM FLAGRANTIA DETORQVET A. O.] [Idest inflectit.] Describit fastidium mulieris detorquentis se ab osculis amatoris, idest cum flagrantibus osculis tuis ceruicem detorquet, auertens se, ut magis incitet (*cons. Porph.*), aut illud magis uolens intellegi, quod ceruicem uertat ad oscula, designans, quod aut facile irascatur aut facile blandiatur (*AΓ′αbV*

**27.** GAVDEAT ERIPI] Artem meretriciam designat, cum uelut irata aut negat amatori oscula, aut interdum ultro expetit sic satisfaciens indignanti, ut Terentius (*eun.* IIII 7, 43):

Nolunt, ubi uelis, ubi nolis, cupiunt ultro (*AΓ′αbV*

---

## CARM. II 13

[APEVTICE TETRACOLOS (*A*]

METRVM DVOBVS VERSIBVS ALCAICVM, TERTIVS IAMBICVS, QVARTVS PINDARICVS (*AΓα*

**1.** NEFASTO TE P. D.] Execratur arborem, cuius casu in agro suo Sabino [pene] periclitatus est (*sim. Porph.*), funestam eam et institutorem eius dicens (*AΓ′V*

Et est ordo: arbos ille quicumque primum produxit te, in nepotum pernitiem et obprobrium pagi posuit te et nefasto die et sacrilega manu (*Γ′αbV*

**3.** IN NEPOTVM P.] Nepotes pro posteris posuit (*Aγ*

**4.** OBPROBRIVMQVE PAGI] Tamquam ad totius pagi idest ad totius regionis pertineret infamiam, si famosus ager morte domini fuisset (*AΓ′(rbν) cons. Porph.*

1 idest inflectit *Vc* inflectit *vp om. cett.* 3 cum flagrantibus *c*] cum a flagr: *p* conflagr: *AΓ′αV cons. b* 10 fatis faciens *A* 15 metrum — pind:] metrum ut supra *B* 18 pene *γv* poene *rV om. A* 20 et est ordo *vVc*] est ordo *p* ordo est *γα* ordo *r, b abscis.* arbor *rαV, b abscis.* produxit te primum *V* 21 perniciem *ανV* pernit: *Γ, b euanuit* 24 totius] tpckxs = tocius *V* 25 idest ad *Arb*] uel ad *vp* uel *Vc* tocius *V*

**6.** FREGISSE CERVICEM] Nouo uerbo execratus est parricidam (*AΓ′bV*

ET PENETRALIA] Domus secretae, in quibus hospes fuisset occisus et foedus hospitale uiolatum, tamquam minus esset, si homicidium diceret perpetratum (*AΓ′bV*

**8.** ILLE VENENA COLCHA] Specialem prouinciam posuit pro generali crimine. Colchos enim Scythiae ciuitas est, ex qua Medea fuit uenenis et magica potens (*AΓ′bV sim. Porph.*

**12.** INMERENTIS] Innocentis, nihil mali meriti (*AΓ′b*

**13.** QVID QVISQVE V.] Sententia, qua dicat inprouidas hominum mentes nulla fatis obuiare cautela, nec metuere periculum, nisi cui sit proximum, et tamen multos inprouisis periculis opprimi (*AΓ′bV sim. Porph.*

**15.** POENVS PERHORRESCIT] Aut Poenum pro quolibet nauta dixit, aut Bosphorum pro quolibet freto (*cons. Porph.*); multum enim diuisus est Poenus a Bosphoro. Bosphoros enim Ponti sunt fauces, ubi propter angustias adsidua naufragia sunt (*cf. Porph.*). Nomen dicitur accepisse, quod inde in bouem Io mutata transierit, quasi bo⟨o⟩s phoros (*AΓ′bV*

**16.** C⟨A⟩ECA TIMET] Inprouisa (*AΓ′*

**17.** ET CELEREM FVGAM] Fugientes enim Parthi sagiṭtis uehementiores sunt, ut Vergilius (*Lucan.* I 230):

> Aut missam Parthi post terga sagittam (*AΓ′αbV*

**20.** Vis (*Vcp*)] Violentia, inexorabilitas. Dum quisque timet hoc aut illud, rapitur s⟨a⟩eua morte (*Γ′bV*

4 fędus *A* 10 nihil — meriti] *om. r exhib. b* 12 u. *erasa A* improuidas *V* 16 pęnum *A* 19 bosphoros *Arv*] posphor *V* bosphorus *γbc* 20 adsidua adsidua *A* assidua *cett.* sunt] fiunt *b* 21 in bouem *ΓV*] boue *A* inboue *v* Io] i. o. *A* 22 bos · phoros *A* bos phoros *rvp* bosphoros *γαVc* bosphorus *b* 25 uirg: *codd.* 26 posterga *r* 27 uiolentia inexorabilitas (exorabilitas *γ*) *γbvVcp*] *om. r*

**21.** Quam pene (*V*)] Ac si diceret: paruo interstitio retenti sumus (*Γ′V*

FORV⟨A⟩E REGNA PROSERPINAE] Furua mystico nomine Proserpina dicebatur, aut furuae 'flauae' matronomicon, ut (*Verg. georg.* I 96):

Flaua Ceres.

Alii (*ut Porph.*) uolunt furuae nigrae positum, unde et furta putant dicta, quod committuntur obscuro (*AΓ′αbV*

**22.** IVDICANTEM VIDIMVS AEACVM] Aeacus, Achillis auus, qui pro iustitiae bono etiam aput inferos iudicium meruisse perhibetur, unde Iuuenalis (1, 9. 10):

Quas torqueat umbras | Aeacus (*AΓ′αbV*

Ordo est: et quam pene uidimus Sappho Aeoliis fidibus querentem de popularibus puellis (*Γ′αbV*

**23.** SEDESQVE] Elisias, ut ostenderet se pene inferos inminenti uidisse periculo (*AΓ′bV*

DESCRIPTAS] Separatas (*Arv ex Porph.*

**25.** SAP⟨P⟩HO PVELLIS D.] Sappho poetria de ⟨A⟩eolia fuit, dialecto in carminibus suis usa, quam chordarum significatione conmemorat. Queritur autem Sappho de puellis ciuibus suis, quod non amarent, quem ipsa diligebat (*AΓ′αbV cons. Porph.*

**26.** PLENIVS] Fortius (*AΓb*

AVREO] Meliore (*AΓb*

3 (forue *A*) mystico *vc*] mistico *A* 4 flaue *A* 7 forue nigre *A* ferue nigre *v* furue nigre *V* 10 aput *α*] apud *A* 12 eachus umbras *b* eacus u. *γ* 13 quam] quia *V* que *v* *abscis. b* sappho *rv*] sapho *γαbVc om. p* (aeoliis *rα*) 15 se pene *Av*] sepe *r* se poene *γV* 16 inm: *Aγ*] imminenti *rvV* īminenti *b* 18 sappho *vp Porph.*] sapho *AΓαbV* 19 dialecto *A Porph.*] deialecto *vVc* deialeto *p* oleialecto *α* sermone ceio dialectico *r* dialecto ·i· sermone *γ* dialectico sermone *b* chordarum *Av*] cordarum *ΓbVcp* chorcharū *α* 20 conmem: *A*] commem. *Γ′αbV* queritur — diligebat] *abscis. b* sappho *γvp*] sapho *ArαVc* 21 ciuibus suis *AΓα*] ciuilibus suis *vp* suis ciuilibus *Vc*

**27.** ALC⟨A⟩EE PLECTRO] Nomen poetae lyrici, a quo et metrum Alcaicum dictum est (*AΓ′bV*

Ordo est: et quam pene uidimus te, Alc⟨a⟩ee, plenius sonantem aureo plectro dura mala nauis et dura mala fugae et dura mala belli, utrumque digna sacro silentio (*Γ′αbV*

Dura mala nauis et cet. (*b*)] Idest et nauigationis suae mala et fugae et belli audiuit eum plenius sonantem (*Γ′ b V*

**28.** MALA DVRA B.] Qui res bellicas et nauigationem suam scripsit, dum a Pi⟨t⟩taco tyranno ciuitatis suae pulsus esset, eo quod Mytilenensibus amorem libertatis suaderet, quos postea collecto exercitu superauit. Aureo autem plectro propter celebritatem carminis dixit (*AΓ′αbV*

**29.** Vtrumque (*V*)] Idest omnia supra dicta (*Γ cons. νV; de νV uide appar. u.* 27

⟨VTRVMQVE⟩ SACRO DIGNA SILENTIO] Aut (*ut Porph.*) Sappho et Alc⟨a⟩eum, aut fugam et pugnas, aut certe carmina, quae sic sancta sunt, ut adyti alicuius putarentur digna secreto (*AΓ′αbV*

Ordo est: sed uulgus densum umeris magis bibit aure pugnas et exactos tyrannos (*Γ′bV*

**32.** DENSVM] Stipatos ad audiendum (*cons. Porph.*) aut ad pugnam conpositos, ut (*Verg. Aen.* X 361):

> Haeret pede pes densusque uiro uir (*AΓ′αbV*

BIBIT] Pro 'auide audit' (*cons. Porph.*) aut amore libertatis expulsos tyrannos, aut facilitatem Alc⟨a⟩ei ex-

1 nomen est *Vcp* poete *A* 3 quam *c*] quia *Vp om. Γ′α*, *abscis. b* 5 utrumque i. omnia supra dicta digna sacro silentio *νV* 8 suae (sue *ν*) nauigationis *νVp* 11 tyranno *b*] tiranno *A* ciuitate sua *b* 12 mytilenensibus] mitilenensibus *A* (mytilensibus *ν*) 13 excercitu *A* 17 VTRVMQVE *extat in b* 18 sappho *Γp*] sapho *A* 19 sancta *AΓ′αb*] facta *Vcp* adyti *Arα*] aditi *γνbVcp* 21 set *γ* umeris *ν*] humeris *cett.* 22 tyr: *bνcp*] tirannos *ΓV* 23 Densum enim stipatos *Vp* 24 conpositos *γ*] comp: *cett.* 25 heret *A* 27 tyr: *bνcp*] tirannos *AΓαV*

pressit, ut ille carmina dulcissima fudisse uideretur (*A Γ′ α b V*

**34.** BELVA CENTICEPS] Cerberum dixit propter multitudinem anguium, qui in capite eius eminebant (*ex Porph.*). Finitum autem pro infinito posuit, ut (*Verg. Aen.* VII 337):

Tibi nomina mille.

Ostendit autem non inmerito populos delectatos, dum Cerberus carminis potuerit amoenitate mulceri (*A Γ′ α b V*

**36.** RECREANTVR ANGVES] Delectantur. Nam est animal auditus capax boni et mali, ut (*Verg. ecl.* 8, 71):

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis

(*A Γ′ α b V*

**37.** QVIN ET PROMETHEVS] Raptor per ferulam ignis diuini uulturis pastum, dum carminis oblectatione tenetur, oblitus est (*A Γ′ α b V*

ET PELOPIS PARENS] Iapetus et Tantalus pro criminibus damnati poenarum requiem aput inferos inuenisse carminum delectatione a poeta firmantur, ut Vergilius (*georg.* IIII 481. 482):

Quin ipsae stupuere domus atque intima leti
Tartara (*A Γ′ α b V*

**38.** DECIPITVR SONO] Figura 'decipitur laborum' pro eo quod est: fallitur in laboribus et sensum laboris amittit, dum carminibus delectatur (*A Γ′ α V cf. Porph.*

**39.** ORION LEONES] Orion uenator fuisse narratur. Huius umbram dicit uenationi carmina praeferre, uigente

3 propter m: *A Γ′ α b Porph.*] pro multitudine *Vcp* 5 autem *A Γ b V*] enim *v* uero *p* numerum *c om. α* 8 amẹnitate *A, recte Γ′ α b V* 9 del: *om. r1 b* 10 mali et boni *Γ′ α Vcp* 17 dāpnati *α b V* (pọenarū *b*) aput *A*] ap̄ *α V* apud *Γ′ b* inuenisse *A*] *om. Γ′ α b V* habuisse *cp* 18 ut] *om. v Vcp* uirg: *codd.* 20 ipse *A* leti *γ*] lẹti *A α* loeti *rb* l. *v V* 25 orion — umbram] *aliter b*

sibi apud inferos studio, quod habuerat in uita, unde Vergilius (*Aen.* VI 654. 655):

Quae cura nitentes
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos

(*AΓ′αbV paul. sim. Porph.*

**40.** AVT TIMIDOS AGITARE LINCAS] Lincas dammas, ut Vergilius (*georg.* III 264):

Quid linces Bacchi uariae? (*AΓ′V*

---

## CARM. II 14

[H]ODE PRO⟨S⟩PHONETICE TETRACOLOS (*A*]

METRVM ALCAICVM DVOBVS VERSIBVS, TERTIVS IAMBICVS, QVARTVS PINDARICVS (*ABΓα*

**1.** EHEV FVGACES, POSTVME, POSTVME] Praemisso doloris affectu ad Postumum queritur de uitae breuitate, quod nullus iustitia uel pietate mortem possit euadere, nec inminentem mora quantacumque differre, et dicit superuacue timeri, quod non potest euitari (*AΓ′αbV*

EHEV FVGACES] Celeres, ut (*Verg. georg.* III 284):

Sed fugit interea, fugit inreparabile tempus (*AΓb*

**4.** INDOMITAEQVE MORTI] Quasi ferocissimae, a qua nemo exoret indulgentiam; sic et inlacrimabilem subiunxit Plutonem (*AΓ′bV ex Porph.*

1 unde — repostos] *om. b* uergit *A*] uirg: *Γ′αV* 4 ęquos *A* 6 lincas idest dammas *V cons. cp* 7 ut] *om. Vcp* uirg: *codd.* 8 bacchi *γνp*] bachi *ArVc* 11 duobus — pindaricus *B*] *om. AΓα* 14 quęritur *A* 16 inm: *Aγ*] ĩm: *b* imm: *cett.* mora *A*] moram *Γ′αbp* horam *Vc* quantamcumque *rα* quantumcumque *bVc cons. p recte Aγν* et] ut *A* 20 ferocissimae *r*] ferocissime *Aγbνcp* ferocissima *V Porphyrionis cod. optimus*

**5.** NON SI TRICENIS] Per mensem singulis, idest cottidie; dixit autem 'eunt' pro mortalitatis dolore, quasi 'fluunt et pereunt' (*A Γ′ b V*

**6.** INLACRIMABILEM] Durum, inplacabilem, qui nulla hostia, nec si diurna sit, placari possit (*A Γ′ b V*

**7.** PLVTONA TAVRIS] Praesentia pericula homines magnopere uitare cupere, cum nulla ratione mortem possint uitare (*A Γ′ b V ex Porph.*

**7. 8.** GERYONEM TER AMPLVM] Hoc est: trino corpore monstruosum, quem Hercules interemit. Vt Vergilius (*Aen.* VII 662):

> Gerione extincto Tirinthius attigit arua (*A Γ′ α b V*

Ordo est: qui compescit ter amplum Gerionem et Tityon tristi unda, omnibus scilicet enauiganda, quicumque uescimur muuere terrae, siue erimus reges, siue erimus inopes coloni (*Γ′ b V*

**8.** TITION] Ipse et Prometheus dicitur (*A Γ′*

TRISTI] Inferna, ut Vergilius (*Aen.* VI 438. 439):

> Tristique palus inamabilis undae
> Alligat (*A Γ b; de v cf. appar. u.* 7. 8

**10.** QVICVMQVE T. M. V.] Hoc est 'qui nascimur' (*A Γ′ b*

**11.** ENAVIGANDA SIVE R.] Moriendum [est], ut (*Verg. Aen.* VI 315):

1 trecenis *A et Horatius, sed* tricenis *ut exhibet b interpr. schol.* per m:] *om. b* mensem *Γ′*] mense *A* menses *Vcp* singulis *A Γ′ b*] singulos *Vcp* cotidie *rbv* quotidie *p* 4 inpl: *Aγbvc*] impl: *rVp* 6 magnopere homines *vcp* magno opere homines *V* 7 cupere] cupere dixit *b* 9 hoc — interemit] *abscis. b* 10 ut] *om. vV* uirg: *codd.* 13 est *γbvVcp*] *om. r* 14 tityon *r*] tition *γ* tytion *v* ticion *bV* tristi i. inferna unda *v, item V, sed hic* ·i· inferna *supra u. script.* scilicet *Γ′ b*] *om. Vcp* 15 erimus *ante* inopes *om. b* 18 infernali *b* uirg: *Γb* 19 undae *r*] uñ =] unde *A* 21 hoc est *A*] ·i· *γb om. rv* 23 moriendum *A Γ′* moriendum est *Vc* idest moriendum est *p* ideoque mor: est *b*

Nauita quo tristis nunc hos, nunc accipit illos

(*AΓ'bV*

**12.** SIVE INOPES ERIMVS] Pauperes quasi praeter opes dicti. Colonos autem optime posuit quasi nihil proprium habentes, sed temporales terrae cultores (*AΓ'αbV*

**13.** FRVSTRA CRVENTO] Hoc est: frustra uitamus pugnas et nauigationes, et pestiferum timemus autumnum, cum necesse sit omnibus mori (*AΓ'αbV*

**14.** FRACTISQVE RAVCI FLVCTIBVS] Hoc est: tempestuosi, ut Vergilius (*Aen.* I 160. 161):

> Quibus omnis ab alto
> Frangitur inque sinus scindit sese unda reductos.

Vnde et raucum sonum fracta reddit unda in scopulis (*AΓαbV*

**16.** METVEMVS AVSTRVM] Austro enim flante morbi generantur autumno, unde et Iuuenalis (4, 56. 57):

> Iam letifero cedente pruinis
> Autumno (*AΓ'αbV*

**17.** VISENDVS ATER] Idest uidebimus ergo damnatorum umbras, quas uidentes beati praetereunt aut quibus scelerati iunguntur (*AΓ'αbV*

FLVMINE LANGVIDO] Tristi siue deformi aut pigro, ut (*Verg. georg.* IIII 479):

> Tardaque palus inamabilis unda (*AΓ'αV*

**18.** COCYTOS ERRANS] Flexuosus, ut (*Verg. Aen.* VI 132):

> Cocytique sinu labens circumuenit atro (*AΓ'V*

4 dicti *γαbνV*] dicit *Arcp* posuit] dixit *Vcp* 9 hoc — quibus] *abscis. b* hoc est] hoc *A om. Vcp* 10 ut] *om. rVcp* uirg: *codd.* 12 scindit] sinđ *A* 15 flante auctumno morbi generantur *r* flante ·autumno morbi generantur *γ* 22 siue] uel *Vcp* 27 cocytique *rc*] cocitique *AγνV*

**18. 19.** ET DANAI GENVS INFAME] Famosum a facti crimine; Danai enim filiae una nocte iussu patris occiderunt maritos, unde Vergilius (*Aen.* X 497. 498):

Vna sub nocte iugali
Caesa manus iuuenum!

Vnde pro ultione commissi apud inferos urnis fractis aquam indefesse perhibentur haurire (*AΓ'αbV*

**20.** DAMNATVS SISIPHVS ⟨A⟩EOLIDES LABORIS] Damnatum laboris dixit ut damnatus capitis (*item Porph.*), damnatus iniuriarum. Haec autem apud inferos Sisyphum poena manere dicitur, ut saxum contra montis uerticem uoluat, quo semper relapso finem numquam meretur laboris; de quo Vergilius (*Aen.* VI 616):

Saxum ingens uoluunt alii.

Pro hoc tamen flagitio tali poena perculsus est, quia Eginam, Asopi filiam, Iuppiter adamauit eamque custodiae patris furtim subripuit et factum Sisypho confessus est. Ille humana leuitate quaerenti patri prodidit. Hinc tali apud inferos poena damnatus est (*AΓ'αbV*

**21.** LINQVENDA TELLVS] A morientibus scilicet, qua etiam dulces relinquntur affectus (*AΓ'bV*

**23.** INVISAS CVPRESSOS] Rogis et luctibus consecratas, ut Vergilius (*Aen.* VI 216. 217):

Et ferales ante cupressos
Constituunt

et (*Aen.* III 64):

Caeruleis maestae uittis atraque cupresso (*AΓ'αbV*

3 uirg: *codd.* 7 prohib: *Aγ* aurire *Aαb pr.* 8 damnatum *AΓV*] dampnatum *αbv* 9 dampnatus capitis (captus *v*) uel iniuriarum *vV* 10 haec] hoc *Aα* hac *cett.* sisyphum *r*] sisiphum A pęna *A* 13 uirg: *codd.* 15 pęna *A* (poena *Γ'αb*) 17 sisipho *A*, *recte rb* 18 querenti *A* 19 pęna *A* 20 qua *AΓ'b*] quia *Vcp* 21 relinquntur *b pr.* relinqunt *V* relinquimus *γ* relinquuntur *Arb corr. v* 22 idest rogis *vVcp* 23 uirg: *codd.* 26 et caer: — cupresso] *om. vV* 27 ceruleis *A* mestę *A*

Ordo est: neque ulla harum arborum, quas colis, sequetur te breuem dominum praeter inuisas cupressos (*Γ′ b V*

**24.** VLLA BREVEM D. S.] Parui temporis, ut ipse (*carm.* I 36, 16):

Et breue lilium (*A Γ′ b*

**25.** ABSVMET HERES C. D.] Cum inuectione in eos dicuntur, qui nimia parsimonia conseruant, quae prodigi heredes absumant; Iuuenalis (14, 137):

Vt locuples moriare, egentis uiuere fato (*A Γ′ α b V*

**26. 27.** ET MERO TINGET PAVIMENTVM] Hoc est: perfundet pauimentum neglegens heres uino deorum conuiuiis digno (*A Γ′ b V*

**27.** Pauimentum (*v Vp*)] Solum promptuarii (*Γ′ b V*
SVPERBO] Pro 'ipse superbus' (*P.*); hypallage figura (*A Γ′ α b*

---

## CARM. II 15

**1.** IAM PAVCA ARATRO I. R.] Antiquam hic seueritatem et continentiam laudat, et queritur de praesentis luxuria saeculi (*P.*), quo tanta aedificandi inuasit libido, ut aedificia latius porrigendo uel captando amoenitates aspectus breui agros dicat arationibus defuturos (*A Γ′ α b V*

**2.** VNDIQVE LATIVS EXTENTA VISENTVR] Non 'latius extenta', sed 'latius uisentur', tamquam non in latitudinem, sed in altitudinem potius studeretur porrigendo

1 est] *om. r v* arborum harum *r V* 6 et] neu *Hor.* 7 a^b^sumet *A pr.* (*ortum ex* apsumet) 10 u. f. *v V* 12 uinum *A* 15 ypallage *γ α* hipallage *A om. r v* figura *A γ v*] *om. r α* (et est figura ypallage *b*) 17 *Nullum interuallum in A V* 19 quęritur *A* 20 saec: *r*] seculi *A* scli *γ α b v V* edificandi *A* 21 amoe: *Γ b V*] amęnitates *A* amenitates *α v* 23 non — uisentur] *om. A propter homoeoteleuton*

fastigia, ut Lucrinus Baiarum lacus undique conspiceretur (*AΓ′αV sim. b Porph.*

**4.** PLATANVSQVE CELEPS] Plures, inquit, erunt platani quam ulmi, idest platani, quae sine fructu sint, magis ad amoenitatem deambulationis positae, quam ulmi utiles uitibus et necessariae. Hinc notat luxum temporis, uel quod myrtus aut uiolaria anteferantur oliuetis, plusque odorum copia quam fructus curentur. Caelebs [autem] uitibus uidua (*AΓ′αbV*

**7.** SPARGENT OLIVETIS O. F. D. P.] Ideo oliuetum dixit fertile domino priori, quia praesenti solam posuerat infertilitatem placere (*AΓ′V*

**9.** TVM SPISSA R. L.] Infructuosa etiam laurus, aut ad excludendos umbra sua solis ardores posita, aut certe quia ideo in uiridariis instituebatur, quod feruidis ictibus fulminum credebatur esse contraria (*AΓ′bV*

**9. 10.** FERVIDOS EXCLVDET ICTVS] Hoc est: contra maiorum laboriosam frugalemque uitam Romuli uel Catonis . . . luxum praesentem. Intonsi autem Catonis ideo, quia dicebat iniuriam naturae fieri, si, quod tegumento capitis datum fuerat, amputaretur, unde et Lucanus (II 375. 376):

> Intonsos rigidam in frontem descendere canos
> Passus erat (*AΓ′αbV*

**10. 11.** ROMVLI PRAESCRIPTVM] Praeceptum, a magistris ludi tractum, qui praescripta dant pueris, quae imitentur (*AΓ′V cons. Porph.*

3 plures — necess:] *aut absciss. aut euanuerunt in b* 4 idest *rαv*] uel *A om. γV* sint *Aα*] sunt *cett.* 5 amenitatem *A* 6 necessariae *Γ′*] necessarie *Aα* necessariae sunt *Vcp* 7 mirtus *A* mirteta *α*, *b euanuit* 8 fluctus *A* caelebs *r*] celeps *A* celebs *cett.* autem *om. A* 11 priori domino *rV* 12 infertilitatem *γ*] fertilitatem *AvVcp* sterilitatem *r* 15 uiridiariis *bV* 17 *lemma vV*: Non ita romuli 19 . . .] dicit *cp*, posuit (?) *K*.

**12.** VETERVMQVE NORMA] Normam pro recta uitae uia posuit. Metaphora a fabris, qui normam uocant, ad quam opus dirigunt (*A Γ′ b V*

**14.** COMMVNE MAGNVM] [Idest communis res magna erat illis] ut (*Lucan.* II 390):

In commune bonus (*A Γ′ b V*

NVLLA DECEMPEDIS] Regula est decem pedum, ad quam ab artificibus fabricae mensura colligitur (*A Γ′ α b V*

Idest nulla priuata domus erat, quae porticum haberet tantae magnitudinis, ut posset sufficere umbrae sole uicino septemtrionali plagae; tunc enim paruissimae sunt umbrae; nam hiemali tempore latissimas etiam porticus solis occupat radius (*Γ*(*r b*) *V p sim. c*

**15.** METATA] Mensurata, disposita; nam metari dicebantur castra: magna cura ducum peritiaque constitui. Quod augmentum luxus aedificio priuato dedit, ut metari porticum diceret (*A Γ′ α b V*

**16.** PORTICVS EXCIPIEBAT ARCTON] Quae tanta esset porticus, ut septemtrionali plagae sufficeret sui magnitudine, et ad hanc tantum pateret pro declinatione solis et aurae exceptione. Ad caeli enim clima ueteres seu porticus seu aedificia constituebant, unde et Iuuenalis de membro hiemali (7, 183):

Algentem rapiat cenatio solem (*A Γ′ α b V*

**17.** NEC FORTVITVM S. C. L. S.] Hic ordo uersuum est: nec sinebant leges spernere cespitem fortuitum, idest non licebat aut neglectum horrere aut rideri eum, qui super herbam recumberet aut dormiret. Per quod signi-

2 metaphora *r b*] metafora *A γ v V* 4 [idest — illis] *aliter b om. A* idest *om. r v V* 6 bonus *A*] bonum *Γ′ b V* 9 haberet porticum *r b* 16 edificio *A* 19 plage *A* 21 aure *A* cliemma *A* ueteres seu p: *A*] seu porticus ueteres *Γ′ α b V* ueteres siue edificia *v cons. α* 22 de m:] decembri *c* 23 membro *A r α b v*] menbro *γ V* cęnaculo *p, uid. lexic.* hiēmali *A* 25 hic — uersuum est] *om. V* ordo est *v* 27 ridere *γ*

ficat simplicem ac sine ambitu uitam ueteribus Romanis fuisse nec magna cura priuatas opes curatas, dum studium omne publico ornatui inpenderetur et templis (*AΓ'abVex P.*

---

## CARM. II 16

METRVM SAPPHICVM, QVARTVS DIPODIA (*AΓ(rα)*

**1.** OTIVM DIVOS R.] Hac ode indicat otium nemini non gratum esse atque optabile adseritque a diis stulte homines otium precari, cum ipsi sibi id praestare possint, si cupiditatibus modus ponatur; nullis praeterea diuitiis aut praemiis emi posse (*AΓ'αbV cons. P.*

Ordo est: Grosphe, simul ut atra nubes condidit lunam neque sidera fulgent certa nautis, prensus patenti ⟨A⟩egeo rogat diuos otium non uenale gemmis neque auro neque purpura (*Γ'αbV*

**1. 2.** IN PATENTI AEGEO] Lato mari et ubique diffuso sine litoris alicuius aspectu (*AΓ'V*

**2.** PRENSVS] Bene ‘prensus’, tamquam furtum nauigans faciat insidiatus sereno. ‘Aegeum’ autem mare ab Aegeo Thesei patre dictum (*AΓ'αV*

SIMVL ATRA NVBES C. L.] Vt (*Verg. Aen.* I 88):

Eripiunt subito nubes caelumque diemque (*AΓb*

**3. 4.** CERTA SIDERA] Nota aut certe fidelia, quorum claritudo pernox sit, ut eis merito credatur; idest Septemtrio, unde et Lucanus (VIII 173—175):

Miseros fallentia nautas
Sidera non sequimur, sed qui non mergitur undis
Arctos (*AΓ'αbV*

2 curatas] curas *V* curasse *b* 5 safficum *A* saphicum *rα* dippodia *A* 7 adserit *A*] asserit *cett.* 16 littoris *V* 18 aegeum *γ*] egeum *A* 19 aego *γ* egeo *ArαvV* thȩsei *A* 25 nautas] nauta *A*

**5.** OTIVM BELLO F. T.] Optabile etiam bellicosis nationibus otium dicit (*AΓbV*

**6.** MEDI FARETRA D.] Quia sagittarum usu et armorum splendore decori sunt Persae (*AΓV*

**7.** NON GEMMIS] Otium naturale animi adfirmat bonum, quod nullis possit diuitiis comparari uel honorum potestate (*AΓbV*

**9.** NON ENIM GAZAE] Diuitiae, ut (*Verg. Aen.* I 119):

> Troia gaza per undas.

Sensus uero hic est, quod non diuitiae aut honores ab inquietudine excusent, sed quies et electa mediocritas (*AΓαbV*

Ordo est: non enim gazae neque consularis lictor summouet miseros tumultus mentis et curas uolantes circum laqueata tecta (*ΓαV*

**10.** LICTOR] Pro dignitate posuit et honore, qui otia denegat (*AΓV*

**10. 11.** TVMVLTVS MENTIS] Non alibi grauiores curas esse quam ubi maiores sunt opes demonstrat (*ex Porph.*). 'Volantis' autem dixit discurrentes, 'laqueata tecta' lacunaria, sicut Vergilius (*Aen.* VIII 20—25):

> Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc...
> Sicut aquae tremulum labris ubi lumen aenis...
> Omnia peruolitat late loca . . .
> summique ferit laquearia tecti.

Laquearia autem dicuntur opera camerae in lacus conlectae, ut Vergilius (*Aen.* I 726. 727):

3 faretra *A* pharetra *vVcp* quia] q = qui *A* 4 decori] decoris *A* decores *γ* sunt *γVcp*] sint *Arv* perse *A* 5 adfirmat *Ab*] affirmat *cett.* 6 nullus *A* 18 tumultos *A* tumultus *vVcp* 20 uolantis *vVc* uolantes *AΓbp* morantes *α* 21 uirg: *codd.* *uersum 21* (In — uersat) *solus exhibet interpolatus codex c* 22 illuc] illud *A* 25 summi] sumi *A* 26 camere *A* conlectae *A*] collectae (collecte *v*) *cett.* 27 ut] *om. vV* uergit *A*] uirg: *cett.*

Dependent lichni laquearibus aureis
Incensi (*AΓ′αbV*

**13.** VIVITVR PARVO BENE] Paupertate sola beate approbat uiui, ut Lucanus (V 527. 528):

O uitae tuta facultas
Pauperis angustique Lares! (*AΓ′bV*

**14.** SALINVM] Salinum pro quocumque uase fictili mensae pauperis, ut Iuuenalis (14, 304. 305):

Sed nulla aconita bibuntur
Fictilibus.

Proprie tamen salinum est patella, in qua diis primitiae cum sale offerebantur (*AΓ′αbV cons. P.*

**15.** LEVES SOMNOS] Qui faciles sint securis (*AΓ′b*

**16.** Aut cupido (*vV*) SORDIDVS AVFERT] Pro auaritia dictus, unde et timor pro custodia census. Iuuenalis (14, 304):

Misera est magni custodia census (*AΓ′αbV*

**17.** FORTES] Ad laborem scilicet (*AΓ′b*

IACVLAMVR] Pro: adpetimus et, dum breuis uita sit, maiora temptamus (*AΓ′bV*

**20.** SE QVOQVE FVGIT] Quis a se quoque, idest a uitiis auaritiae suae potuit fugere, qui patriam dereliquit, diuitias autem quaerit mutatione terrarum, ut est (*Verg. georg.* II 512):

Atque alio patriam quaerunt sub sole iacentem?

(*AΓ′αbV cons. P.*

3 beatę *A* 4 ut] *om. vV* 5 uite *A* 8 mense *A* ut — fictilibus] *om. vV* 9 aconiti *A* 11 primitie *A* 14 pro — census] *om. α* 15 iuuenalis — census] *om. A propter homoeoteleuton* 19 adp: *AΓ′*] appetimus *Vbcp* 22 potuit *AΓ′αbp P.*] poterit *Vc* 23 quęri *A*

**21.** SCANDIT ⟨A⟩ERATAS VITIOSA NAVIS C.] Ostendit neque mari neque terra siue militia posse quemquam curas suas effugere uel peccatum (*AΓ′bV ex Porph.*

**22.** NEC TVRMAS EQVITVM RELINQVIT] Idest nec a turmis equitum remanet. ‘Relinquit’ enim est pro ‘deserit turmas relictas’ (*AΓ′αbV*

Sensus autem hic est: etiamsi equo uelis curas fugere, sequentur, quia et ceruis et ipsis uentis sunt ueIociores (*AΓ′αbV ex Porph.*

**23.** AGENTE] Praecipitante (*AΓ′*

**25.** LAETVS IN PRAESENS A.] Plus praesenti laetitia quam spe futuri animum iuuari [idest non plus laetetur, quam expedit] (*ArvV om. γ*

**27.** TEMPERET RISV] Philosophicum praeceptum, patientiam exhortans, ut aduersa laetitia temperentur et non satis prosperis credatur, maxime cum uarietate uitae nec pro uoluntate ad omnia felicitas constet nec sint aduersa continua (*AΓ′αbV*

**29.** ABSTVLIT CLARVM C. M. A. L. T. M. S.] Ostendit rerum humanarum duo inter se contraria exemplo eorum, qui putati felices sunt. Achilles enim uirtute praecipuus cita morte iuuenis periit. Tithonus, maritus Aurorae, tarde mortuus est per damna deficientis aetatis; uiuendo enim in cicadam conuersus dicitur. Et ideo dicit nil esse certum homini, dum illum cita mors [iuuenem] praeuenerit, alterum senem consumpserit ante uita quam fatum (*AΓ′αbV cf. P.*

2 quenquam *A* 6 relictas *γαV*] relincta *A* relicta *rbv* 7 autem] *om. Ab* hic est: etiamsi *K.*] hic etiam est si *Arb* etiam hic est si *γ* hic est si *αvVcp* etiam *AΓb*] *om. αvVcp* fugere] effugere *r Porph.* 8 uelotiores *A* 12 idest — expedit *om. A* 14 ad pat: *edit.* 15 exortans *Γ′α, b euanuit* 20 exempla *γ* eorum] erū *A* 21 felices] faciles *A* 22 tithonus] ut boñ *A* aurore *A* 23 damna *AΓ′b*] dāpna *αV* defficientis *A* etatis *A* 24 nil *A*] nihil *cett.* 25 iuuenem *γ* iuenem *b om. ArαvVcp* praeuenerit *edit.*] punierit *codd.*

**31.** ET MIHI FORSAN] Vt est (*Lucan.* II 15):

Liceat sperare timenti (*A Γ' b*

**32.** PORRIGET HORA] Horam pro tempore dixit (*A Γ' V*

Idest uariabilis fortuna: prospera ⟨da⟩bitur mihi, amara tibi, idest: forsan tibi mors occurrendo me pertransiet (*Γ' α b V*

**33.** TE GREGES] Circum te (*A Γ'* (*γ b ν*)

GREGES CENTVM] Finitum pro infinito, ut (*Verg. ecl.* 2, 21):

Mille meae Siculis errant in montibus agnae

(*A Γ' b V*

**35. 36.** BIS TINCT⟨A⟩E] Clarae (*A Γ'* (*γ b ν*)

**35.** AFRO] Pro Tyrio posuit, quia inde Carthaginiensis (*A Γ' V c*

**36.** MVRICE] Purpura (*A Γ'*

**37.** PARVA RVRA] Dicit ita plerumque diuersa esse ingenia ut fortunas in diuersis studiis, ut, sicut alii honoribus et diuitiis clari sunt, ita hic carmine inlustret mediocritatem (*A Γ' α b V cf. P.*

**38.** Ordo est: et Parca non mendax dedit mihi tenuem spiritum Graiae Camenae et spernere malignum uulgus. Idest dedit mihi tenue ingenium Graiae Musae, scilicet ut possem lyrica cantare primo a Graecis inuenta (*Γ' α b V*

3 dixit *A*] posuit *Γ' V c p* 5 idest — amara tibi] *om. α* prospera dabitur *edit.*] prosperabitur *Γ' b V c p* 11 siculis] singulis *A* agne *A* 13 dare *A* 14 tirio *A* quia inde carthaginiensis *A*] quia inde profecti sunt qui cartaginem condiderunt *γ b om. r* quia id̄ pro cartaginiensis *ν* sicut indis pro carthaginensi *V* sicut indum pro carthaginensi *c p* 17 esse] *om. A, non P.* 19 inl: *A*] ill: *cett.* 22 et — uulgus] *om. α*

SPIRITVM GRAI⟨A⟩E] Graiae Camenae Graecae, uel quia Graeci fuerant poetae lyrici, quos Horatius imitatus est, Alc⟨a⟩eus et Sappho, uel quia primi Graeci carmina inuenisse perhibentur. Camenae uero genitiuus est singularis (*AΓ'αbV cf. P.*

**39.** Non mendax (*V*)] Inmutabilis; uult enim fataliter sibi hoc adtributum ingenium (*Γ'bV*

MALIGNVM] Inuidum (*Abv*

---

## CARM. II 17

[PARANETICE TETRACOLOS (*Aγ*]

METRVM DVOBVS VERSIBVS ALCAICVM, TERTIVS NOVENARIVS IAMBICVS, QVARTVS PINDARICVS (*AΓαb*

**1.** CVR ME QVERELLIS EXANIMAS TVIS?] M⟨a⟩ecenatem aegrum uelut adsidens alloquitur querentem de periculo suo et pro praesenti statu optantem mortem; pro cuius affectu uel amore dicit se ei nolle esse superstitem, sed quasi quodam sacramento deuinctum sociandum morte, cui fuerit uita coniunctus (*AΓ'αbV*

Ordo est: M⟨a⟩ecenas, grande decus et columen mearum rerum, cur me exanimas tuis querelis? nec diis nec mihi amicum est te prius obire (*ΓαbV*

**2.** AMICVM EST] Gratum siue conueniens (*AΓ'(γbv)*

**5.** A! TE ME⟨A⟩E SI PARTEM ANIMAE RAPIT] Interiectio dolentis hoc sensu, quod superius dixerat (*carm*

1 graie . . . graie *A* camene *A* ḡce *A* 2 lirici *A* 3 sappho *v*] saffo *A* sapho *ΓαbVcp* greci *A* 4 cam: — singul:] *om. α* gents̄ *AV* genitiuus *Γb* gentes *v* est *ΓVpP.*] *om. Avc, b absciss.* 6 immutabilis *vV* 7 adtrib: *Γb*] attrib: *Vp* atrib: *vc* 11 duobus uersibus alchaicum *Γαb* in duobus alcaicum *A* 12 iambicus] *om. A* 14 egrum *A* adsid: *A*] assid: *Γ'αbV* 15 presente *α* optantē *γcp*] optanti *Arαv V, absciss. b* 16 uel] ut *A* 23 meę *αV*

I 3, 8) amicorum animam in duobus corporibus constitutam:

Et serues animae dimidium meae;

unde et unianimes dicti. Hic autem dicit sine dubio alteram partem non retinendam una pereunte, hoc est: se nega⟨t fo⟩re superstitem (*AΓ'abV*

**7.** CARVS AEQVE] Nec carus, inquit, ita alteri futurus sicut ipsi nec integram uitam habiturus, parte animae iam in illo extincta (*AΓ'bV ex Porph.*

**8.** INTEGER ILLE DIES V. D. R.] Idest unius casu ambo perituros (*AΓ'bV*

**9.** NON EGO PERFIDVM] Tamquam non perfidum de ea re interposuerit iusiurandum, ne ei superuiueret (*AΓ'bV*

**11.** VTCVMQVE PRAECEDES SVPREMVM] Seu aetate seu sorte praecederet, in supremo mortis die comitari se adserit M⟨a⟩ecenatem (*AΓ'bV*

Ordo est: ego non dixi perfidum sacramentum: ibimus, ibimus, comites parati carpere supremum iter, utcumque praecedes (*Γ'bV*

**13.** ME NEC CHIMER⟨A⟩E] Nullorum obiectione monstrorum societatem disiungi posse, quae nec mortis terrore separatur (*AΓ'bV*

**14.** CENTIMANVS GIGAS] Briareus, de quo Vergilius (*Aen.* X 565. 566):

Qualis, centum cui brachia dicunt
Centenasque manus (*AΓ'bV*

**15. 16.** Placitumque P. (*vV*)] Scilicet est. Ac si

4 et unianimes *A* *cf. schol. Iuuen.* 5, 134 et unanimes *rabvVcp* exunanimes *γ* 6 negare *codd.* negat fore *Pauly* 8 ipsi] *om. A* anime *A* 11 ambo] ambos *rb* 13 superuiuiret *A* 17 adserit *A*] ass: *Γ'bV* 18 est autem ordo *b* 21 obiectione] oblectatione *A* 24 uirg: *codd.* 28 scilicet *bV*] *om. rcp* est *bVp*] *om. rc*

diceret: fataliter [ita me] habeo, ut diuelli a te non possim (*Γ′(rbν)Vcp*

**17.** Ordo est: utrumque nostrum astrum consentit incredibili modo, seu aspicit me Libra, seu formidolosus Scorpius pars uiolentior horae natalis, seu aspicit me Capricornus tyrannus Hesperiae undae (*Γ′bV*

SEV LIBRA S. M. S. A.] Per geniturae commemorationem horoscopos suos similes esse et inter se adserit conuenire, in quibus uitae finis apparet. Vnde et dicit, quod tempore uno ille ⟨a⟩egritudine, hic casu arboris periclitatus sit (*AΓ′αV*

**18.** Formidolosus (*V*)] Timendus (*Γ′bV*

FORMIDVLOSVS] Qui naturaliter formidandus sit, ut Sallustius (*Cat.* 19, 2):

> Etiam tum potentia Gn. Pompei formidolosa erat

(*AΓαbV*

Pars uiolentior (*νV*)] Prae omnibus iniquior (*Γ′bV*

**19.** NATALIS HORAE] Iuxta mathesin tractat genituras amborum, dicens se seu horoscopum, idest horam, qua natus est, in Libra habere, seu in Scorpione, qui iuxta Libram est, contrarius illi Saturnus erat, seu in Capricorno horam habuit, in illis diameter ei erat, hic quadratus, sicut et M⟨a⟩ecenati, quem Iuppiter illic positus temperauit (*AΓ′αbV*

Natalis hor⟨a⟩e (*Vp*)] Datiuus est; infestus enim fertur Scorpius geniturae (*Γ′bVp*

**20.** HESPERIAE C. V.] Vndae Hesperiae Capricornum

1 habeo *rbνc*] abeo *V* ita me habeo *p prob. Petschenig* non possim a te diuelli *b* 3 et est ordo *b* est *γ*] *om. rνV* 5 aspicit *edit.*] accipit *codd.* 6 undae *bp*] unde *νVc* indę *γ* horae *r* 7 per gen: *p*] gen: per *AΓ′αVc* geniture *A* 8 adserit *A*] ass: *Γ′αV* 14 sallustius *A*] salustius *cett.* 15 gn̄ *αV* gn. *Γ* g. n. *A* gnei *b* 22 diameter *ed.*] diametes *Aανc* diameces *ΓV* diameses *b* diameres *p cf.* hexameter 23 illic positus *AΓ′αbVc*] illi oppositus *p* 25 d: e:] *om. b* 27 unde (undę *b*) hesperię (hesperie *A* hesperies *α*) *Aγαb* hesperiae (hęsperiae *r* hesperie *ν*) undae (unde *νV*) *rνV*

tyrannum ideo dixit, quia hiemale signum est; oritur enim XVI. Kal. Ianuarias et occidit XVII. Kal. Februarias, et dum sol in Capricorno uenerit, tunc generat maxime tempestates in Italia. Aut ideo posuit Hesperiae undae, quia uoluit intellegi occasum signi huius magis saeuire tempestatibus quam ortum, ut per Hesperiam undam occiduam partem Oceani et ex eo occasum eius intellegi uoluisset (*AΓ′αbV cons. P.*

**22.** ASTRVM TE IOVIS I.] Mortem dicit submouisse Iouis beneficam stellam maleficam respicientem Saturni (*AΓ′bV*

**24.** Ordo est: te eripuit tutela Iouis refulgens impio Saturno et tardauit uolucres alas Fati, cum frequens populus ter crepuit laetum sonum in theatris (*ΓαbV*

**25.** TVM POPVLVS FREQVENS L. T. T. C. S.] Ostendit populum pro gratia Maecenatis, comperto quod euasisset aegritudinis periculum, in theatro congratulantem saluti eius, absenti et adhuc inualido plausum dedisse (*AΓ′bV*

**26.** TER CREPVIT S.] Pro ‘increpuit’ clamando per laetitiam (*AΓ′b gloss. ν*

**27.** ME TRVNCVS I. C.] Ad illud rettulit, quod dixerat utriusque astrum certa ratione coniunctum (*AΓ′bV*

**28.** Faunus (*νVcp*)] Deus agrestium et siluarum (*Γ′bV*

**29.** MERCVRIALIVM] Doctorum [qui in tutela Mercurii sunt] Mercurius enim deus facundiae dictus est (*AΓ′bV*

1 tyr: *rbν*] tirannum *AγαV* quia *ΓαbVcp*] qui *Aν* 2 XVI] VI *α* XVII *codd.*] XVIII *Porph. uide Gemini isagog. c.* 16 3 capricorno *Arνp cons. Gemini isag.*] capricornum *αbVc* capricornium *γ* 4 ideo] ide *A* unde *A* 5 quia] qui *Aν* seuire *A* 6 hortum *A* ortu *b* undam] unde *A* 9 subm: *A*] summ: *cett.* 13 uolucres *Γαb* uolucris *Vp om. c* 16 p gr̃a *Aγ* maecenatis — inualido] *om. Vcp* mecenatis *A* 20 let: *A* 21 rettulit *A*] retulit *cett.* 22 dixerat *AΓ′*] dixit *bVcp* conuinctum *Aγ* 25 doctorum] *om. b* qui — sunt *om. A exhib. cett.* mercuri *V* 26 enim] *om. γ* facundie *A*

**31.** AEDEMQ. V. M.] Vt esset memor uoti soluendi, qui aedem, si euasisset, Saluti promiserat (*AΓ′bV*

**32.** NOS HVMILEM F. A.] Non humilem agnam, sed humilium oblationi aptam; Maecenatis enim uelut potentis uotum fuerat [aedem soluere] (*AΓ′bV*

---

## CARM. II 18

[AD AVRVM PROTREPTICE TETRACOLOS (*A*]

PRIOR VERSVS TROC⟨H⟩AICVM METRVM HABET ET EST EP[I]TIMIMERES, IDEST TROC⟨H⟩AICVM DIMETRVM CATALECTICVM, ET AP⟨P⟩ELLATVR EVRIPIDIVM, NON QVOD IPSE SIT EIVS INVENTOR, SED QVOD FREQVENTER SIT ILLO VSVS. TROC⟨H⟩AICVM AVTEM METRVM RECIPIT PEDES IN INPARIBVS LOCIS TROCHEVM, TRIBRACHIM ET INTERDVM DACTILVM, IN PARIBVS AVTEM TROCHEVM, TRIBRACHIM, DACTILVM, SPONDEVM, ANAP⟨A⟩ESTVM; HABET PENTEMIMEREN ET EPTIMIMEREN. SEQVENS VERSVS IAMBICVS EIVS (*leg.* est) DETRACTA NOVISSIMA SILLABA, ITA: NON E · BVRNE · QVE AVRE · VM · MEA · RENI · DET IN · DOMO · LACV · NAR · (*A*

Metrum Yponactium, et est primus uersus trochaicus dimeter catalecticus: una enim syllaba deest, ut sit plenus dimeter. Scanditur ita: Non e · burne · que aure · um. Secundus iambicus trimeter catalecticus. Scanditur ita: Mea · reni · det in · domo · lacu · nar. Appellatur autem hoc metrum aliter Euripidium, non quod ipse sit eius

1 memor esset *Vcp* 2 qui *codd.*] quia *edit.* 3 humilē magnā *A* 4 mecenatis *A* (*recte r*) nam mecenatis *b* enim *A*] *om.* *Γ′V* 5 aedem solue //// *b*, *cett. om.* 19 metrum — aliter euripidium] *om. A* yponactium *BrV* ypanactium *v* yponacticum *b* yponaticum *α* iponaticum *γ* hypponactium *p* 20 catalecticus *Γ′αbV*] acefalus catalecticus *B* syllaba *Bvp*] sillaba *ΓαVc*, *b abscis.* 21 scanditur — um] *om. B* 22 scanditur — eptemimerin] *om. B* 24 inuentor eius *vV*

iuuentor, sed quod frequenter sit illo usus. Trochaicum autem metrum recipit pedes in inparibus locis trocheum, tribrachim, et interdum dactilum; in paribus autem trocheum, tribrachim, dactilum, spondeum, anap⟨a⟩estum; habet pentemimeren et eptimimeren (*BΓ′αbV*

**1.** NON EBVR N. A.] De continentia scribit et paupertatem suam diuitiis omnibus praefert, culpans eos, qui obliti breuis uitae cupiditatibus et diuitiis student (*AΓ′αbV*

NON EBVR] Pro deriuatiuo, ut sit eburneum (*AΓ′bV*

Ordo est: non renidet in mea domo ebur neque aureum lacunar (*Γ′αbV*

**3.** NON TRABES HIMETTIAE] Idest de Hymetto monte marmora excisa, quae Thebaica (*leg.* Achaica) dicuntur (*AΓ′bV*

**5. 6.** ATTALI IGNOTVS HERES] Ostendere uult Roma nos non iure factos Attali heredes (*AΓ′bV*

**8.** Clientae] Familiares, uicinae (*Γ′(γbv)Vcp*

TRAHVNT HONEST⟨A⟩E PVRPVRAS C.] Ostendit uotum clientum, quorum uxores, cum nobilibus togae praetextae fiunt ad spem magistratuum gerendorum, carpentes purpuram iuuent matronas. Vnde dicit, dum sibi ista desint, fide se et ingenio diuitem (*AΓ′αbV*

**10. 11.** DIVES ME PETIT] Idest gratiam meam appetit (*AΓ′b ex Porph.*

**12.** POTENTEM AMICVM] M⟨a⟩ecenatem significat, a quo se dicit maiora non quaerere, dum beatum se factum fatetur fundo ab eo in Sabinis accepto (*AΓ′αbV*

3 tribrachum *rαbv* et — tribr: *om. α propter homoeoteleuton* 4 tribrachum *rb* 5 pentimemerin *ΓV* -im *cp* pentimimeren *v* pentimemerē *α* pentime //// *b* eptimimeren *A* eptimemerin *Γ* eptimemeren *V* eptimemerim *b* eptimemerē *α om. v* 6 eburna *A* 10 diriuatiuo *Γb* deriuatione *Vcp, recte Av;* posuit *add. b* ut sit] *om. Vcp* 11 ebur *α*] eburneum *cett.* 13 de himetto *V* de himeto *rbp* de hymeto *vc* dimetto *A* de imehtto *γ* 14 uocantur *b* 17 clientae] clientię *V* clientie *v* clientes *cp* 19 clientum *Aαbp*] clientium *Γ′Vc* toge *A* p̄texte *A* 20 purpuram *A*] purpuras *Γ′αbVcp* 23 idest *A*] *om. Γ′b* 26 querere *A*

**15.** TRVDITVR DIES DIE] Tamquam parum esset, quod dixerat diem die excludi, 'integri menses', inquit, 'transiliunt'. Nam per nouas lunas recursus intellegimus mensium (*AΓ'bV*

**16.** PERGVNT INTERIRE LVNAE] Non desinunt decrescere uel potius defectus pati (*AΓ'bV*

**17.** Ordo est: tu parum locuples continente ripa et inmemor sepulchri locas secanda marmora sub ipsum funus et struis domos et urges summouere Bais litora obstrepentis maris (*Γ'αbV*

TV] Idest diues (*AΓ'*(*γbv*)

**20.** MARISQVE BAIS OBSTREPENTIS V. S. L.] Effusionem diuitum culpat, ut Sallustius (*Cat.* 20, 11):

Qui diuitias suas profundunt in extruendo mari et montibus co⟨a⟩equandis (*AΓ'bV*

**22.** Parum locuples (*V*)] Minus diues, nisi etiam alienum inuadat elementum (*Γ'V*

**26.** Ordo est: pellitur et uir et uxor ferens in sinu paternos deos et sordidos natos (*Γ'V*

PELLITVR PATERNOS I. S. F. D.] Acerbitatem facti euidenter expressit, dum homines pauperes ac religiosos sedibus suis uiolenter pulsos sacra deorum Penatium secum ferre, cum discedant, et nihil amplius quam filios suos demonstrat, quos sordidos ad grauiorem pellentium inuidiam dicit (*AΓ'αV ex P.*

**29.** Ordo est: tamen nulla aula manet diuitem erum certior destinata fine rapacis Orci, idest: nulla domus expectat diuitem dominum, quae certior sit destinata fine

2 inquid *ArV, recte γv et b ut uid.* transiliunt *Aγc*] transibunt *rbvVp quae quidem forma a Pseudacronis consuetudine abhorret* 3 mensium (mensuum *c*) intell: *vVcp* 7 est *γαcp*] *om. rvV* 8 inmemor *v*] immemor *γαV* ĭmemor *b* memor *r* sepulchri *γαbvp*] sepulcri *Vc* sepulcrhi *r* 13 sall: *Av*] salustius *ΓbVcp* *a u.* 21 *DEFICIVNT schol. b usque ad* c. III 1, 20 18 est *γcp*] *om. rvV* 26 est *γα*] *om. rvVcp* 27 exspectat *rV*

rapacis Orci, eaque nulla ui tollitur, ac si diceret: quamuis serius ociusue cunctae ⟨res⟩ fluant, sunt tamen quae semper mansurae referantur, ut Roma [sed nulla domus certior credat se rapiendam et dissipandam fine rapacis Orci, quam quae diuitem continet dominum, domino abstracta proximo] (*Γ′αV*

**32.** QVID VLTRA TENDIS? ⟨A⟩EQVA TELLVS P. R. R. Q. P.] Superuacue dicit minoris fortunae hominibus fines inuadi uel diuitiarum moles congeri, dum par sit omnibus sepulcri mensura; unde et Iuuenalis (10, 172. 173):

Mors sola fatetur
⟨Quantula sint⟩ hominum corpuscula (*AΓ′αV*

**33.** RECLVDITVR] Aperitur (*AΓ′*

**34.** REGVMQVE PVERIS] Pro filiis (*P.*), ut (*Verg. Aen.* VI 832):

Ne pueri, ne tanta animis adsuescite bella (*AΓ′V*

**36.** Auro captus (*vV*)] Ostendit nullis muneribus flectendos Manes, ut remeare quilibet possit ab inferis (*Γ′V*

**38.** Hic leuare f. (*c*)] Ordo est: hic uocatus atque non uocatus audit leuare pauperem functum laboribus (*Γ′αV*

**40.** VOCATVS ATQVE NON VOCATVS AVDIT] Bene ‘audit’, quia mors, ut necessitas est, ita perpetua est requies laborum (*AΓ′V ex Porph.*

1 eaque nulla ui *K.*] eaque ui *cp* ea quae ui *ΓαV* eā qui *v* 2 cunctae res *K.*] cunctae *Γ* cuncte *vVc* cuncta *α* cunta *p* 4 cercior se credat *rV* 5 domino *codd.*] domo *edit.* dominio (?) *K.* 6 proximo *Γ*] proximi *αvVc* proximimj *p* 7 aequa *r lemm.* 9 sepulcri *AV*] sepulchri *γαvcp* sepulcrhi *r* 11 morsola *A* fatetur *AΓα*] testatur *vVc* 16 adsu: *A*] ass: *Γcp* a. *rV* 23 *alterum* est *om. Vcp*

## CARM. II 19

[DITYRAMBICE TETRACOLOS · METRVM ALCAICVM (*A*]

METRVM DVOBVS VERSIBVS ALCAICVM, TERTIVS IAMBICVS, QVARTVS PINDARICVS (*ABΓα*

**1.** BA⟨C⟩CHVM IN REMOTIS C. R. V. D.] Hac ode indicat a se uisum Liberum patrem in secretis nemoribus carmina docentem et quasi perturbatus uisis exclamat, uelut praesentiam numinis sentiens: 'euhoe' (*AΓ′αVexP.*

Ordo est: uidi Bacchum docentem carmina in remotis rupibus et uidi Nymphas discentes et uidi acutas aures capripedum Satyrorum, credite posteri (*Γ′V*

**2.** Credite posteri (*vVcp*)] Idest etiam uos credite, qui uenturi estis, talia dicenti (*γvVcp*

**3.** NIMPHASQVE DISCENTES] Musas; nam quidam ipsum Solem, ipsum Apollinem, ipsum Dionisum uolunt. Nam ut illi nouem Musae, ita Soli nouem circuli et Dioniso similis chorus Baccharum. Modo tamen pro Musis Nymphas inducit carmina audientes. Vergilius pro Musis similiter Nymphas (*ecl.* 7, 21. 22):

> Nymphae, noster amor, Libetrides, aut mihi carmen,
> Quale meo Codro, concedite (*AΓ′αfV*

**4.** CAPRIPEDVM SATIRORVM] Panas dixit caprarum pedes habentes (*AΓ′f*

ACVTAS] Et ad audiendum et ad ipsarum aurium figuram (*AΓf ex Porph.*

**8.** Thirso (*V*)] Fronde (*γvVcp*

11 satyr: *cp*] satir: *Γ′V* credite posteri *hic om. vVcp* 15 (ipsum = eundem, *quod quidem interpolauit Cruquius*) dionisium *codd.* 17 dyoniso *A* dionysio *p* dionisio *Γ′αfVc* similis *AΓ′αf*] similiter *Vcp* bacharum *A* 18 nymphas *γp*] nimphas *cett.* uirg: *codd.* 19 similiter pro musis n: *αvVcp* nimphas *A* (*recte Γ*) 20 nymphae *p*] nimphę *AΓαf* nimphe *vVc* 21 qualē *A*

GRAVI METVENDE THYRSO] Vt uelut perturbatam ostenderet mentem, putat sibi infesto thyrso deum inminere (*P.*). 'Graui' autem 'pernitioso', ut ipse superius (II 1, 3. 4):

Grauesque
Principum amicitias (*AΓ′αfV*

**9.** FAS PERVICACES EST MIHI T.] Fas nunc non significat 'licet', sed 'possibile est'. Vult enim probare se deo non indignum esse mysteriisque eius, quae ad sacra pertineant, sufficere cantandis (*P.*). 'Peruicaces' autem dixit proteruas, uagantes, propter bacchantium discursus et saltatus (*AΓ′αfV*

THIADAS] Bacchas dixit a sacrificio uelut theadas; theon enim Graece deum, ita et sacrificium uocauerunt (*AΓ′αfV*

**10.** VINIQVE FONTEM] Vt Vergilius (*georg.* I 132):

Et passim riuis currentia uina repressit (*AΓf*

**11. 12.** ATQVE TRVNCIS L. C.] Vergilius (*ecl.* 4, 30):

Et durae quercus sudabunt roscida mella.

Ideo autem haec sacra conmemorauit poeta, quia in speleis Dioniso uino, melle et lacte sacrificabatur (*AΓ′αfV*

**12.** ITERARE MELLA] Ex integro cantare et repetere (*ex Porph.*), uel certe manare facere, aut iterum tollere (*AΓ′fV*

**13. 14.** CONIVGIS ADDITVM STELLIS HONOREM] Ariadnen in honorem Dionisi conmemorat inter sidera collo-

2 inm: *Γ′f*] imminere *AαV* 3 pernitioso *AΓ*] pernic: *αfvV* 6 amicitię *A* 7 nunc non sign: *A Porph.*] non sign: nunc *ΓαfVcp* non sign: non *v* 11 bachantium *A* 13 bachas *A* 16 uirg: *codd.* 18 uirg: *codd.* 19 dure *A* 20 conmem: *A*] commem: *cett.* 21 dionisii *α* 25 adriadnę coronam *γ* 26 conmem: *A*] commem: *cett.*

catam (*P.*), quae Corona dicitur data ardens a Vulcano. Vergilius (*georg.* I 222):

Gnosiaque ardentis decedat stella Coronae (*AΓ′αfV*

**14.** TECTAQVE PENTHEI] In quibus Pentheus captiuum Liberum patrem uinctum recluserat, ob quam causam Baccharum furore discerptus est, uel certe nota fabula eius et Agau⟨a⟩e matris (*AΓ′αfV*

**16.** ET EXIT⟨I⟩VM LICVRGI] Lycurgus legum lator, cum uideret per uini temulentiam in mores multa committi, abscidi iussit uineta; propter hoc iracundia Dionisi per furorem crura sua amputauit, et ideo ad laudem numinis posuit sumptum de inimico supplicium (*AΓ′αfV*

**17.** TV FLECTIS AMNES] Domas siue superas, tamquam eorum cursus declinans, an quia multas gentes subegit, et per amnes uoluit terras intellegi? aut flectis per gyras, quia et Dionisus Nili fontem sicut Hercules quaesiit? An uero quia muneri eius inmiscentur aquae et ad suauiorem usum flectuntur? (*AΓ′αfV ex Porph.*

MARE BARBARVM] Indicum, quia Indos Dionisus superauit; barbarum autem pro saeuo ac uiolento propter subitas tempestates (*AΓ′αfV ex Porph.*

**18.** SEPARATIS IN IVGIS] Secretis ac remotis (*AΓ′f ex Porph.*

VVIDVS] Vino madidus (*AΓ′f ex Porph.*

**20.** BISTHONIDVM SINE F. C.] Bistonides Thraces mulieres, quae in Liberi patris sacris bacchari consueuerunt, angues gestantes in capite (*ex Porph.*). ‘Sine fraude’ autem ‘sine compositione’, qui comi non poterant utpote uiperini (*AΓ′αfV*

1 uerg:] uirgilius *AΓαf* ut *vV* 3 corone *A* 8 licurgus *Aγ* lyuirgus *v* ligurgus *rαfV* 10 iracundiam *A* 14 cursus *Γ′αfVcp*] decursus *A* an *A*] aut *Γ′αfVcp* 16 gyras *rfv*] giras *AγαVc* gyros *edit.* (per gratias *p*) 17 quaesiit *AΓ*] quęsiuit *V* q̄ sicut *v* quesiuit *αf* muneri *Aγαf*] numeri *rvV* 19 indicium *A* 20 barbararū *A* seuo *A* 21 s$\overset{i}{\text{ụ}}$bitas *A* 25 bistonides *vc*] *om.* *AΓαfVp* 26 bacchari *γp*] bachari *ArfvV* bachare *α* 28 cōmi*A*

**23.** RHOETVM RETORSISTI] Rhoetum enim Gigantem in leonem uersus occiderat Dionisus (*AΓ′fV*

**24.** HORRIBILIQVE MALA] Maxilla metuendus, ut Vergilius (*Aen.* XI 681):

Mal⟨a⟩e texere lupi cum dentibus albis (*AΓ*

**26.** SAT] Satis. Vergilius (*Aen.* VIIII 135):

Sat fatis Venerique datum est (*AΓf*

**28.** PACIS ERAS MEDIVSQVE B.] Idest et pacis et belli potens eras (*AΓf ex Porph.*

**29.** TE V⟨I⟩DIT INSONS CERBERVS] Non semper insons Cerberus, sed tibi insons, cui nocere non potuit (*AΓ′fV ex Porph.*

**29. 30.** AVREO CORNV DECORVM] Libero et cornua nonnulli adsignant, quoniam uinolentia proteruitatem et contumaciam consueuit augere (*AΓ′αfV ex Porph.*

**31. 32.** Ordo est: et tetigit pedes et crura recedentis trilingui ore (*Γ′fV*

ET RECEDENTIS T. O. P. T.] Dicitur enim Dionisos et apud inferos regnasse, ut et ipsi ita ut Dianae triplex daretur potestas (*AΓ′fV*

---

## CARM. II 20

METRVM DVOBVS VERSIBVS ALCAICVM, TERTIVS IAMBICVS, QVARTVS PINDARICVS (*ABΓ*

1 rhȩtum enim *A*   2 uersus] conuersus *fcp*   3 uirg: *codd.*   6 uirg: *codd.*   10 semper *cp Porph.*] *om.* *AΓ′fV*   11 tibi *AΓ′f*] tunc *Vp* nunc *c*   cui *Af*] cum *Γ′Vcp*   14 asignant *A*  ass: *Γ′αV* significant *f*   uinulentia *A*   16 est *om. rvV*   17 trilingui ore *Γfc*] *om. vVp*   18 dionisos *A*] dionisus *γ* dionysius *p* dionisius *rfvVc*   22 alchaicum quod constat ex caesura pentimemere iambica et duobus dactilis, ita: non u · sita · ta · non tenu · i ferar · *r*   iampicus *B*   23 pyndaricus constans ex duobus dactilis et duobus trocheis *r*

**1.** NON VSITATA NEC TENVI FERAR PINNA] Allegoricos significat se in cygni figuram mutandum et carmina sua totum orbem inpletura; unde et se inmortalem futurum promittit. Auis enim, in quam se transfigurandum dicit, canora est, ut poetae merito conueniat, et Apollini consecrata. Non usitata autem propterea, quia non uulgaria nec communia scripsit (*AΓ'αV ex P.*

Ordo est: ego biformis uates ferar per liquidum aethera non usitata nec tenui pinna (*Γ'(γfν)Vcp*

**2.** BIFORMIS] Qui et lirica et exametros scripsit (*Af ex Porph., om. Γ'V*

**4.** Inuidiaque maior (*cp*)] Idest ego, qui maior sum inuidia, relinquam urbes. Inuidia enim maiorem se dicit, quia maioribus inuidetur (*Γ'fV*

**5. 6.** NON EGO PAVPERVM S. P.] Idest non ero ignobilis, qui putor humilibus parentibus natus (*AΓ'fV ex Porph.*

Ordo est: M⟨a⟩ecenas, non obibo ego, quem uocas dilecte, nec cohibebor Stygia unda (*Γ'(rαν)Vcp*

**6. 7.** NON EGO OBIBO] Significat carmina non obire, per quae aeternitatem ipse mereatur (*AΓ'fV*

**9.** IAM IAM RESIDVNT C. A. P.] Iam se dicit in formam cigni transire (*AΓ'f cons. P*

**14.** VISAM GEMENTIS LITORA BOSFORI] Toto orbe se uulgandum promittit, ita ut etiam perueniat ad barbaras nationes; nam per commemorationem gentium omnes terrae partes designat (*AΓ' paul. sim. Porph.*

**16.** HIPERBOREOS CAMPOS] Thracios (*AΓ'αf*

1 usitatai *A* 2 cygni *rαν*] cigni *A cett.* 3 inpl: *Aγ*] impl: *cett.* inmort: *Aγν*] immort: *cett.* 5 poete *A* 6 non — scripsit] *ex Porph.* propterea] p̧ea *A* quia] q̧ *A* 9 pinna *γ*] penna *νfVcp* 18 est *γα*] *om. rνV* 20 *reliqua huius carminis scholia excidisse uidentur in archetypo codicum Vcp; quamquam in cp adnotationes quaedam interpolatae ad uu.* 15 et 16 *leguntur, quas quidem consulto praetermisi* 23 cignit *A* 25 ịṭạ *A*

Hi ultra Aquilonis flatus Septemtrioni subiacent (*P.*), ut est (*Verg. georg.* III 381. 382):

> Quin et Hyperboreo Septem subiecta trioni
> Gens effrena uirum (*AΓαf*

**18.** MARS⟨A⟩E COHORTIS] Pro Italiae militibus dixit, ut ostenderet solos Romanos Dacis esse terrori (*AΓf*

**20.** RHODANIQVE POTOR] Hispani et Galli (*AΓ′*

**21.** NENI⟨A⟩E] Carmen funebre (*AΓ′f*

**22.** LVCTVSQVE TVRPES] Propter habitum lugentium dixit (*AΓ′f*

**24.** SVPERVACVOS HONORES] Superuacue enim doleri mortuos multi dixerunt, maxime Horatius, qui inmortalitatem se uideri uult per carmina consecutum (*ex Porph.*); nam et Vergilius (*Aen.* XI· 52):

> Vano m⟨a⟩esti comitamur honore (*AΓf*

3 hyperboreo *r*] hiperboreo *A* hyperbacho *f* hiperboreos *γ* yperboreos *α* 9 abitum *A* habitus *cett.* 14 uirg: *codd.* 15 cōmittamur *A*

METRVM DVOBVS VERSIBVS ALCAICVM, TERTIVS IAMBICVS DIMETER YPERCATALECTICVS, QVARTVS PINDARICVS (*ABΓa*

**1.** ODI PROFANVM V. E.] Haec uox in sacrificiis frequentabatur, qua significarent, ut bona omina haberentur (*ex Porph.*). Quod oportune hic poeta posuit, qui sacerdotem Musarum se erat dicturus inferius, ut praedicendo profanos sacrorum se meminisse monstraret (*cons. Porph.*). Vt Vergilius (*Aen.* VI 258):

Procul, o procul este, profani (*AΓ*

ODI] Modo praesentis est temporis, aliquando tamen et pro praeterito ponitur (*ArνV*

PROFANVM] Profani dicebantur sacris non initiati, qui fanum intrare non poterant. Hic tamen per allegoriam profanos imperitos dixit, qui merito doctis exosi sunt (*ArνV cons. Porph.*

ARCEO] Prohibeo (*AΓ*

**2.** FAVETE LINGVIS] Vt (*Verg. Aen.* V 71):

Ore fauete omnes (*AΓV*

2 alchaicum constans ex cęsura pentimemere iambica et duobus dactilis ita · Odi · profa · num · uulgus et · arceo · tertius *r* 3 ipercatalecticus *A* yperc: id ex diambis uel quatuor iambis et sillaba *r* pindaricus constans ex duobus dactilis et duobus trocheis *r* 8 erat dicturus *A*] dicturus erat *cett.* 10 uirg: *codd.* 13 ponitur] posuit *νV* 15 per] ꝑ *A*

Fauete (*V*)] Cantate mecum (*Γ′ V*

Ordo est: ego sacerdos Musarum canto uirginibus et pueris carmina non ante audita (*Γ′ V*

**2. 3.** CARMINA NON PRIVS AVDITA] A Romanis [scilicet], quamuis L⟨a⟩euius lyrica ante Horatium scripserit, ut illa non ad plenum et exacte facta monstraret (*A Γ′* (*r α ν*) *V*

**4.** VIRGINIBVS PVERISQVE C.] Promittit se carmina prolaturum, quo teneras aetates ad utilia instituat, quibus ad beatam uitam peruenire possint (*A Γ′ V ex Porph.*

Ordo est: imperium regum timendorum est in proprios greges; imperium Iouis clari Giganteo triumpho, mouentis cuncta supercilio, est in ipsos reges (*Γ′* (*γ α ν*) *Vcp om. r*

**5.** IN PROPRIOS] Circa proprios (*A γ*

**6.** REGES IN IPSOS IMPERIVM EST IOVIS] Vnde et Vergilius (*Aen.* X 18):

Rerumque hominumque aeterna potestas,

ut philosophice ostendat neminem hominum a metu inmunem esse, omnes uindictae numinum subiacere (*A Γ′* (*r α ν*) *V cons. Porph.*

**8.** CVNCTA S. [C.] M.] Vergilius (*Aen.* VIIII 106. X 115):

Et totum nutu tremefecit Olimpum (*A Γ V*

**9.** Ordinet a. (*ν V*)] Digerat in ordinem; uinearum enim satorem dicit (*Γ′ V*

2 ordo] *om. V, non cp* est *γcp*] *om. rνV* 4 scilicet *om. Aα* 5 leuius *A*] lebius *ν pr.* lesbius *ṙαν corr. Vp* lesbum *c* lirica *A* oratium *A* scripserit — monstraret] *om. α* 9 etates *A* 10 uitam beatam *Vp* b: u: *cett. Porph.* 11 est *γαp*] *om. νVc* 16 et] *om. rν* 17 uirg: *codd.* 18 eterna *A* 19 ostendit *νVc* 20 uindicte *A* 22 uirg: *codd.* 26 enim *Γ′*] eius *V om. cp*

**11.** DESCENDAT IN CAMPVM P.] In campo enim Martio comitia erant populi Romani et ibi descendebant, qui honores petere uoluissent (*AΓ'αV*

**13.** Contendat (*vVp*)] Nonnulli autem distinguunt, ut 'hic melior fama et moribus contendat' cum supra dicto scilicet, qui 'generosior petitor descendit in campum'. Potest autem et sic dici: 'hic contendat', idest uiuat 'melior fama et moribus', ut ostendat uarios actus hominum una necessitate perire (*Γ'αV*

**14.** NECESSITAS] Mors, et per hoc ostendit studia quidem diuersa esse hominibus ad morum et honorum gradus, conditionem tamen mortalitatis unam esse (*AΓ'αV*

**16.** OMNE CAPAX M. V. N.] Aut quia in urna omnium nomina, qui honores petebant, mitti consueuerant, ut, qui sorte egressi fuissent, de ipsis iudicaretur, aut secundum opinionem illam uulgarem, qua adfirmabant sorte singulos ab Orco ad mortem trahi (*ex Porph.*), ut est (*Lucan.* V 394):

Et uana uersat in urna.

'Mouet' autem est 'uoluit ad sortiendum fatum' (*AΓ'αV*

**17. 18.** SVPER INPIA CERVICE] Vt (*carm.* I 9, 5. 6):

Ligna super foco
Large reponens,

et per allegoriam significat neminem deliciose et libenter sub metu uiuere. Et sumpsit exemplum a Dionysio, Siculorum tyranno magnae saeuitiae; cuius dum potentia et copiae a Damocle quodam philosopho laudarentur, quod

2 commitia *A, recte r* 4 contenđ *v* autem] *om. α* distingunt *γ* 10 et per — esse] *om. α* 12 condicionem *V* 14 in urnam *αc* 17 affirmabant *αvVcp* 21 sorciendum *AΓ'V, recte αcp* 24 larga *A* 25 delitiose *Acp* 26 uiuere sub metu *Vc cons. p* donysio *A* dionisio *Γ'αVcp* 27 tiranno *A, recte Γ'α* magne *A* seuitię *A* 28 copiae *Γαp*] copie *Av* copia *Vc* damocle *p Porph.*] domede *A* diomede *Γ* diomedie *α* diogene *vVc*

ad luxum ei cuncta subpeterent, rogato eodem philosopho ad prandium destrictum gladium super ipsum tyrannus a culmine iussit ligatum seta pendere; quo metu perculsus philosophus regalibus et adparatis copiis uti non potuit (*cons. Porph.*). Tunc Dionysius timenti respondit hoc modo tyrannos uiuere et inter summos apparatus inminentibus urgeri periculis (*AΓ′αV*

**20.** NON AVIVM CITHARAEQVE C.] Propter illos Siculorum reges, qui aut pro sollicitudine aut pro deliciis sine auium cantu et sine citharae sono dormire non poterant (*AΓ′bV ex Porph.*

**21. 22.** SOMNVS AGRESTIVM L. V.] Altus; quo rustici aut lassitudine laboris utuntur aut animi securitate. Vergilius (*georg.* II 467):

At secura quies et nescia fallere uita (*AΓV*

Ordo est: lenis somnus agrestium uirorum non fastidit humiles domos (*cons. Porph.*) et umbrosam ripam, et non fastidit desiderantem, quod satis est: Tempe agitata Zephyris (*Γ′αVp*

**22. 23.** NON HVMILES DOMOS FASTIDIT] Vt Vergilius (*ecl.* 2, 29):

Atque humiles habitare casas (*AΓb*

**24.** TEMPE] [Idest] loca nemorosa et amoena riuis (*AΓ′bV*

**25.** QVOD SATIS EST] Quod sufficiat ad uictum cultumque agri, non ad ambitum diuitiarum (*AΓ′bV*

1 subp:] suppeterent *Γ′Vcp* 2 tirannus *A* 3 ꝑculsus *A* 4 adp: *A*] apparatis *Γ′αV* 5 dionisus *A* dyonisius *r* dionisius *γανVcp* 6 tirannos *A* inm: *A*] īm: *cp* imm: *Γ′αV* 8 cithereq. *A* pp̄ *A* 9 aut pro d:] pro d: *A* delitiis *Acp* 10 cithare *A* 13 lascitudine *A* 14 uirg: *codd.* 16 ordo — satis est] *om. V, opp. cp* est] *om. r* 20 uirg: *codd.* 23 idest *Vp om. AΓ′bc* amena *A* riuis *edit.*] ruris *codd., sed b cum litura*

**26.** NEQVE TVMVLTVOSVM S. M.] Idest non in se prouocat tempestuosum mare, dum uult nauigando parare diuitias (*AΓ(rb)*

Tumultuosum (*Vp*)] Hic autem conuertenda est oratio, ut tumultuosum mare et saeuus impetus cadentis Arcturi aut orientis H⟨a⟩edi non sollicitet somnum et cetera similiter (*Γ′(rbν)Vcp*

**27.** ARCTVRI] Septemtrionis, ut (*Verg. Aen.* I 744):

Arcturum pluuiasque Hyadas (*AΓ(γb)*

**28.** AVT ORIENTIS HAEDI] Antitheta cadentis et orientis (*ex Porph.*), quae aut in ortu aut in occasu faciunt tempestates, ut (*Verg. georg.* I 205):

Haedorumque dies et lucidus Anguis

et alibi (*Verg. Aen.* VIIII 668):

Pluuialibus Haedis (*AΓ′αV*

**29.** NON VERBERAT⟨A⟩E GRANDINE VINEAE] Quae agricolae spem nihil inferendo deceperi⟨n⟩t (*AΓVcons.Porph.*

**30.** Ordo est: et non sollicitat illum fundus mendax arbore culpante nunc aquas, nunc sidera torrentia agros, nunc iniquas hiemes (*Γ′(rαν)Vp*

FVNDVSQVE MENDAX ARBORE] Quae florum ubertatem non perferat ad fructum pomorum, ut Vergilius (*georg.* IIII 142. 143), dum de fructifero loqueretur:

Quotque in flore nouo pomis se fertilis arbos
Induerat, totidem autumno matura tenebat

(*AΓαV*

4 hic — ut] *absc. b* 5 et *cp*] *om. νV* ut *r* 7 similiter *rνp*] similia *bcV* 9 yadas *A* 10 HAEDI] ęui *A* 11 quae] quia *ν* in ortu] motu *A* 12 ut uirg. *ν* 13 hedorumque *A, recte r* 15 hędis *A*] hedis *Γ′αV* 17 spe *A* 18 est *ανp*] *om. rV* 21 quae — perferat] *om. α* 22 uirg: *codd.* 24 quodque *r* quoque *γ*

**32.** HIEMES INIQVAS] Aquosas, nimias (*AΓ'*

**33.** CONTRACTA PISCES AEQVORA SENTIVNT] Bene dixit pisces, non beluas, ut augeret breuitatem angustati maris, quam exiguitas tanta sentiret (*AΓ'αbV*

**34.** IACTIS IN ALTVM MOLIBVS] Verbo ipso usus est fabricantum. Iaci enim in mare moles dicuntur, quotiens excluditur aqua (*AΓ'αbV*

Ordo est: frequens redemptor et dominus fastidiosus terrae cum famulis demittit huc caementa (*Γ'αbV*

**35.** Cementa (*V*)] Fundamenta, ubi aedificium consistat (*Γ'bV*

CAEMENTA DEMITTIT REDEMPTOR] Fabricae susceptor aut certe qui redimat terras cum famulis et easdem fastidiat maria struens (*AΓ'bV*

**37. 38.** SED TIMOR ET MINAE SCANDVNT EODEM] Ad illa redit, quae beatam uitam adimant, ostendens nec terra nec mari quemquam posse auaritiae aut animi sui uitia effugere (*AΓ'αbV ex Porph.*

**40.** Post equitem sedet (*νV*)] Idest quocumque ierit auarus, siue in mare siue in aera siue per terram, semper sequitur illum atra Cura (*Γ'bV*

**41.** QVODSI DOLENTEM] Superfluum dicit ambitum fabricandi et diuitiarum appetitum, dum dolores et m⟨a⟩erorem auferre non possunt (*AΓ'V*

NEC PHRIGIVS LAPIS] Synnaticus. In S[c]ynnada enim, Phrygiae ciuitate, marmora ipsa caeduntur (*AΓ'αbV ex Porph.*

1 iniquas hiemes *A* 6 fabricantum *AγνV*] fabricantium *rαb* mare *Abc*] mari *Γ'αVp* 10 fundamentum *b om. r* 12 fabrice *A* 14 maria struens *Aγν c cons. b*] mari astruens *rVp*, maria *absciss. in b* 16 adimunt *αb* simulque ostendit *b* nec mari nec terra *Vp opp. Porph., schol. om. c* 19 sed̄ *ν* 25 phrigius *V*] frigius *Aν* synnaticus *scripsi cum Porph.*] sinnaticus *γ* scynnaticus *rα* scinnaticus *AbνV* synnada *Porph.*] scynnada *Arαp* scinnada *γbνV* scinnacla *c* 26 phrygie *b* phrigie *Vp* frigie *Aν* frigię *Γα* ceduntur *A*

**44.** ACH⟨A⟩EMENIVMQVE COSTVM] Ach⟨a⟩emenii Persae dicti ab Ach⟨a⟩emene rege (*ex Porph.*). Vnde costum uenit (*A Γ′ b V*

**45.** INVIDENDIS POSTIBVS] Ambitiosis ianuis, ut est (*Verg. georg.* II 463):

Nec uarios inhiant pulchra testudine postes

(*A Γ′ b V*

**45. 46.** NOVO RITV] Ingenti, inuiso (*A Γ′ b*

**46.** SVBLIME ATRIVM] Aut altum aut marmoribus ornatum intellegitur (*A Γ′ b V sim. Porph.*

Moliar (*p*)] [Struam] ut (*Verg. Aen.* I 424):

Molirique arcem (*A Γ′ b V*

**47.** CVR VALLE PERMVTEM SABINA] Idest si sollicitudo careri non potest, nec commutationibus debent augeri diuitiae (*A Γ′ V*

**48.** OPEROSIORES] [Cum magno opere adquisitas] ac si diceret laboriosiores (*A Γ′ b V*

---

## CARM. III 2

METRVM DVOBVS VERSIBVS ALCAICVM, TERTIVS IAMBICVS VT SVPRA, QVARTVS PINDARICVS (*A bis B Γ α*

**1.** ANGVSTAM AMICE P. P.] Hanc oden ad amicos generaliter scribit commonens beatiorem uitam facilioremque esse pauperi, suadens ita adulescentes eorum institui

1 perse *A* 2 achamene *γ* 6 inhiant *bcp*] ineant *A* iniant *Γ′* inniant *V* pulcra *rbV* 10 intell:] *om. b* 11 struam *Γ′* extruam *cp* conor extruere *gloss. b om. A V* ut — arcem *om. r* 12 molliriq. *A* 13 sollicitudo *A*] sollicitudine *Γ′ Vp cons. c* 16 cum — adquisitas *om. A* opere] p̃cio *b* 19 duobus uersibus] in d: *A alt. l. om. B* 20 iambicus ut supra] nouenarius *A a. l.* 21 odem *Aγ, b absciss.* 22 comonens *A* 23 adulescentes *γc*] adulescententes *A* adolescentes *bVp* adolescentem *r* adhulescentes *v* addescendentes *α*

debere, ut paupertate et exercitio ad militiam firmentur (*AΓ'αbV ex Porph. sed additis ineptiis*

Angustam a. (*V*)] Arduam, difficilem (*ΓbVp*

2. PVER] Pro filio posuit, ut Vergilius (*Aen.* IIII 94):

Tuque puerque tuus (*AΓb*

3. PARTHOS] Pro quibuslibet hostibus (*AΓ'bV ex Porph.*

4. METVENDVS HASTA] Conto (*AΓ'V, eras. in b*

5. SVB DIO] In campo, ut (*Verg. Aen.* VIII 28):

Gelidique sub aetheris axe (*AΓ'bV*

5. 6. IN TREPIDIS REBVS] Aut in bellis, in quibus semper trepidatur, aut in periculosis laboribus (*AΓ'bV*

Sic educatum adulescentem, inquit, ita clarum esse debere gloria bellicarum rerum, ut etiam mulieribus et puellis hostium notus sit ipsa adsiduitate bellandi (*AΓ'αbV ex Porph.*

9. SVSPIRET] Idest cum illum prospexerit, timore suspiret, ne aut maritus eius aut sponsus militem Romanum prouocans nescius bellicae artis intereat (*AΓ'αbV*

Ordo est: prospiciens illum ex hosticis moenibus matrona bellantis tyranni et adulta uirgo suspiret: 'Eheu, ne regius sponsus rudis agminum lacessat leonem asperum tactu, quem rapit cruenta ira per medias caedes' (*Γ'αbV*

12. PER MEDIAS RAPIT IRA C.] Seruauit metaphoram, ut, qui Romanum militem leoni comparauerat, adderet impetum, ut (*Verg. Aen.* VIIII 552):

Contra tela furit (*AΓ'bV*

1 paupertatē *Aα* excercitio *A* 4 posuit ut] *om. b* uirg: *codd.* 6 hostibus *ArVp*] hostibus posuit *γv schol. om. c* 9 ut—axe] *om. b* 10 etheris *A* 13 educatum inquid (inquit) ad: *Vc* educatum dicit ad: *p* adulescentem *AΓc*] adhulescentem *v* adol: *αbVp* 15 adsid: *A*] assid: *Γ'αbVcp* 19 bellice *A* 24 metaforam *AvV* methaphoram *cp, recte Γb*

**13.** DECORVM EST PRO P. M.] Vt est (*Verg. Aen.* XI 24. 25):

> Qui sanguine nobis
> Hanc patriam peperere suo (*AΓb*

**14.** MORS ET FVGACEM PER. V.] Ostendit eos magis periclitari, qui fugiunt (*AΓ′bV ex Porph.*

Et fugacem (*νVp*)] Qui fugat, agentis est, non patientis (*γνVp*

**15. 16.** IVVENT⟨A⟩E POPLITIBVS] Pro quibuscumque membris posuit posterioribus, quae uulnerari solent his, qui in praelio fugiunt. Ab eo enim, quod est iuuenta, huius iuuentae declinatur (*AΓ′bV*

**16.** TIMIDOVE TERGO] Hoc est: fugientium, ut (*Verg. Aen.* VIIII 763. 764, *sed parum accurate*):

> Et in tergum fugientibus ingerit hastas

(*AΓ′αbV*

**17.** VIRTVS REPVLSAE NESCIA] Virtutem per se claram ornare honores dicit, non ornari ab honoribus. Repulsam uero meruisse dicebantur, qui honorem petentes repudiati fuissent. Quod cum euenisset Catoni claro uirtute, sui conscius corruptum populi iudicium contempsit, et hoc tamen iuxta Stoicorum sectam, qui dicunt uirtutem solam sufficere ad beatam uitam. Modo uero repulsa generaliter accipienda est: uirtutem infamem ac sordidam numquam esse posse (*AΓ′αbV cons. Porph.*

SORDIDAE] Humilis [et infamis] (*AΓ′b*

**18.** INTAMINATIS HONORIBVS] Incorruptis aut sine macula repulsae (*AΓ′bV*

1 dequorum *A* ut] antipophora est ut *b* 5 magis] maxime in bello *b Porph.* 11 iuuentas *A* 12 huius] *om. V* iuuente *A* 17 uirtutes *b* 18 dicit non ornari] non ornari (hornari *Vp*) dicit *Vcp* 20 uirtutis suae (sue *c*) *Vc* 21 iuditium *Ab* iudicum *V* 23 repulsa generaliter *AΓ′αb*] gen: rep: *Vcp* 26 et infamis *om. A*

**19.** AVT PONIT SECVRES] Secures pro fascibus posuit aut pro potestate, ut (*Verg. Aen.* VI 824. 825):

Saeuumque securi
Aspice Torquatum (*AΓ′bV*

**20.** ARBITRIO POPVLARIS A.] Hic, inquit, talis, dum in se haberet honorem, nec ex populi potestate sumit nec ab alio dignatur accipere (*AΓ′bV cons. Porph.*

POPVLARIS AVRAE] Populi fauore, ut Lucanus (I 132. 133):

Popularibus auris
Inpelli plausuque sui gaudere theatri,

et alibi (*Verg. Aen.* VI 816):

Nunc quoque iam nimium gaudens popularibus auris

(*AΓ′αbV*

**21.** RECLVDENS CAELVM] Aperiens etiam caelum, ut (*Verg. Aen.* VI 130):

Ardens euexit ad aethera uirtus (*AΓ′V sim. b*

**22.** NEGATA VIA] Vt Vergilius (*Aen.* VI 16):

Insuetum per iter (*AΓ′b*

**23.** COETVSQVE VVLGARES] Vilium hominum consortia (*AΓ′b*

**24.** SPERNIT HVMVM] Vt Vergilius (*Aen.* VI 732):

Terrenique hebetant artus,

et alibi (*georg.* III 8. 9):

Qua me quoque possim
Tollere humo (*AΓb*

1 secures *et* aut pro potestate *om. b* 3 seuum *A* -que] q *A* secuti *A* 5 inquit *Abv*] inquid *Γ* itaque *Vcp* dum se in se *A* 8 aure *A, recte Vp* fauore *Vc*] fauorem *cett.* 11 inp: *AΓ*] impelli *αVcp* 15 celum *A* ut — uirtus] *om. vVcp* 18 uirg: *codd.* 20 cętusq. *A* 22 uirg: *codd.*

FVGIENTE PINNA] Tamquam ipsius uirtutis fama terras fugiens caelum petat (*AΓ′bV*

**25.** FIDELI TVTA SILENTIO] Ostendit uirtutem etiam tenacem secreti (*AΓ′V*

**26.** Ordo est: uetabo, sit mecum sub eisdem trabibus et soluat mecum fragilem phaselon, qui uulgauit sacrum archanae Cereris (*Γ′αbV*

QVI CERERIS SACRVM] Sacra Cereris mistica erant, nec uulgari licebat pro hoc, quod occulte consiliis usa est, donec filiam reperiret. Vnde Vergilius (*Aen.* III 112):

Et fida silentia sacris.

Et ideo dicit se cum sacrilego nec nauigare nec manere uelle, ne inuoluatur illius poena (*AΓ′αbV*

**28.** SIT TRABIBVS] Aut tecto aut nauigio (*AΓ′b*

**29.** SOLVAT PHASELON] Soluere dixit nauem in pelagus dimittere (*AΓαV; v deficit usque ad c.* III 4, 15

'Phaselon' uelox et oblonga nauis est. Vt Vergilius (*georg.* IIII 289):

Et circum picta uehitur sua rura phaselo

(*AΓαbV*

S⟨A⟩EPE DIESPITER] Diespiter Iuppiter dicitur uelut diei pater (*AΓV*

**30.** NECLECTVS INCESTO ADDIDIT INTEGRVM] Idest ad supplicium incesti idest noxii addidit innocentem, quod est coniuncxit (*AΓbV*

**31.** Antecedentem (*V*)] Praeeuntem (*ΓbV*

5 est *γαb*] *om. rvVcp* 6 phaselum *b* 10 reperiret *rVc*] repperiret *γbv* aperiret *A* uirg: *codd.* 13 pęna *A* 15 nauim *b* 17 phaselum *α* uirg: *codd.* 19 pictis . . . phaselis *α* pictis s. r. f. l. *V* ueitur *A* 21 diespiter] *om. Γ* 23 nec lectus *A* 24 suplicium *A* idest] *om. Ac* quod est *A*] idest *ΓbV* 25 coniu$^{c}$nxit *A* coniuncxit *γ* coniunxit *cett.*

RARO ANTECEDENTEM S.] Tamquam raro poena deserat scelestum et quamuis tarde, tamen puniat meritum, nec ab eo possit euadi uel effugi, ut Vergilius (*Aen.* VI 569):

Distulit in seram commissa piacula noctem (*AΓαb*

---

## CARM. III 3

METRVM ALCAICVM SIVE IAMBICVM (*AΓb*

**1.** IVSTVM ET TENACEM PROPOSITI VIRVM] In secta Stoica hoc dicitur: iustum uirum honestique propositi non terreri ciuium opinionibus uel minis exigentum, ut aliquid forte rationi contrarium fiat (*AΓαb V ex Porph.*

Ordo est: iustum uirum solida mente et tenacem propositi non quatit ardor ciuium praua iubentium (*ΓV*

TENACEM] Constantem in bono proposito (*AΓbE*

**2.** NON CIVIVM ARDOR] Seditio iniqua imperantum (*AΓbV*

**3.** Non uultus (*Vp*)] Seueritas (*ΓbEV*

INSTANTIS TIRANNI] Mentem solidam dicit iusti et tenacis uiri non permoueri minis tyranni, et hoc auget per enfasin, et gradus a populo ad regem, a rege ad elementum, ab elemento ad deum, a deo ad mundum (*AΓαb*

INSTANTIS TYRANNI] Aut inminentis aut terrentis (*AΓαb sim. Vcp omissis* aut . . . aut *cons. γ altero loco*

1 pęna *A* 2 tardo *A* nec ab eo] necareo *A* ut] *om. Vcp* uirg: *codd.* 4 mortem *b* 8 hoc] *om. Vcp* 9 exigentum *K.*] exigendum *codd.* exigentium *edit.* 11 solida] honestique propositi solida *V opp. cp* 12 non quatit] *om. V opp. cp* iubentium & cetera *γ* 14 imperantum *K.*] sperantū *A* sperantium *cett. c* imperantium *bp* 17 mentem — tyranni] *om. Vcp* 18 tiranni *A* 19 enfasin *AΓαbEVc*] emphasim *p* gradus *AΓαbV*] graditur *cp* 20 addeo *A* 22 instantis autem tyr: *Γα* tiranni *A*

**4.** MENTE QVATIT SOLIDA] Mentem solidam dicit iusti et constantis uiri, qui minis non quatitur tyranni, aut certe mentem pro consilio intellegi uoluit, ut Vergilius (*Aen.* XII 554):

Hic mentem Aeneae genitrix pulcherrima misit

(*A Γ a V*

SOLIDA] Fixa (*A Γ b*

**5.** DVX INQVIETI] Scilicet Austro duce; unum enim pendet ex altero (*Γ E V*

TVRBIDVS ADRIAE] Cuius conmotionem mare sequatur. Vt Vergilius (*Aen.* II 205):

Incumbunt pelago

et (*Aen.* I 86):

Vastos uoluunt ad litora fluctus (*A Γ a b V*

Masculini generis est Hadria (*Γ b V*

**7.** SI FRACTVS I. O.] Ad enfasin animi constantis [ut] Lucanus (II 290. 291):

Si, cum ruit arduus aether,
Terra labet,

et alibi (*Lucan.* II 58):

Per fulmina decidat aether (*A Γ a b V*

**9.** HAC ARTE POLLVX] Hac animi uirtute (*A Γ cons. b Porph.*

2 constrantis *A* tiranni *A* 3 uirg: *codd.* 5 hic — misit] *aliter cp qui haec exhibent* (= *Verg. Aen.* V 827. 828): Hic patris Aeneae suspensam blanda uicissim Gaudia pertemptant mentem eneę *A* g. p. m. *V* 8 enim *Γ E*] *om. Vcp* 10 conmotionem *A*] comm: *cett.* 11 ut — fluctus] *om. Vcp* uirg: *codd.* 14 litora *Γ V*] littora *A a* sydera *b* 15 adria m: g: est *Vp* adrię *r b* 16 fractis *A* enfasin *A Γ a b Vc*] emphasim p 17 ut *om. A* 20 et — aether] *om. Vcp*

ET VAGVS HERCVLES] Qui omnem orbem peragrauerit (*ex Porph.*), ut Vergilius (*Aen.* VI 801):

Nec uero Alcides tantum telluris obiuit,

et alibi (*Lucan.* IIII 610. 611):

Terras monstris aequorque leuantem
Alciden (*AΓbV*

**10.** Enisus (*V*)] Incumbens (*ΓbVcp*

ENISVS] Vt Vergilius (*Aen.* VI 130):

Aut ardens euexit ad aethera uirtus (*AΓbE*

ARCES IGNEAS] Caelum (*AΓbE*

**11.** QVOS INTER AVGVSTVS R.] Semidei dicebantur, qui ob merita deorum adhibentur conuiuiis, quod Horatius modo Augusto dedit, sicut Vergilius Aeolo (*Aen.* I 79):

Tu das epulis adcumbere diuum (*AΓbV*

**12.** PVRPVREO ORE] Pulchro, ut est (*Verg. Aen.* II 593):

Roseoque haec insuper addidit ore (*AΓbEV*

NECTAR] Potus numinum (*AΓbV*

**13.** HAC TE MERENTEM] Vtrum qui ad hoc meritum peruenerit uirtutis uia, an merentem quasi militantem? (*AΓbEV ex Porph.*

2 uirg: *codd.* 3 t. t. o. *V* obiuit *Γbc*] obibit *Ap* 4 et — alciden] *om. Vc* 5 equorque *A* leuantem *A*] leuandum *Γb* 6 alciden *brV*] alcidem *Aγ* 8 uirg: *codd.* 9 aut ardens] ardens· ut ardens *A* 10 celum *A* 11 semidei — conuiuiis] *absciss. b* 12 meritis *Ar* deorum] doꝝ *A* adhibentur *Aγ*] adhibebantur *rVcp* 13 oratius *A* mōdo *A* dedit] *parum liquet A* sicut] ut *Vcp* uirg: *codd.* 15 adcumbere *r*] a. *V* accumbere *Aγbcp* 16 pulcro *EVc, b absciss.* 18 hec *A* 20 utrū q *A*] utrumque *ΓbE* utcumque *V* ut cunque *c* utrum *p; editiones falsissime*

**14. 15.** INDOCILI IVGVM COLLO T.] Potentiae numinis dedit iugo feras subdere, [ideo] quantum ad mortales indociles, quantum ad potestatem Dionysi ex more doctas (*AΓab cons. Porph.*

**15.** Hac (*V*)] Virtute animi (*ΓbEV*

**16.** MARTIS EQVIS A.] Quirinum siue Romulum in honorem Augusti laudat, et ipsum ut Martis filium deum pro uirtute factum Acherontem mortuis deputatum uitasse confirmat. 'Equos' uero 'Martis' pro pugnandi insigni posuit (*AΓabV*

**17.** CONSILIANTIBVS] Idest consilium habentibus diis de recipiendo Romulo in numero deorum (*AΓbEV cons. Porph.*

**18.** ILION ILION] Repetitio nominis interdum iracundiam, interdum laudem significat, ut Vergilius (*ecl.* 7, 70):

Ex illo Coridon, Coridon est tempore nobis (*AΓbV*

**19.** FATALIS I. Q. IVDEX] Alexander, per quem deberetur exc⟨indi⟩ Ilium, ut (*Verg. Aen.* VI 515. 516):

Fatalis equus saltu super ardua uenit
Pergama (*AΓbEV*

Ordo est: fatalis et incestus iudex et peregrina mulier uertit in puluerem Ilion, Ilion, damnatum mihi et castae Mineruae cum populo et fraudulento duce, ex quo Laomedon destituit deos pacta mercede (*ΓbV*

3 dionisi *Aα* dionisii *ΓbVc* dionysii *p cf.* III 1, 17. 18 9 pugnando *A* pugnandi *cett.* insigni *K. conl. schol. c.* III 11, 33. 34 *et al.*] insigne *codd.* 11 idest] *om. Vcp* 12 numero *Aγ*] numerum *rbEVcp* 15 laud *A* uirg: *codd.* 18 deleretur et alium *c* deberetur excidium *Hauthal* deleretur Ilion *edit. uet. et Pauly* 19 excilium *E* exilium *b*, *cum signo dubitationis* exilium *AγVp* exillum *rp*, *corr. K.* ut] et *A*

20 eq$^{u}$s *A ortum ex* equ$^{u}$os?, equus *ΓbV om. E* 23 damnatum *rcp*] dampn: *γbV*

**20.** ET MVLIER PEREGRINA V.] Helenam peregrinam dixit ad exaggerationem, ut Vergilius (*Aen.* IIII 211):

> Femina, quae nostris errans in finibus (*AΓbEV*

**22.** MERCEDE PACTA L.] Laomedon enim pro murorum Troiae perfectione non soluerat uotum numinibus promissum; unde et Vergilius (*Aen.* IIII 541. 542):

> Necdum
> Laomedonteae sentis periuria gentis? (*AΓV*

**23.** DAMNATVM MINERVAE] Traditum, destinatum ad perdendum, ut in Vergilio (*Aen.* II 612. 613):

> Hic Iuno Sc⟨a⟩eas s⟨a⟩euissima portas
> Prima tenet,

et (*uu.* 615. 616):

> Tritonia, respice, Pallas
> Insedit.

Bene autem 'castae', quod (*u.* 19) 'incestus iudex' dixerat (*AΓabV*

**24.** DVCE FRAVDOLENTO] Vel Laomedonte uel Priamo (*AΓbE*

**25.** IAM NEC LACEN⟨A⟩E ADVLTERAE] Helenae, Menelai uxoris, quam Alexander pulcritudine sua et ornatu persuasam rapuit (*AΓEV*

**26.** FAMOSVS HOSPES] Infamis, qui fidem uiolarit hospitii, hospitis coniugem rapiendo (*AΓV*

NEC PRIAMI DOMVS] Domum pro genere posuit. Paris enim Priami filius fuit (*AΓbV*

**28.** H[A]ECTOREIS OPIBVS] Vt (*Verg. Aen.* VIIII 155):

> Decimum quos distulit Hector in annum.

2 exagerationem *A* uirg: *codd.* 4 mercede paicta *A* 5 troie *A* 6 uirg: *codd.* 10 uirg: *codd.* 11 iuno] siuno *A* 13 et — insedit] *om. Vcp* 16 incastus *A* 21 pulcritudine *AEV*] pulchr: *Γ*

Opes autem pro auxiliis ponuntur, tamquam sint auxilio Hectoris uicti. Vt Terentius (*Andr.* III 1, 15):

Iuno Lucina, fer opem, serua me, obsecro

(*A Γ a b V*

REFRINGIT] Vt (*Verg. Aen.* II 13):

Fracti bello (*A Γ b E*

**29.** NOSTRISQVE DVCTVM SEDITIONIBVS ⟨B.⟩] Idest bellum quod tantum fuerat, ut et deorum seditionibus, hoc est discordiis et dissensionibus, per decennium traheretur (*A Γ a b V*

**30.** BELLVM RESEDIT] Finitum est, ut (*Verg. Aen.* VII 27. 28):

Omnisque repente resedit
Flatus (*A Γ b V*

**31.** ET INVISVM NEPOTEM] Odiosum sibi Romulum dixit. Nepos enim Iunonis fuit per Martem, quem Martem Iouis et Iunonis filium Homerus adfirmat. Per genus autem Romuli Carthago deleta est (*A Γ a b V*

**32.** TROICA QVEM PEPERIT] Troiana. Ilia enim de genere Troiano fuit, ut (*Verg. Aen.* I 273):

Donec regina sacerdos (*A Γ a b V*

**33.** MARTI REDONABO] Idest quamuis sit de Troiano genere, patri suo Romulum regnare concedam (*A Γ a V*

**34.** I. S.] Permittam, inquit, indigetem fieri (*A Γ b Vcp*

Inire (*Vcp*)] Deificari (*r Vcp*

DISCERE NECTARIS S.] [Idest] deorum conuiuiis etiam interesse permittam (*A Γ V*

1 sint *Vp*] sine *c om. A Γ a b* 2 hectoris *A Γ a b*] *om. Vcp* uicti t uiti *r* xiti *a* uti *γ* uati *A* uiti *Vc* uitae *p* usus *b* 7 idest bellum *A om. cett.* 9 discensionibus *A* 17 adf: *r*] affirmat *A a b Vcp* afirmat *γ* 18 carthago *Ap*] cartago *Γ a b V defic. c* 19 troiana] idest ilia filia numitoris *b* 24 indigenam *A Γ b V* indigetem et dignum *c* indigētem *p* 25 deificari *K.*] deificare *p* edificare *r Vc* 26 d$^{u}$ıſcere *A* idest *V om. A Γ*

Ducere (*Vcp*)] Propinare, potare (*ΓbV*

**35.** ET ADSCRIBI QVIETIS] Philosophi enim hanc beatitudinem diis dederunt, qua eos otiosos esse et nihil curare, nec alicuius rei sollicitudine teneri dicant, semel mundo lege disposito. Vnde Vergilius (*Aen.* IIII 379. 380):

Ea cura quietos
Sollicitat (*AΓαbV*

**37.** DVM LONGVS INTER S.] Tolerabilius se ferre confirmat, ut, longo spatio maris interiecto, Romae regnent potius Troianorum nepotes, quam ut Ilion fruatur imperio (*AΓbV*

**38.** EXVLES] De exulibus nati (*AΓ*

**39.** REGNANTO] Pro 'regnent' ut 'sunto' pro 'sint' (*AΓ*

**40.** DVM PRIAMI PARIDISQVE BVSTO] Vt Vergilius (*Aen.* XII 828):

Occideritque sinas cum nomine Troia,

et alibi (*Aen.* III 11):

Et campos, ubi Troia fuit (*AΓ*

**41.** Insultet (*bV*)] Libere superuagetur (*ΓbEV*

INSVLTET ARMENTVM] Conculcet, ut (*Verg. georg.* III 117):

Insultare solo et gressus glomerare superbos,

et alibi (*georg.* IIII 10. 11):

Neque oues haedique petulci
Floribus insultent (*AΓbEV*

1 potare *c*] potari *r* potiori *γb* potiri *Vp*   5 disposita *A*   uirg: *codd.*   11 ilion *A*] ilium *Γ* illum *V* iḷlium *b* illo *cp*   14 pro — sint *A*] futurum ꝓ pręsenti ut sunto ꝓ sint *r* ut sunto ꝓ sint futm̃ ꝓ p̄senti *γ*   16 uirg: *codd.*   21 libere] *om. b*   25 et alibi — insultent] *om. EVcp*   26 hedique *A*   petulcis *A*

**41. 42.** FER⟨A⟩E INVLTAE] Inlaesae, securae. Siluosis enim et desertis locis ferae catulos tuto celant, ut (*Verg. georg.* II 471):

Siluas et lustra ferarum (*AΓbV*

**42.** STET CAPITOLIVM] Subauditur 'dummodo Ilium ruat' (*AΓbV*

**43.** TRIVMPHATISQVE POSSIT] Triumphatis species participii est; ut (*Verg. Aen.* VI 793):

Regnata per arua

et (*Aen.* III 125):

Bacchatam Naxon

et (*Aen.* VI 836):

Triumphata Corintho (*AΓbV*

**44.** MEDIS] Medos hic pro omnibus gentibus posuit, ac si dixisset: per triumphum subditis hostibus leges inponat (*AΓαbV*

**45.** HORRENDA] Pro 'metuenda omnibus gentibus' (*AΓE cf. Porph.*

**46.** EXTENDET ORAS] Vt est (*Verg. Aen.* I 279):

Inperium sine fine dedi (*AΓE*

QVA MEDIVS LIQVOR] Gaditanum mare dicit; inde enim incipit Europa secerni a Libia (*AΓαbV ex Porph.*

Ab Afro (*V*)] Ab Africa, idest per quae loca diuiduntur Europa et Africa, duae partes mundi (*ΓαbEV*

**48.** QVA TVMIDVS RIGAT A. N.] Dum inflatur, ut riget (*AΓE cons. Porph.*

1 inlese *A* illę *b* 7 triumfatisque *A* triumphatis *A V*] *om. Γb* 11 baccatā *A* naxom *Aγ* 13 corinto *Ar* 15 inponat *Aγ*] imponat *αVcp* imposuit *r* 17 pro *A*] *om. ΓE* 20 inperium *A*] imp: *ΓE* 23 idest — mundi *γbEV*] *om. rα*

**49.** AVRVM INREPERTVM] Aurum etiam Roma contemnet, quod multo utilius est hominibus, cum latet adhuc sub terra; minus enim causas auaritiae praestat. Fortiorem ergo dicit Romam contemnendo aurum fore, quam in usus cogendo. Veteres enim Romani et hoc plurimum potuerunt, quod amatores paupertatis diuitias posthabebant (*AΓαV sim. b Porph.*

SIC MELIVS SITVM] Nondum repertum (*Aγ*

**50.** Spernere fortior (*p*)] Ipsa scilicet Roma (*Γb Vp om. c*

SPERNERE FORTIOR] Quod fortis animus spernere debet, quam in usus cogere, ut (*Verg. Aen.* VI 843. 844):

Paruoque potentem Fabricium (*AΓbEV*

Ordo est: fortior spernere aurum inrepertum et sic melius situm, cum terra celat, quam cogere in usus humanos dextra rapiente omne sacrum (*ΓbV*

**52.** Sacra enim omnium gentium rapuerunt Romani, non modo aurum (*ΓbEV*

RAPIENTE DEXTRA] Dextram aut pro auaritia posuit aut pro bello. Vergilius (*Aen.* III 56. 57):

Quid non mortalia pectora cogis,
Auri sacra fames?

et Iuuenalis (13, 24):

Atque omni ex crimine lucrum
Quaesitum (*AΓαbV*

1 contemnet *Aαcp*] contempnet *ΓV* 4 contē//nendo *A* contempnu: *ΓV, recte cp* contempto *α* fore *ΓαVcp*] esse *A* 7 post *γαbp*] pos *r* p̓ *AV*, *defic. c* 16 usus h: *Vcp*] h: usus *r* umanos, *om.* usus, *γ* 19 non modo aurum *ed.*] non aurum *ΓbEc* ·ñ aurum *V* in aurum *p* 21 uergit *A*] uirg: *cett.* 23 fames *Arαbcp*] famis *γ* famẽ *V* 24 et iuu: — quaesitum] *om. Vcp* 26 quesitum *A*

**53.** TERMINVS OBSTITIT] Finis naturae, quo mundi spatia terminantur; ad hunc armis perueniri ambitu gloriae siue auri cupidine (*AΓbV*

**55.** DEBACCHENTVR IGNES] Cecaumenen dicit inhabitabilem, ut (*Verg. georg.* I 234):

Torrida semper ab igni;

in qua ita incendium, ut furor bacchantibus dominetur, ideo dicit 'debacchentur' (*AΓbV*

**56.** PLVVIIQVE RORES] Septemtrionalem significat cardinem, hoc est niualem, ut (*Verg. georg.* I 236):

Glacie concreta atque imbribus atris (*AΓV sim. b*

**57.** BELLICOSIS] Pugnacibus (*AΓb*

**58.** HAC LEGE DICO] Constituo, sancio Romanis hoc ius fatorum, ut pernitiosum habeant per se reparari Troiam (*AΓbEV*

NE NIMIVM PII] Qui uelint praestare parentibus contra uoluntatem deorum (*AΓV sim. b*

**59.** REBVSQVE FIDENTES] Confisi potentia (*AΓ(rb)*

**62.** Ordo est: fortuna Troiae renascens lugubri alite, iterabitur tristi clade me coniuge et sorore Iouis ducente uictrices cateruas (*ΓbV*

TRISTI CLADE] Hoc quidam (= *Porph.*) ideo dictum uolunt, quod Fimbria, legatus Cinnae, Ilium temporibus Syllanis oppugnauerit ac diruerit, qui mox seditione militum peremptus est (*AΓαV, absc. b*

ITERABITVR] Repetetur (*AΓbE*

3 siue *Ac*] sine *ΓbVp Hauthal;* 'siue' = *Ciceronianae aetatis particula* 'aut' 4 cecaumenen *Arb* ceucamen *γ* cecanmenen *V* cecaumen *c* ceraumenon *p* 7 bachantibus *rbV* 8 dicit debacchentur *p*] dicit debachentur *c* dicit bachentur *rV* dibachentur *A* dicit baccentur *γ* dicit BacHaNTVR *b* 9 sept: — niualem] *aliter b* septemtr: *Aγ*] septentrionalen *rV* 11 glatie *A* inbrib. *A* 13 sanctio *A* 14 pernit: *AΓbE*] perniciosum *V* 19 est *γVp*] *om. rc absc. b* 23 finbria *A* 24 sillanis *AΓαVc* syllanis *p*

**64.** CONIVGE ME IOVIS ET SORORE] Vt Vergilius (*Aen.* I 46. 47):

Iouisque
Et soror et coniunx (*AΓ*(*rb*)*cp*

**65.** TER SI RESVRGAT] Hic aut quotiens reparata fuerit Troia diruendam dicit, ut finitum pro infinito ponat, aut tertio significat Troiam perisse, semel ab Hercule, secundo a Gr⟨a⟩ecis pro Helena, tertio a Fimbria (*AΓαbV*

**67. 68.** ET VXOR CAPTA VIRVM] Quidam Andromachen intellegi uolunt propter Hectorem et Astianacta (*AΓbEV*

**69.** NON HOC IOCOS⟨A⟩E CONVENIAT LIRAE] A Iunonis uerbis in se poeta conuertitur (*AΓbV ex Porph.*

Non hoc iocos⟨a⟩e (*V*)] Idest non talia conueniunt nostrae propositioni (*ΓbV*

**70.** PERVICAX] Vel licentiosa (*cons. Porph.*) uel reprehensibilis (*AΓbEV*

**72.** MODIS] Metrorum modulationibus (*AΓbV*

---

## CARM. III 4

METRVM QVOD SVPERIVS (*ABΓαb*

[YMNVS IN MVSAS DVO VERSVS ALCAICI, TERTIVS NOVENARIVS, QVARTVS PINDARICVS (*A*]

**1.** DESCENDE CAELO ET DIC AGE T.] Propterea dixit 'descende caelo', tamquam iam uelit Musam transire a

1 uirg: *rbcp* 4 coniunx *rbc*] coniux *Ap* 5 aut *A*] *om. b* autem *ΓαVcp* reparatum est ilium *b* 6 troia *A V*] *om. Γα* diruendam *αVcp*] diruend̄ *A* diruendum *Γ* 7 troiam sign: perisse *Vcp* ercule *A* 8 fim̄bria *A* (= fimenbria) 11 astianacta *γbEVcp*] hastianacta *Ar* 13 iocose *A* 17 uel *AγE*] *om. rVcp* uel *AγbE*] *om. rVcp* 19 mod: metrorum *Vcp* 21 supra *Br* 24 propterea *A* 25 celo *A*

uerbis Iunonis, quae eam uelut in caelo habuisse ostenderet (*AΓbfEV ex Porph.*

Descende caelo (*Vp*)] Idest desine loqui de diis (*ΓVcp sim. E*

Ordo est: tibia, descende caelo et Calliope regina, age dic longum melos (*Γ*(*γb*)*Vp*

**2.** CALLIOPE MELOS] Melos specialiter dici uolunt cantum pastoralem (*AΓbV*

**3.** ACVTA] Sonora, liquida, conueniente melodiis (*AΓbfEV*

**5.** AVDITIS] Dum ad solam Calliopen loqueretur, dixit 'auditis', ut est et (*Verg. Aen.* VIIII 525):

> Vos, o Calliope, precor, adspirate canenti;

et quasi deae praesentiam se sentire ait, tamquam uenerit inuocata, quod appellatur enthusiasmos (*AΓαfVcp*

AN ME LVDIT] Velut interrogans sodales suos posuit (*AΓbfEV*

**6.** INSANIA] [Idest] furor poetarum (*AΓ*(*γbf*)

Idest an, dum spero me audiri a te et non audior, decipior dulci amore poetrico? Ordo est: uideor audire, et uideor errare per pios lucos (*ΓbfEV*

AVDIRE ET VIDEOR P.] Tamquam diceret: uere audio cantus uestros, et lucis intersum? an errore mentis imaginor, quem studio concepi poeticae (*ex Porph.*)? aut certe per amoenos lucos Elysii uere uideo Musas errare? (*AΓαbfV*

1 eum *A* 3 idest] *om. γ* de diis *rVc*] deditus *γ* de diuinis *p* 8 carmen pastorale *rb* 9 melodiis *cp*] comoediis *r* cōmediis *γb* comediis *E* cōmodus *A* comedias *V* cōmedas *f* 11 call: *AαV*] caliopen *Γf* 13 calliope *AαVp*] caliope *Γfc* adspirate *A*] aspirate *cett.* 14 et — enth: *om. r* 15 entisiasmos *α* entisiamos *Aγc* æntisiamos *V* enthysiamos *p* entysiamos *f* 16 ueluti *bf* 18 idest *om. A* 23 errorē *A* errores *α* 24 poetice *Aγαfp* poeti[r]cę *r* poetrico *V* poetico *c Porph.* poetrice *b* 25 menos *A* elysii *b*] elisii *A cett.*

⟨Videor audire⟩] Idest uidetur mihi audire (*ΓbEVp*

⟨Audire⟩] Scilicet cantus uestros (*ΓbfEVcp*

**7.** ERRARE PER LVCOS] Per nemora Musarum (*AΓbfE*

**8.** SVBEVNT] Praeterfluunt (*AΓb*

**9.** ME VOLTVRE] Voltur mons est Apuliae; fabulosam uero nutricem appellauit, quod hae fere alumnis suis narrare fabulas solent (*AΓαbfV ex Porph.*

**10.** LIMEN APVLIAE] Prouinciae nomen pro nutricis posuit, quia inde fuit Horatius (*AΓbfEV*

Ordo est: me puerum fatigatum ludo et somno (*cons. Porph.*) texere palumbes noua fronde in Volture Apulo extra limina Pulliae fabulosae nutricis (*ΓαbfVcp*

**12.** FRONDE NOVA] Viridi, non antiqua nec arida, quae odore et umbra somnos nutriret, ut est (*Verg. Aen.* I 694):

Et dulci aspirans conplectitur umbra (*AΓbfV*

**14.** CELSAE ACHERONTIAE] Acherontia ciuitas est Apuliae contermina Lucaniae, quam nidum ob hoc appellauit, quia parua est et in montis condita summitate, sicut nidi auium in summis arboribus (*AΓαV cons. bf*

**15.** SALTVSQVE BANTINOS ET ARVVM] Bantia ciuitas Apuliae fuit (*ex Porph.*) contermina Venusinae ciuitati. Huius territorium pascuis amoenatur, cui campi subiecti siue uicini sunt, qui Matini appellantur nunc abusiue (*AΓαbfV*

1 audire *Vp*] quod iam *r* ut audiam *γbfE* 3 musis sacrata *b* 7 narrarē *A* 8 solens *A* 9 lim̄ in appulię *A* prouintiae *A* genitricis *γ* 10 fuit h: *Ar*] hor: fuit *γbfEVcp* or: fuit *r alt. l.* 11 somno et ludo *Vcp* 12 uolture *Γ*] uulture *αbfVc cons. p* 13 limina] limen *rαfc* pulliae *b*] pullie *γ* apuliae *rαfVp* apulie *c* 17 dulci aspirans *cp*] dulciaspirans *b* dulcia spirans *Af* dulcia spirantis *α* dulcia sperans *ΓV* conplectitur *γf*] compl: *ArαbV* 19 apulie *A* quam — arboribus] *ex Porph.* 20 condita *A*] constituta *ΓαV* 22 bantia *p*] banthia *AΓαVc* bancia *bf* ciuitas est apuliae *rVp* c: e: apulie *c* 24 amęnatur *Aα* 25 matini $V_1$] mathinia *A* mathini *γαbf* manthini *r* mantini *p* bantini $V_2$

**16.** PINGVE] Fertile, ut (*Lucan.* IIII 12):

Pingue solum tumulo (*AΓbf*

HVMILIS FORENTI] Forentum oppidum est Apuliae Venusinae ciuitati uicinum, quod ideo humile appellauit, quia in ualle situm est; sed nunc sine habitatore est (*AΓ'αbfV*

**17.** AB ATRIS CORPORE VIPERIS] Aut ueneno nigris aut tactu letalibus (*AΓbf*

**18.** VT PREMERER SACRA] Tegerer, defensarer. Sacra autem ait non propter solum Apollinem, sed etiam propter se, eo quod paruus extra casae limen expositus lauro myrtoque columbis deferentibus tectus sit, in omen futuri poetae (*cons. Porph.*). Laurus enim dicata Apollini est, myrtus Veneri, quae lyrae erat et luxurioso futura, dum lyrico carmine res Venerias describeret (*AΓ'αbfV*

**20.** ANIMOSVS INFANS] Inpauidus, ut (*Verg. georg.* III 81. 82):

Animosum pectus, honesti
Spadices.

Prodigium autem fauore diuinitatis securitatis suae fuisse confirmat, tamquam si numen sibi inesse uelit intellegi (*AΓ'αbV cons. Porph.*

Ordo est: Camenae, ego infans animosus non sine dis uester tollor in arduos Sabinos et cetera (*Γ'bV*

**21.** VESTER, CAMENAE, VESTER] Vbicumque sum, inquit, uester sum, o Musae, cuius infantiam uos custodisse manifestum est, significans, quod ubique nil aliud quam

4 quod — situm est] *ex Porph.* 7 *solum* atris *lemma in b* 9 tegerer def: *om. α, absc. b* 11 casae *r*] cęsę *V* cese *Av* celsę *p* celse *c* cesa *α, om. γbf* limen] olim *α* expositis *Av* 12 myrtoque *rb*] mirtaque *A* in omen *bc*] in omem *γ* in omnem *p* in nomen *Arαv V* iunonem *f* 13 poete *A* 14 mirtus *A* lire *A* 15 lyr: *bfv*] lirico *A* 21 intelligi *A* 23 est *γb*] *om. rvVp* 24 dis *b*] diis *cett.*

studia scribendo carmina Musarum colat (*ex Porph.*), ut est (*Verg. georg.* II 476):

Quarum sacra fero (*AΓ'αbfV*

**23.** SEV TIBVR SVPINVM] Montuosum, ut (*Verg. georg.* II 276):

Collesque supinos.

Situm autem ciuitatis descripsit, quia in ascensu constituta montis est (*ex Porph.*) (*AΓ'αV*

**24.** SEV LIQVIDAE P. B.] Aut inter aquas constitutae, aut deliciosae, siue puri aeris (*AΓ'bEV*

**25.** Ordo est: me amicum uestris fontibus et choris non extinxit Philippis acies uersa retro, non deuota arbor nec Palinurus Sicula unda (*Γ'bfV*

AMICVM] Amabilem (*AΓ'(γfv) sim. b*

**26.** NON ME PHILIPPIS VERSA A. R.] ⟨Apud⟩ Philippos enim a Bruto et Cassio dimicatum est, in quorum parte et Horatius fuit. Lucanus (I 694):

Vidi iam, Phoebe, Philippos (*AΓ'bfV*

**27.** DEVOTA NON EXTINCXIT ARBOR] Execrabilis et detestanda (*AΓ'E cons. bf Porph.*

**28.** PALINVRVS VNDA] Promuncturium est Siciliae, non a Palinuro Aeneae gubernatore dictum, sed [ab] Annibalis, ubi redeuntem se Horatius de Macedonia periclitatum dixit, qui est et nauibus periculosus locus (*AΓ'αbEV paulum sim. Porph.*

1 colat] colot *A om. f* 8 montis est constituta *vVcp* 10 delitiosę *A* 11 est *γb*] *om. rvVcp* 15 apud *gloss. α interlin. et edit.*] *om. codd.* philippos *Ar gloss. α*] philippis *γbVcp cons. v* 17 lucanus — philippos] *om. vVcp* lucanus *A*] ut *bf om. Γ* 18 uidi iam *br uar.*] uiduam *Arγ* uindicã *f* phębe *A* 21 promuncturium *Av*] promunctorium *ΓαbEVc* promontorium *p* 22 non] nam *A* eneę *A* [ab] *om. A* annibalis *AγbE*] hannibalis *rv* hannibale *Vcp* annibale *α*

**29.** VTCVMQVE] Pro 'ubicumque'; s⟨a⟩epe enim ueteres 'ut' pro 'ubi' ponebant. Vergilius (*Aen.* V 329):

Caesis ut (*AΓ'EV sim. ab ex Porph.*

**30.** INSANIENTEM N. B.] Inquietum (*AΓ'bf*

'Nauita' hic pro 'nauigante' posuit (*AΓ'bE ex Porph.*

Bosphorum (*bV*) Mare a natatu bouis dictum (*Γ'bEV*

**31.** ET VRENTES HARENAS] Calentes. In Syria enim regione Persarum uehementior sol est; ubi et Antonius, dum ad Cleopatram uult reuerti, exercitum morbo perdidit (*AΓ'αfV*

**32.** Ordo est: et ego uiator libens uisam urentis harenas Assyrii litoris et Brittannos feros hospitibus et Concanum laetum equino sanguine (*Γ'bV*

LITORIS ASSIRII VIATOR] Litus etiam camporum extremitatem ueteres dicebant. Vnde [et] Vergilius (*Aen.* II 557):

Iacet ingens litore truncus (*AΓ'bfV*

**33.** Visam (*V*)] In omnibus subaudiendum est (*u.* 29) 'utcumque mecum uos eritis' (*Γ'bfV*

BRITTANNOS HOSPITIBVS FEROS] Inhospitales. Brittani enim inmolare hospites dicebantur (*AΓ'bfV*

**34.** SANGVINE CONCANVM] Concani gens Hispaniae dicebatur, uel, ut quidam uolunt, Thraciae. Quibus dum uinum deesset, lacte et sanguine utebantur. De quibus ait [Vergilius] (*georg.* III 463):

Et lac concretum cum sanguine potat equino

(*AΓ'αbfV cons. Porph.*

2 uirg: *codd.* 3 cesis *A* 5 nauigari te *A* 9 siria *A* assyria *v* assiria *rαVcp* asiria *γ* asyria *f* 11 cliopatram *A* 13 urentis *Γ'*] urentes *b* arentes *V* 14 harenas *bvV*] arenas *Γ* litoris *Γ'*] littoris *bV* brittannos *rV*] britannos *γv* britt | *b* 17 unde] *om. vV* et *Γ om. Abfv V* uirg: *codd.* 22 inhosp: *om. b* brittani *A*] brittanni *rbV* britanni *γvf* 26 de — equino] *om. b* 27 uerg: *Porph.* uirg: *γVcp* poeta *f om. Arbv* 28 et] ut *A*

**35.** Visam (*Vcp*)] In omnibus subaudiendum est: utcumque mecum uos eritis (*Γ′bf Vcp*

PHARETRATOS GELONOS] Gens Scithiae sagittis potens, ut (*Verg. georg.* II 125):

Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris

(*AΓ′bf V*

**36.** ET SCITHICVM INVIOLATVS AMNEM] Tanain (*AΓ′bf V ex Porph.*

INVIOLATVS] Intactus tuitione Musarum (*AΓ′E V*

**37.** Ordo est: uos recreatis Pierio antro Caesarem altum militia, quaerentem finire labores, simul abdidit oppidis fessas cohortes (*Γ′bf V*

VOS C⟨A⟩ESAREM ALTVM] Magnum, fortem, siue triumpho sublimem (*AΓ′fE V*

**38.** FESSAS COHORTES] 'Fessas' hic non lassas, sed a labore requiescentes; ad hiemandum enim de castris ad oppida ducebatur exercitus (*AΓ′αb V*

ABDIDIT OPPIDIS] 'Abdidit' interius recondidit, ut (*Verg. Aen.* VII 387):

Et natam frondosis montibus abdit (*AΓ′bE V*

**39.** FINIRE QV⟨A⟩ERENTEM LABORES] Necessitates bellorum ad praesens releuare (*AΓ′fE V*

**40.** PIERIO R. A.] Musico secreto, ut ostenderet Caesarem poeticae quoque artis studiosum (*AΓ′(rbEν) V cons. Porph.*

**41.** VOS LENE CONSILIVM] Per Musas, idest per studium litterarum intellegi uult mentem sapientia roborari. 'Lene' enim consilium sapientiam ac philosophiae moderationem dicit (*AΓ′αbf V ex Porph.*

3 sithię *A* 5 quidem] q de *A* 7 tanain *Aν*] tanaim *Γbf V* 10 est *γbf*] *om.* *rνV* 15 hic] autem hic *b* 16 requiescentes *A*] quiescentes *Γ′α V*, *item* *b₁* *ut uid., sed absc.* 17 excercitus *A* 18 recondidit *r Vcp*] recondit *AγbE* receđ *ν* ut — abdit *AΓb*] *om.* *νE Vcp* 23 pierio *lemma in b* cesarem *A* 24 poetice *A* 27 mtē *A* (*pro* mtē) 28 leue *A* philosophie *A*

**42.** GAVDETIS ALMAE] Sanctae, ut (*Verg. Aen.* II 591. 664. X 252):

Alma parens (*AΓbf*

**42. 43.** IMPIOS TITANAS] Hic pareguasi ostendit uires sine prudentia non solum uanas esse, sed etiam sibi aduersas (*ex Porph.*). Vnde et Gigantum ponit exemplum, qui inrationabili furore aduersum deos arma sustulerunt (*AΓ'αbV*

Ordo est: scimus, ut sustulerit caduco fulmine impios Titanas, [et] inmanem turbam, unus qui temperat inertem terram et uentosum mare et qui aequo imperio regit tristia regna et urbes et diuos et mortalis turbas (*Γ'bfV*

CADVCO] Ruenti (*Aγv*

**45.** QVI TERRAM] Iuppiter (*AΓ'*(*γbfEv*)

TERRAM IN[H]ERTEM] Aut quae eos genuerit, qui uicti sunt, aut quae iacet semper nec agitatur aut fertur motu aliquo sicuti alia elementa (*AΓ'αbV*

TEMPERAT] Mitigat (*AΓ'E*

**46.** REGNAQVE TRISTIA] De statu suo semper sollicita (*AΓ'bfEV*

**48.** AEQVO] Iusto (*AΓ'bf*

**5.** NEC LOQVAX OLIM] Laus repertoris ab opere, qua dicat neque loquacem lyram neque gratam fuisse, antequam Mercuri doctrina aptaretur ad cantum. Nam et in sacrificiis fidicines adhiberi consueuerant (*AΓαbV*

**7.** DIC MODOS LIDAE] *Ὑπακούεται* 'Mercuri', dic modulationes (*AΓ*

1 lydis *Ar corr. γα* lidis *V* lydes *r pr. b Porph. cf. c.* III 10, 15 amice *A* ordo ÷ hic est *α* autem hic *Aγb*] *om. rVcp* hic] *om. Porph.* est] *om. rc* 2 lydę *A* adpl: *A*] applicet *cett.; absc. b* 3 nam — canendo *om. A, exhib. cett.* 8 adf: *Aγ*] afferre *rbfV* 9 rursum *A*] rursus *ΓαVcp, absc. b* 10 cuius — thebani] *ex Porph.* 11 cithare *A* 12 arcessire *Aα*] accersire *ΓbfVcp* accersisse *Porph.* consuerit *K.*] consueret *AαV* consuere *γ* consueuerit *r* consue| *b* 15 muros *A* 16 tirios *A* 23 mercuri *Aα*] mercurii *cett.* ὑπακούεται *K.*] pacuetę *A* ypacuetate dic *γ* ypa//// *r*

OBSTINATAS] Clausas (*AΓb*

**8.** ADPLICET AVRES] Velut oblectata iungat et adplicet ad audiendum (*AΓV sim. b*

**9.** Trima (*V*)] Trium annorum (*ΓbV*

EQVA TRIMA CAMPIS] Idest iam difficilis ad domandum, unde dictum [est] (*Verg. georg.* II 272):

Adeo in teneris adsuescere multum est (*AΓbV*

**10.** EXVLTIM] Saltuatim (*AΓb*

**11.** PROTERVO] Inportuno, nimio (*AΓ*(*rb*)

**12.** CRVDA MARITO] Intacta, inmatura, siue (*secundum Porph.*) non intempestiua, sed animo cruda, idest crudelis ac per hoc aspera atque horrens maritum (*AΓbV ex Porph. excepto initio*

**13.** TV POTES TIGRIS C. S. D.] Idest oblectatione cantus, quocumque ieris, te sequentes, ut (*Verg. georg.* IIII 510):

Mulcentem tigres et agentem carmine quercus

(*AΓbV*

**15.** TIBI BLANDIENTI] Ypallage figura: tibi blandienti, cum ipse magis blanditus sit, ut Vergilius (*ecl.* 10, 16)

Nostri non poenitet illas (*AΓbV*

**16.** IANITOR AVLAE] Vt (*Verg. georg.* IIII 483):

Tenuitque inhians tria Cerberus ora (*AΓ*(*γb*)

**17.** CENTVM] Finitum pro infinito (*AΓb*

**18.** MVNIANT ANGVES CAPVT EIVS] Vt ait Ennius (*trag. fr.* 442 *M.*):

Angue uillosi canis (*AΓb*

2 applicet *rV* 5 ęqua *A* idest] *om. Vcp* addo morandū *A* 6 unde — est *om. Vcp* [est] *r om. Aγb* 10 cruda *lemma in b* 14 idest *om. V* oblectationē *A* 20 ut — illas *om. Vcp* uirg: *ΓbV* 21 poen: *b*] pen: *cett.* 23 inians *A*

**19.** SPIRITVS TETER] Aut pro uenenis posuit aut pro sanie cadauerum, quibus uesci consueuerat (*AΓbV ex Porph.*

**20.** ORE TRILINGVI] Vt (*Verg. Aen.* VI 417. 418):

Latratu regna trifauci
Personat (*AΓb*

**21.** QVIN ET IXION] Vt (*Verg. georg.* IIII 484):

Atque Ixionei uento rota constitit orbis (*AΓb*

**21. 22.** VVLTV RISIT INVITO] Extorquente cithara dulcedine sui, quod tormentorum necessitas non sinebat (*AΓbV*

**23.** DVM GRATO DANAI PVELLAS] Danai nota fabula, qui fratris ⟨A⟩egisti inuidia, quod omnes ille filios, hic haberet filias, pactis nuptiis filiabus praecepit, ut interimerent acceptos sponsos; quod ab omnibus factum est praeter ab Hypermestra, quae Linceum fuga data seruauit. Ob hoc ergo scelus etiam apud inferos hac dicuntur poena damnatae, ut aquam in pertunsum iugiter dolium mitterent (*AΓαbV*

PVELLAS] Filias dixit (*AΓ ex Porph.*

**25.** AVDIAT LYDE SCELVS] Sensus hic est: audiat Lyde, qua poena damnatae sunt, quae amantibus crudeles fuerunt (*AΓbV ex Porph.*

**28.** SERAQVE FATA] Tardum exitum, ut (*Verg. Aen.* VI 569):

Distulit in seram c. p. m. (*AΓb*

2 sanię *A* consueuerant *A* 8 ixionei *b*] exioni *γ* ixioni *cett.* 10 necessitas *AΓb*] *om. V* pena *cp* 13 aegisti *p*] egesti *γ* eg/// *b* egisti *cett.* 16 adytenestra *A* a clitemestra *Γb* a ditemestra *αV* ab ypermestra *c* ab hipermestra *p* 18 pena *A* damnate *A* dãpnati *b* pertunsum $V_1$] pertusum $V_2$ *cett.*, *absc. b* *cf. schol. Pers.* 2, 56: Acron tradit, quod in porticu quondam Apollinis Palatini fuerint L Danaidum effigies et contra eas sub diuo totidem equestres filiorum Aegypti 20 dixit] *om. Γ* 21 lide *A* 22 lide *A* pena *A* dampnate *V* dãpnatę *b* 26 c. p. n. (*sic*) *Aγ* commissa piacula mortem *rb*

**29.** Sub Orco (*V*)] Idest non solum damnantur in aquae penuria, sed etiam infernali cruciantur igni (*ΓbV*

**31. 32.** DVRO FERRO] Non ad naturam ferri relatum est epitheton, sed ad earum animum, quae dura ac crudeli mente hoc ausae sint, ut (*Verg. Aen.* IIII 366. 367):

Duris genuit te cautibus horrens
Caucasus (*AΓαV*

**32.** PERDERE FERRO] Occidere (*AΓb*

**33.** VNA] Ype⟨r⟩mestra (*AΓb ex Porph.*

**33. 34.** FACE N. DIGNA] Positum [enim] est hoc pro affectionis insigni, tamquam maius praemium feminis non sit (*AΓbV ex Porph.*

Cum facibus enim nuptiae uesperi fiebant apud antiquos (*ΓV sim. b*

**35. 36.** ET IN OMNE VIRGO NOBILIS ⟨A⟩EVVM] Virginem pro muliere posuit (*AΓ*

**38.** NE LONGVS TIBI SOMNVS] Idest mors, ut (*Verg. Aen.* VI 278):

Et consanguineus Leti Sopor (*AΓb*

**41.** Ordo est: quae uelut leaenae nactae uitulos (*cons. Porph.*) eheu lacerant singulos, et est pulcherrima comparatio (*ΓbVcp*

**43.** MOLLIOR] Melior, affectiosior (*AΓ*

**47.** ME VEL EXTREMOS NVMIDARVM IN AGROS] In deserta Numidiae, quae feris plena sunt; aut pro crudelitate Numidas memorauit, ut (*Verg. Aen.* IIII 41):

Numidae infreni cingunt (*AΓαbV*

1 damnantur *rc cons.p*] dampn: *γV* cruciantur *b* 2 cruciantur igni] igne *b* 5 ause *A* 9 ypermestra *Porph.*] ypemestra *A* clitemestra *Γb* 10 enim *Vp cons.c*] *om. AΓb* est hoc] est *b om. A* 11 insigni *γc*] insigne *ArbVp* 13 uesp: fiebant *Γp*] fiebant uesperi *Vc* 15 in omne] nomine *A* 19 et *codd. nostri et schol. Lucan.*] tum *Verg.* lęti *Aγ* loeti *rb* 20 ordo est] *om. b* est *γc*] *om. rVp* 21 et] *om. Γb* est] *om. Γb* 24 ME — NVM:] melis extremis *A* 25 numid///// *A* 27 numide *A*

**50.** DVM FAVET NOX] Vt (*Verg. Aen.* VIII 658): Defensi a tenebris et dono noctis opacae (*AΓb*

VENVS] Amor (*AΓb*

**51. 52.** ET NOSTRI MEMOREM S. S. Q.] Idest per epitaphion in conmemorationem scribe, quod gestum est (*AΓbV cf. Porph.*

---

## CARM. III 12

METRVM [HOC] SOTADICVM DICITVR, VT NVMERVS SIT POTIVS QVAM METRVM. CONSTAT AVTEM EX TRIBVS IONICIS MINORIBVS. ALII RITHMICVM DICVNT; NVMERVS ENIM GRAECE RITHMVS DICITVR. HOC METRVM CONSTAT IONICO MINORE, ET EST DVOBVS PRIMIS VERSIBVS TRIMETRVM, ITA: MISERARVM EST · NEQVE AMORI · DARE LVDVM · NEQVE DVLCI · MALA VINO · LAVERE AVT EX. TERTIVS VERO TETRAMETER SCANDITVR ITA: ANIMARI · METVENTIS · PATRVAE VER · BERA LINGVAE (*ABΓαbV*

**1.** MISERARVM EST NEQVE AMORI DARE LVDVM] Ad Neobulen amicam scribit amantem Hebrum adulescentem, et ⟨hac o⟩de testatur insuauem esse uitam sine hilaritate et amore (*AΓαbV*

Ordo est: Neobule, miserarum est nec dare ludum amori nec lauere mala dulci uino aut exanimari metuentis uerbera patruae linguae (*Γ(γαb)Vcp*

2 a] *om. b* dono] domo *A* opace *A* 4 per] *om. b* epitaphion *Arbp*] epitaphium *c* epitafion *γ* epitheton *V* 5 c̄memorationem *A*] commem: *cett.* 8 metrum — dicitur *om. B, b haec uerba post* 'linguae' *pon. et pro* 'metrum hoc' *scribit* 'Et' hoc *Vcp*] *om. AΓα* 9 constat — minoribus *om. b* ex tribus — constat *om. Vcp cons. c* hionicis *A* 11 constat ex ionico minore *B* 12 duobus *om. V exhib. ABΓbcp* 13 neque dulci — aut ex] *om. A* 14 tetrametes *A* 15 patrue *A* 18 hebrum *α*] ebrum *AγbVcp* hebreum *r* adulescentem *A*] adolescentem *αbV* adhulescentem *Γ* 19 detestatur *AΓαbV*] *emend. K. sec. Porph.* ilaritate *A* alacritate *γ uar. b* 21 et est ordo *b* nec *γαbVp*] neque *c* 22 nec *γαbVp*] neque *c* metuentes *γαb*

**1. 2.** DVLCI MALA VINO LAVERE] 'Lauere' pro 'lauare'; sic enim ueteres declinabant: 'lauit' pro 'lauat' (*ex Porph.*); ut Vergilius (*Aen.* X 726. 727):

Lauit inproba teter
Ora cruor.

Qui uersus non stat, si praeteritum intellegas (*AΓabV*

**2. 3.** METVENTES PATRV⟨A⟩E VERBERA LINGVAE] Sensus est: aut cruciari castigatione uerborum. 'Patruae' autem 'linguae' pro seueritate dixit. Patrui enim adulescentibus corripiendis austeriores solent esse quam patres, quibus natura ipsa indulgentiam plerumque extorquet. Cicero idem pro seueritate censurae (*pro Cael.* 14, 33):

Patruus quidam magister haec diceret: 'quid tibi, mulier, cum Caelio? (*AΓabV*

**4.** TIBI QVALVM] Calathum metonomicos pro lanificio dixit (*cons. Porph.*), tamquam amore et pulcritudine amatoris capta contempneret pensa mulierum (*AΓabV*

**5.** Ordo est: ales puer Cythereae et nitor Liparei Hebri, simul ut lauit unctos humeros in Tiberinis undis, eques melior ipso Bellorophonte, neque uictus pugno neque segni pede, idem catus iaculari ceruos fugientes per apertum agitato grege, et celer excipere aprum latitantem

3 uirg: *codd.* 4 teter] *om. A* 8 castigationem *A* patrue *A* 9 seueritate] securitatē *A* enim *r Porph.*] autem *AγαV, absc. b* adul: *Aγ pr. V*] adol: *rαb* adhul: *γ corr.* 10 esse solent *Vcp, absc. b* 12 idē/ıp *A* idest pro *α* censurae *p*] censura *AΓαV* (censur *c*) *absc. b* 13 patruus — diceret] *non leguntur apud Ciceronem* patruus] paruus *Arb* quidam *Aγbp*] quidem (a *suprascr.*) *r* quidem *αVc* haec *AΓb*] hoc *cp* h̄ *V* h̄c = haec *α* 15 calatum *A* kalathum *b* calathum *cett.* metonomicos *ArαV cons. p*] metonimicos *γ* metinimicos *b, cf. schol. c. s.* 21: metonomiam; *Porph.* metonymicos lanificio *αVp*] laneficio *Ar* lanefitio *γ* lanef/// *b, cf. schol. c.* III 15, 14 16 dic̄ *A*] dixit *ΓV om. α absc. b* pulcr: *AV*] pulchritudine *Γαbcp* 17 contempneret *AΓVαb*] contemneret *c* contemnere *p* 18 liparis *γα om. b* 20 eques *cp*] equis *γαV, absc. b* bellorophonte *γp* bellorophonte̥ *α* bellorofonte *Vc* bellerofonte *b*

alto fruticeto, aufert tibi qualum et aufert tibi studium operosae Mineruae (*Γ(γab)Vc cons. b*

**6.** LIPAREI NITOR HEBRI] Ab insula ⟨Lipare⟩ Liparei, ut si diceret 'Liparensis' (*ex Porph.*). Liparitanae enim insulae eum ciuem demonstrat (*AΓabV*

**8.** BELLOROPHONTE] Qui Pegaso equo uectus Chimeram interemerat (*AΓV*

NEQVE PVGNO] Idest athletico et agonico certamine (*AΓbV*

**10.** CATVS] Idest doctus (*ex Porph.*), sciens (*AΓb*

PER APERTVM FVGIENTIS] Latum, ut (*Verg. Aen.* IIII 153. 154):

Alia de parte patentes
Transmittunt cursu campos (*AΓbV*

---

## CARM. III 13

[PHONETICE TETRACOLOS (*A*]

METRVM DVOBVS VERSIBVS ASCLEPIADEVM, TERTIVS FERECRATIVS, QVARTVS GLYCONIVS (*ABΓab*

**1.** O FONS BANDVSIAE S. V.] Hac ode Bandusiae fonti sacrificium promittit (*ex Porph.*). Bandusia enim Sabinensis agri regio est, in qua Horati ager fuit. Laudat ergo fontem dicendo (*cons. Porph.*) perspicuum uitri conparatione, ut (*Verg. Aen.* VII 759):

Vitrea te Fucinus unda (*AΓabV*

1 aufert *αc*] auferunt *γVp*, *absc. b* aufert *α*] auferet *c* auferunt *γbVp* (auferṫ *b*) 3 brebri *A* lipare *add. K. ex Porph.* 4 ut si] an si *α* ac si *b* 5 ciuem] ciuem esse *b* 6 insidens *b* 8 idest] *om. V* id *γ* at letico *A* 10 idest *A*] *om. Γb* sciens doctus *b* 11 latum] *om. b* 17 asclipiadeum *B* 18 ferecratius *B*] feregr: *cett. b non liquet* glyc: *B*] gliconius *Aα* gliconius (c *supra*) *r* gliconicus *b* cliconius *γ* 19 blandus: *rαbV pr. cp* 21 horati *A*] horatii (horacii *α*) *cett.* 22 fonte *A* 23 conparationē *A* comparationē *α* comparatione *cett.*

**3.** CRAS DONABERIS HAEDO] H<a>edi inmolationem promittit. Amphibolon tamen est, utrum dicat 'donaberis h<a>edo et floribus' an 'h<a>edo floribus coronato' (*AΓbV cons. Porph.*

**5.** PRIMIS] Incipientibus (*AΓb*

ET VENEREM E. P. D.] Maturi enim et appetere uenerem et propterea pugnare consueuerunt (*AΓbV*

**6.** FRVSTRA] Tamquam occidendus (*AΓb*

Ideo frustra, quia inficiet gelidos riuos (*ΓbV cf. Porph.*

**8.** LASCIVI] Luxuriosi, petulantis (*AΓb*

**9.** ATROX HORA C.] Opacitatem nemorosi et abstrusi fontis ostendit, per quam dicit canicularium aestuum calores arceri (*AΓαbV ex Porph.*

**10.** TV FRIG[ID]VS AMABILE] Amoenum. Vt (*Verg. ecl.* 1, 52):

Frigus captabis opacum,

et non ipsi amabile, sed fessis (*AΓ*

**13.** FIES NOBILIVM TV QVOQVE FONTIVM] Idest meo carmine praedicatus inter nobiles fontes nominaberis (*AΓbV ex Porph.*

**15.** VNDE LOQVACES] Vt (*Verg. georg.* I 109. 110):

Per leuia murmur
Saxa ciet (*AΓb*

Loquaces (*Vp*)] Idest sonantes (*AΓbV*

1 inmolatione *γ* immolationem *ArbV* īmol: *cp* 2 amphibolicum *γb* 6 apetere *A* 7 consueuerunt *cp pr.*] consueuerant *AΓbVp corr.* 8 occidendos *A* 11 pet:] petulci *b* 12 opacitate *Arαb* 15 amenum *A* 18 amab: sed fessis amabile *A* 19 idest] *om. bVcp* 25 idest] *om. bVp, defic. c*

## CARM. III 14

[ODE TETRACOLOS METRVM SAFFICVM (*A*] METRVM SAPPHICVM ENDECASILLABVM (*AΓb*

**1.** HERCVLIS RITV MODO D. O.] Haec ode in Augusti laudem scribitur uictoris ex Hispania reuertentis; quod autem Herculi eum comparat, ideo facit, ut ostendat labores eum non per alios, sed per se administrare (*ex Porph.*) nec sub hac difficultate adipisci uictoriam breui tempore et proficisci ad bellum et reuerti uictorem (*AΓαV*

**1—4.** Ordo est: o plebs, Caesar dictus petiisse laurum uenalem morte modo uictor ab Hispana ora ritu Herculis repetit Penates (*ΓαbV*

**2.** MORTE VENALEM P.] Mortis enim contemptu laus uictoriae quaeritur et triumphi. Laureatae enim de uictoria litterae mittebantur, ut est (*Verg. Aen.* VIIII 205. 206):

Et istum
Qui uita bene credat emi, quo tendis, honorem

et (*Aen.* V 230):

Vitamque uolunt pro laude pacisci (*AΓαbV*

**4.** VICTOR AB O.] Sicut Hercules (*AΓb*

**5.** VNICO GAVDENS M. M.] Liuiam dicit sub castitatis laude uotum pro Caesaris reditu soluturam (*AΓbV*

**6.** PRODEAT IVSTIS OPERATA DIVIS] Operationes ueteres sacrificia dixerunt; iustos uero diuos, quamuis generaliter dici possint, nunc tamen specialiter posuit, tamquam qui uictoriam uel reditum Caesaris merito eius

3 saffícum *Aγ* saphicum *rb* endecassillabū *A om. Γb* 4 hec *A* 5 quod — facit *γ ex Porph.*] *om. ArαV* 6 ut — labores] *om. α* 9 et prof: *A*] ut prof: *ΓVcp* 13 uenal p *A* 14 laureate *A* 15 litterae *rαb*] literae *γV* lit *A* 19 et *ante* uitamque *euanuit in A* 22 libiam *Ar* lidiam *γVcp* lydiam *b; in archetypo scriptum erat* libiam 23 cesaris *A* 24 antiqui enim dicebant operationes sacri | *b* 26 spetialit̄ *A* 27 cesaris *A*

et uirtuti praestiterint (*ex Porph.*). Vergilius operationes pro sacrificiis, ut (*georg.* I 339):

Laetis operatus in herbis (*AΓαbV*

**7.** ET SOROR] Octauiam sororem Augusti commemorat (*AΓbV ex Porph.*

**8.** SVPPLICE VITTA] Non uitta supplice, sed uittis solutis supplicantes, ut (*Verg. Aen.* VII 403):

Soluite crinales uittas, capite orgia mecum (*AΓV*

**9.** VIRGINVM MATRES I. N. S.] Idest prode⟨a⟩nt. 'Nuper sospitum' reuersorum Augusti uictoria (*ArVcp sim. b*

**11.** IAM VIRVM EXPERTAE] Idest nuptae (*AΓb*

**11. 12.** MALE [N]OMINATIS PARCITE VERBIS] Siue quia pro festiuitate dierum feriae indicebantur et abstinebatur a litibus iurgiisque, siue quia in sacrificiis praecepto silentio bona omina habere iubebantur, ne incaute loquentes uerbis omina facerent; ideo nunc parcite malis uerbis, idest malis ominibus (*AΓαbV ex Porph.*

**13. 14.** ATRAS EXIMET CVRAS] Cogitationum m⟨a⟩erores, ut (*Verg. Aen.* I 261):

Quando haec te cura remordet (*AΓb*

**14.** Tumultum (*Vcp*)] Commotionem bellorum (*ΓbV*

**15.** Per uim (*Vcp*)] Idest inpulsione hostium (*ΓbV*

**15. 16.** TENENTE C⟨A⟩ESARE TERRAS] Hoc est: parta pace incolumi Caesare (*ex Porph.*), ut (*Lucan.* I 62):

Ferrea belligeri conpescit limina Iani (*AΓbV*

1 uirg: *codd.* 2 pro sacrificiis posuit *b* ut] *om. A* 6 sup|pplice *A* 9 matres i. q. h. *A* prodent *ArVcp* 10 sospitam *AV* 13 male nominatis *A* 16 incaute *edit.*] inciuitate *AΓαbVcp* 17 uerbis omina — malis] *om. α propter homoeoteleuton* 19 merores *γb* memores *Ar* 23 idest] uel *γ om. Vp* inpulsione *r*] impulsione *Vp* inpulsionem *γb, c deficit* 24 haec *Aγ* 25 parte *A* pace *A*] pax *ΓbVp, defic. c* cesare *A* 26 ferreā *A* conpessit *Aγ* compescit *rb* c. *V* limina iani *om. V*

**18.** ET CADVM MARSI MEMOREM D.] Vinum, quod bello Marsico diffusum est (*sim. Porph.*); cadum [autem] lagonam, ut (*Verg. Aen.* I 195):

Vina bonus quae deinde cadis onerarat Acestes

(*AΓαbV*

**19.** SPARTACVM SIQVA P. V.] Spartacus gladiator fuit; hic cum septuaginta quattuor sociis similis conditionis e ludo fugiens dux factus per quattuor annos aduersumque Romanos bellans plura uastauit. Ideo nullam repositionem ei euadere potuisse commemorat. Hunc postea Pompeius oppressit. Vnde Lucanus (II 554):

Vt simili causa caderes, qua Spartacus hostis

(*AΓαbV*

VAGANTEM] Hostiliter debacchantem (*AΓb*

**21.** DIC ET ARGVT⟨A⟩E P. N.] Citharistriae siue cantrici, ut (*Verg. ecl.* 7, 24):

Haec arguta sacra pendebit fistula pinu

et (*ecl.* 9, 36):

Argutos inter strepere anser olores (*AΓαbV*

NEAERAE] Nomen puellae (*AΓbV*

**22.** MVRREVM CRINEM] Aut murra perfusum, aut (*scc. Porph.*) inter flauum et nigrum, uel murrei coloris (*AΓαV sim. b*

2 autem *om. A* 3 lagonam *A*] lagǒoenam *γ* lagoenam *rV* lagenam *αbc* lagena *p* 4 cadis deinde *γbV* 7 condicionis *rV* 8 aduersumque *Aα*] aduersum *ΓbV* 10 ei *A*] *om. ΓαbV* pompeius *rαV*] ut crassus pompeius *γ* crassus pompeius *b* peius *A* 11 opresit *A* oppresserat *b* 12 ut *A Lucan.*] et *ΓαbV* 14 dibacchantem *A* debachantem *rb* debaccantem *γ* 16 cantrici *α*] cantru *A* cantatrici *Γb* cantatricis *Vcp, qui hoc schol. post sequens inculcant* 17 sacra] sacro *Vp* 20 neherę *A* neerę *b lemm.* 21 murra *AαbV*] mirra *γ* myrra *r*

NODO COHIBERE] Vt pro festiuitatis laetitia festinaret, in nodum colligere crines praecepit (*A Γ α b V cons. Porph.*

**23.** Si per inuisum (*Vcp*)] Idest si ianitor prohibuerit te ad illam ingredi, sub.'⟨ei⟩ parcam', quia canities mitigat animos cupidos litium et proteruae rixae: cum iuuenis essem, non ferrem hoc (*Γ α b V*

**25.** LENIT ALBESCENS A. C.] Canis aetatis accessu corporis extingui feruorem et superbos iuuentae uel rixae pronos animos mitigari (*A Γ b V*

**27.** Calidus iuuenta (*Vcp*)] Feruidus iuuentute (*Γ V*

**28.** CONSVLE PLANCO] Adulescentem se fuisse commemorat irascique nimie solitum, si fastidiretur ab aliquo (*A Γ α b V cons. Porph.*

---

## CARM. III 15

[PROSAGOREVTICE DICOLOS (*A*)]

METRVM PRIMO VERSV GLYCONIVM, SECVNDVS ASCLEPIADEVS (*A B Γ α b*

**1.** VXOR PAVPERIS [H]IBICI] Ad m⟨o⟩echam scribit uetulam et luxuriosam (*ex Porph.*). Bene dixit 'uxor pauperis', cui solum poterat esse solatio, si castam haberet uxorem nec tenuitati eius luxuriosa conueniret (*A Γ α b V*

**2.** TANDEM NEQVITIAE FIGE MODVM TVAE] [Pone modum] obscenitati siue libidini aut turpi auaritiae. Vt Terentius (*adelph.* II 1, 33):

Leno me iniqua non uult loqui (*A Γ α b V*

1 ut *A α*] aut ut *b* aut *Γ* autem *Vcp* letitia *A* festinare *r V, recte A γ α b* 4 te ad *γ*] *om. r α Vcp, item b ut uid., sed euanuit* ·s· *γ b* s, *V* sb. *r* subaudi *p om. α corr. K.* 7 canis *A Vc*] canus *γ b p* cani *r; om. b mg., sed exhib. intra uersus* etatis *A* 8 extingui *A*] extingunt *r* extinguit *γ b ut uid. p* extinguitur *Vc* iuuentę *r*] uiuentē *A V* 9 mitigari *A*] mittigari *Γ* mitigant *rcp* mitigat *γ b* mittigari *V* 16 glyc: *B*] glic: *cett.* 20 solacio *α* sic castam *A* 22 pone modum *Vcp*] *om. A Γ α b* 23 ut — loqui] *om. b*

**4.** MATVRO PROPIOR D. F.] Idest morti uicinior iam per aetatem (*AΓ′V*

**5.** INTER LVDERE V.] Hic ordo est: desine inter uirgines ludere, cum sis funeri propior (*AΓbV ex Porph.*

**6.** ET STELLIS NEBVLAM S. C.] Decens allegoria; ait enim: ut stellarum decus et splendor fuscatur nebulis et celatur, sic nitorem uirginum permixta anus obscuras (*AΓ′αV cons. P.*

**7.** NON SIQVID PHOLOEN SATIS] Pholoe[n] filia Chloridis, in quam scribit, et ipsam turpem designans, quae furore libidinis ita incitaretur, ut Bacchae tympanorum pulsu (*AΓ′αbV cons. Porph.*

Ordo est: Filia Chlor⟨a⟩e, non, siquid satis decet Pholoen, decet te; rectius expugnat illa domos iuuenum, subaudi: quam tu concita uti Thyias pulso tympano (*Γ′αV*

**11.** AMOR NOTHI] Nomen amatoris (*AΓ*

**12.** LASCIVAE CAPR⟨E⟩AE] Genus pecudis libidini et lasciuiae aptius (*AΓ*

**14.** TONS⟨A⟩E LVCERIAM] Luceria est Apuliae ciuitas (*cons. Porph.*). Dicit autem lanificio aetatem eius magis aptam quam luxui et ebriositati (*AΓ′bV*

**16.** F⟨A⟩ECE TENVS CADI] Tamquam quae uasa uino ueteri potando uacuaret (*AΓ′bV*

---

## CARM. III 16

[PARANETICE TETRACOLOS (*A*]

METRVM TRIBVS VERSIBVS ASCLEPIADEVM, QVARTVS GLYCONIVS (*ABΓαb*

2 etatem *A* 3 hic] *om. rbvV* est] *om. rvV*

8 ph$^{o}$loen *A om. Γ′αbV* cloridis *A* 10 bace *A* timpanorum *A* 11 pulsu] inpulsu *b opp. Porph.* 12 est *γαc*] *om. rvVp* filia chlore *rb V* filia chore *γα* chlore *v* filia clore *cp*; *archetypi auctor uoluisse uidetur:* filia Chlorae 14 subaudi] *om. rα* (tyias *α* thias *Vp*) 17 aptius *A*] aptus *r* aptū *γ* 18 est *Γ′bV Porph.*] *om. A* apuliae] *om. Vcp* ciuitas est apulię *b* 19 etatem *A* 25 asclepiadium *B* 26 glyc: *B*] clic: *r* glic: *cett.*

1. inclvsam danaen t. ae.] Danaen Acrisius pater cum ob pudoris custodiam ualida et munita turri clausisset, uersus in aurum Iuppiter fingitur uiolasse. Quod nunc exemplum ad ostendendam uim auri et potentiam posuit, quo probet in hoc conpositam fabulam de aureo imbre Danaes, ut monstraretur nihil non posse pecunia atque auro conrumpi (*AΓ'aEV cf. Porph.*

Ordo est: aenea turris et robustae fores et tristes excubiae uigilum canum satis munierant inclusam Danaen ab nocturnis adulteris, si non Iuppiter et Venus risissent Acrisium pauidum custodem abditae uirginis conuerso deo in pretium; fore enim tutum iter et patens subaudi 'sciebant' (*Γ'bV*

3. tristes excvbiae] Epitheton uigiliarum, eo quod m⟨a⟩estitudinem generent, seu Danaae tristis nuptiis per custodiam denegatis (*AΓ'bV*

4. noctvrnis ab advlteris] Occultis. Hoc enim tempus crimini aptius est (*cf. Porph.*). Item (*Verg. georg.* III 538):

> Ne gregibus nocturnus obambulat,

cum et per diem lupi insidiari consueuerint (*AΓ'bEV*

6. Pauidum (*V*)] Sollicitum et cautum propter iniunctum sibi officium (*Γ'V*

7. risissent] Idest illusissent (*AΓ*

8. converso in pretivm d.] Quia Iuppiter in aurum uersus pretium uidetur fuisse concubitus (*AΓ'bEV ex Porph.*

9. avrvm per medios i. s. e. p. a. s.] Vt (*Verg. Aen.* III 56. 57):

> Quid non mortalia pectora cogis
> Auri sacra fames? (*AΓE*

2 turrę *A* 5 conpositam *A*] comp: *cett.* 7 conrumpi *A*] corrumpi *cett.* 8 ordo est] ordo *r om. a, absc. b* 12 ·s· *γ v* sb *V* subaudi *rp* sub *c* $s_7$ *a om. b* sciebant *Γ'b*] sciebat *aVcp* 14 excubias *A* 15 danae *A* 18 aptius *Aγ*] aptum *rbEvVcp* 24 idest] *om. Γ* 26 precium *rbEV*

Satellites (*V*)] Per hostium cuneos et hostiles fremitus (*Γ′bEV*

**10.** ET PERRVMPERE AMAT SAXA] Hoc est: munitiones expugnare (*AΓ′bV*

**11.** Potentius (*V*)] Exaggeratio est uoluptuosae rei (*Γ′bEV*

**12.** ARGIVI DOMVS OB LVCRVM] Amphiaraum dicit, cuius uxor Eriphile monili corrupta egit, ut egrederetur ad bellum, quod exitiale uelut uates praescius declinabat (*AΓ′bEV sim. Porph.*

Ob lucrum (*Vp*)] Propter amorem scazonis (*Γ′bVcp*

**13.** Demersa (*p*)] Deiecta hiatu telluris; nam pro Amphiarao totam domum posuit (*Γ′V*

DIFFIDIT VRBIVM] Diuisit, dirupit, ut (*Verg. Aen.* II 234):

Diuidimus muros (*AΓb*

**14.** VIR MACEDO] Philippum significat, Alexandri Magni patrem (*ex Porph.*), qui multas ciuitates auro proditoribus dato cepit et diruit (*AΓ′αEV*

**16.** S<a>euos duces dicit piratas scilicet propter rapacitatem (*ΓVp sim. b*

Piratae enim cupiditate lucri latrocinia exercent; hinc et s<a>epe periclitantur. Et est ordo: duces nauium, non munera nauium (*Γ′(rbEv)V*

DVCES] Piratas (*AΓ′*

**17.** Ordo est: cura et fames maiorum (*Γ′bV*

CRESCENTEM SEQVITVR C. P.] Augeri [dicit] quaestu cupiditatem ut Iuuenalis (14, 139):

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit (*AΓ′αbEV*

3 hoc est] *om. vV* 7 amfiarāū *A, recte bVcp cons. Γ′* 8 eriphile *AΓ′p*] eliphile *E* euriphile *Vc* 9 prescius *A* 14 dirupit] *om. b* 17 filippū *A* 18 parē *A* 19 cępit *A* 20 duces dicit *K.*] duc̄ = ducit *V* ducit *p, omis. cett.* 23 hinc] hic *V om. v, absc. b* 26 est *γbc*] *om. rvVp* 27 dicit] *om. A* questu *ΓαbE* questum *AvVc* quæstum *p* 28 cupiditatem *AΓ′αbE*] cupiditate *Vcp* 29 numi *A* cre it *A*

**18.** MAIORVMQVE FAMES I. P.] Idest pecuniarum desiderium merito horrui timore curarum uel honorum potentiam (*AΓ′bV*

**19.** Verticem (*V*)] Idest augmentum diuitiarum et celsitudinem dignitatum (*Γ′bV*

**20.** M⟨A⟩ECENAS EQVITVM D.] Maecenas enim eques Romanus fuit nec uoluit transire in ordinem senatorum (*AΓ′bV*

**21.** QVANTO QVISQVE SIBI] Contento mediocritate census nec habenti ambitum fortunae maioris tamquam deorum fauore dicit abesse nil posse (*AΓ′bV*

Plura sibi neg. (*V*)] Idest diuitias spreuerit (*Γ′bV*

**23.** NVDVS] Conspicuus (*Aγν*

CASTRA PETO ET TRANSFVGA DIVITVM] Quia dixerat ‘castra’, seruauit metaphoram significando transfugam (*ex Porph.*). Dixit tamquam qui a diuitiarum uitiis significet se transire uelle ad uirtutis insignia (*AΓ′αbV*

**25.** CONTEMPT⟨A⟩E DOMINVS S. R.] Conpositae et mediocris (*AΓ*

**26.** INPIGER APVLVS] Laboriosus, ut Lucanus (V 403):

> Et contra posuit et quae piger Apulus arua
> Deseruit rastris (*AΓ′αbV*

**27.** OCCVLTARE MEIS] Reconditum habere (*AΓ sim. b*

**28.** ⟨Inops⟩] Animo egens (*AΓ*

Propter insatiabilem cupiditatem (*Γ′V*

MAGNAS INTER OPES INOPS] Inopem enim se ostendit rei desideratae auarus, tamquam non habeat, quod quaerit, ut Iuuenalis (14, 137):

> Egentis uiuere fato (*AΓ′bV*

4 idest] *om. νVcp* et c: d:] *om. b* 6 mecenas *A* 10 habenti] habuerit *A* 11 adesse *Aγ* abesse *cett.* 12 idest] *om. νV* 14 dixit *b* 15 metaph: *rbp*] metaforam *AγναV* methaph: *c* 20 ut — rastris] *om. νVcp* 21 et contra] econtra *b* et quae] atque *Γα* 23 haberē *A* 24 *lemma* inops *ante* animo egens *om. A* 27 desiderate *A* qu t *A* querit *γαν*, *recte rV*, *euanuit b* 28 ut — fato] *om. νV*

**29.** PVRAE RIVVS AQVAE] Laus mediocritatis sub agelli descriptione (*AΓ′bV*

**30.** ET SEGETIS CERTA FIDES MEAE] Vbertas fertilis glebae non decipiens spem domini uel laborem agro suo praestitum beatior est multa Africae patrimonia possidente (*AΓ′αb*

**30—32.** Ordo est: et certa fides meae segetis beatior imperio fertilis Africae fallit fulgentem sorte, idest illum, qui per sortem fulget, non natura; nam naturale est, ut quisque paucis contentus sit (*Γ′αVc*

**33.** In Calabria autem sunt flores aptissimi apibus (*Γ′V*

MELLA FERVNT APES] Per 'mella' negat se uti possessione Calabriae (*AΓ′V ex Porph.*

**34.** NEC LESTRIGONIA BACCHVS IN AMPHORA] Formiana siue Sicula, in quibus locis Cyclopes fuerunt, qui Lestrygones uocabantur (*AΓ′αbV cf. Porph. ubi quidem eae ineptiae quae de Siculis et Cyclopibus narrantur non extant*

**35.** LANGVESCIT] Veterescit (*AΓ′ sim. Porph.*

NEC PINGVIA GALLICIS] Grossa. Martialis (VI 11, 7):

> Te Cadmea Tyrus, me pinguis Gallia uestit (*AΓb*

**37.** INPORTVNA TAMEN PAVPERIES ABEST] Inportuna pauperies, quae inportunos facit et odiosos. Poterat tamen quaestio uideri, qua crederetur poeta dixisse contraria, ut cum superius se dixerit transfugam diuitum, hic dicat sibi pauperiem abesse; sed conuenit nec contrarium est, ut, qui diuitum transfuga est, inportunus

4 gl///ẹ *A* 5 africe *A* 8 idest — sit] *om. α* 10 quisque *Γ′*] quisquis *Vcp* paucis *$v_2p$*] parcis *Γ′c* par$\overset{c}{t}$is *V* 16 siue *Γ′αb*] ue *A* seu *V* 17 lestryg: *γ*] lestrigones *cett.* 20 ueterescit *Aγ Porph.*] ueterascit *rv* 22 te cadmea tyrus] tecum etyrus *Aγ* tecum tyrus (tyriis) *rb* uestit *b Martialis*] uertit *AΓ* 23 inp: — odiosos] *om. α, absc. b* 24 odiosus *A*

paupertate non sit, quam elegit et libenter appetit (*AΓ′αbV*

**38.** Nec si plura (*V*)] Scilicet quam habeo (*Γ′bV*

NEC SI PLVRA VELIM, TV DARE DENEGES] Humanitatem circa se M⟨a⟩ecenatis ostendit (*AΓ′bV*

**39.** CONTRACTO CVPIDINE] Mitigato et repulso desiderio diuitiarum (*AΓ′V sim. b*

⟨Cupidine⟩] Desiderio: posuit efficientem pro eo quod efficitur (*Γ′bV*

**40.** VECTIGALIA PORRIGAM] Idest paruus possessor minora tributa persoluam (*AΓb*

**41.** MIGDON⟨I⟩IS] Asiaticis (*AΓ*

REGNVM ALIATTI] Aliattus, rex Lydiae, pater Crisi, [qui] opimo usus est imperio (*AΓ′bV*

**43.** BENE EST, CVI DEVS OPTVLIT] Omnia frugalitati suppetere et nihil deesse dicit (*AΓ′bV*

---

## CARM. III 17

[ENCOMIASTICE TETRACOLOS (*A*]

METRVM DVOBVS VERSIBVS ALCAICVM, TERTIVS IAMBICVS, QVARTVS PINDARICVS (*ABΓαb*

**1.** AELI VETVSTO NOBILIS AB LAMO] Aelium Lamiam adloquitur senatorem. Aeliorum autem familia a Lamo Formiarum rege oriri adfirmata est, unde et Lamiae cognomen nobilibus inditum (*ex Porph.*), quod uulgus Lamnitium (*an* Lamninum?) genus uocabat. Iuuenalis (4,154):

Lamiarum caede madenti (*AΓ′αV*

1 elegit *γbvVc*] et legit *A* eligit *rαp* 8 pro eo *b*] pro id *Γ′* per id *Vcp* 12 assiaticis *A* frigiis *b* 13 aliatus *γ* aliathus *b* lydię *rbp*] lirię *A* crisi *AΓ′*] crisii *Vc* cresi *v2* cręsi *p om. b* 14 qui] *om. A* usus est usus est *A* 15 fugalitati *A* 16 et] *om. Aγ* dicit] *om. A* 19 iambicū *A* 21 aeliam *A* 23 lamie *A* 25 lānitiū *A*] lamninum *γV* laminium *r* lauininum *α* lāp|mi//um *v* lamnium *c* uocabat *Ar*] uocabatur *γαvVcp* 26 lamiarum *Γc*] lāniarum *AαvV* cede *A*

*Est autem sensus lectionis usque ubi dicitur: cras tempestas sternet (*Γαb*

Aeli uetusto (*V*)] Idest antiquo (*Γ′V*

**4.** PER MEMORES GENVS OMNE FASTOS] Qui nobilitatis in posteros memoriam testarentur (*sim. Porph.*). Per fastos autem consules uult accipi. Lucanus (V 5):

Qui dat noua nomina fastis (*AΓ′αV*

**6. 7.** DICITVR PRINCEPS] Primus, ut (*Verg. Aen.* V 833):

Princeps ante omnes densum Palinurus agebat (*AΓα*

**8.** LITORIBVS TENVISSE L.] Liris quoque fluuius Menturnis fluens (*sim. Porph.*), de quo Lucanus (II 424):

Et umbrosae Liris per regna Maricae (*AΓ′αp*

**9.** LATE TYRANNVS] Tyrannus alibi pro domino, alibi pro crudeli ponitur, alibi pro potente, ut (*Verg. Aen.* VII 266):

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni (*AΓ′V*

Ordo est: et late tyrannus dicitur tenuisse Lirim innantem litoribus Maricae (*Γ′V*

CRAS FOLIIS NEMVS] Pro futurae tempestatis indicio, ut (*Verg. georg.* I 371. 372):

Omnia late
Rura natant fossis (*AΓ′αV*

Ordo est: tempestas demissa ab Euro sternet cras nemus multis foliis et sternet litus inutili alga (*Γ′V*

3 idest *V*] *om. b Γ′p schol. om. c* 7 nomina noua *A* 11 liris *Aγα*] lyris *rv* lirs *p* merturnis *A* mint: *Γ′αp* 13 liriš *αvp*] lyris *AΓ* marice *A* 14 latet tirannus *A* tirannus *A* 17 tiranni *A* 19 litoribus *vV*] littoribus *Γ* 20 future *A*

**12.** ⟨Augur⟩] Idest diuinatrix pluuiae, ut (*Verg. georg.* I 388):

Tunc cornix plena pluuiam uocat inproba uoce (*AΓα*

**13.** ANNOSA CORNIX] Diu uiuens. Iuuenalis (10, 247) de senecta:

Exemplo uitae fuit a cornice secunda

(*AΓ′αbV cf. Porph.*

**13. 14.** DVM POTES ARIDVM C. L.] Idest dum permitteris serenitate (*AΓ′bV*

⟨Comp. l.⟩] Strue ad faciendum sacrificium (*Γ′V*

**15.** Bimenstri (*V*)] Duos menses habente, aut certe duos annos uoluit significare a luna computatos (*Γ′bV*

**16.** CVM FAMVLIS OPERVM SOLVTIS] Cum uacantibus seruis et ab opere feriatis. Ostendit autem tempus hiemis, dum ad focum parari hortatur et sacrificium Genio institui, ut (*Verg. georg.* I 302):

Inuitat genialis hiemps

et (*ecl.* 5, 70):

Ante focum, si frigus erit (*AΓ′αbV cons. Porph.*

1 idest — pluuiae *om. Aα*; *AΓα inserunt uerba* 'ut — uoce' *inter uoces* 'uiuens' *et* 'Iuuenalis' *schol. sequ.* 3 *b:* Reddit causam, unde nouit tempestatem futuram, uidelicet per cornicem. Nam et uirgilius cum de signis tempestatum loqueretur, sic ait de cornice. Tum plena cornix pluuiam uocat improba uoce. Et sola in sicca secum spaciatur harena. Iuuenalis — secunda improba *rα* 5 de senecta] *om. vVcp* 8 idest] *om. γvV euan. b* 9 serenitate pmiteris *A* 11 ·i· duorum mensium aut certe duos annos habens *b* 12 annos *codd.*] menses *edit.* 13 salutis *A* cum — tempus] *absc. b* 15 et — erit *AΓ*] *om. vVcp* 16 ut — erit] *om. b* 17 hiems *rα*

## CARM. III 18

METRVM SAPPHICVM (*AΓb et A interpol.*

**1.** FAVNE NYMPHARVM F. A.] Quasi celeritate sui Nymphae Faunorum petulantiam fugiant (*AΓ′abV*

**2.** ET APRICA RVRA] Amoena, temperata, ut (*Verg. ecl.* 9, 49):

> Duceret apricis in collibus uua colorem (*AΓ′abV*

**3.** LENIS INCEDAS] Propitius, placatus (*AΓ′*

**4.** AEQVVS ALVMNIS] Pueris uernulis, quos maxime Fauni laedere dicuntur (*AΓ′bV*

**5.** PLENO ANNO] Conpleto (*AΓ′b*

CADIT] Inmolatur (*AΓb*

Pleno anno (*Vcp*] Annale se ei facere ostendit sacrificium (*Γ′V cf. Porph.*

**7.** VINA CRATER⟨A⟩E] Craterae dixit Veneris sodali ideo, quia (*Ter. eun.* IIII 5, 6):

> Sine Cerere et Libero friget Venus

(*AΓ′abV ex Porph.*

VETVS ARA MVLTO] Idest non aetatis cultu deserta, sed multo ture succensa (*AΓ′bV*

Ostendit autem se deos multis sacrificiis donauisse, quibus promereatur, quae petit (*Γ′bV*

**9.** ⟨H⟩ERBOSO OMNE PECVS CAMPO] Tamquam deuotionem diei in numinis honorem etiam pecudes lasciuiendo sentirent (*AΓ′bV*

2 safficum *Aγ* saphicum *b* saphicum quartus dipodia *r* 3 nimpharum *A* 4 nymphe *A* (nymphae *b*) petulantiū *A* 5 temp:] *om. b* 7 duceret *b*] ducere *cett.* 8 placatus] *om. r* 9 alūmis *A* pueris *K.*] puris *v* ruris *cett.* uernulis *b*] uernulas *AγV* uern$\overset{a}{\text{i}}$culus *r* uer//// *v* 10 ledere *A* 13 sacrif: facere ost: *Vcp* ostendit facere *v* 15 crateres *A* sodalis *A* 19 etatis *A* culto *A cf. schol.* 11

**10.** NONAE REDEVNT DECEMBRIS] Nonis enim Decembribus Faunalia (*ex Porph.*), ⟨quae⟩ et Faunorum culta dicebantur (*A Γ′ b V*

**11.** Festus pagus (*V*)] Idest tua festa celebrans; in pratis autem, quia Faunalia in siluis et in pratis celebrabantur (*Γ′ b V*

**12.** CVM BOVE PAGVS] In pagis enim et in compitis celebrari talia consueuerant, ut (*Verg. georg.* II 382):

Pagos et compita circum (*A Γ′ b V*

**13.** INTER AVDACES LVPVS ERRAT AGNOS] Non semper audaces agnos, sed illo die, tamquam qui numinis interuentu non timeant; quod honori Fauni applicat festiuitatis suae tempore lupos nocere pecudibus non sinentis (*A Γ′ V ex Porph.*

**14.** AGRESTES TIBI SILVA F.] Veluti silua pro amoenitate frondes spargeret, ut (*Verg. ecl.* 5, 40):

Spargite humum foliis (*A Γ b V*

**15.** GAVDET INVISAM P. F.] Idest gaudet fossor cultu uinearum liberatus et Fauno sacrificat, ut (*Verg. georg.* I 302):

Inuitat genialis hiemps curasque resoluit.
Ter uero ad rythmum rettulit sonos (*A Γ′ V*

---

## CARM. III 19

[ODE DICTILOS · PRIMVS VERSVS GLIC: SCDS ASCL: (*A*]

METRVM PRIMO VERSV GLYCONIVM, SECVNDO ASCLEPIÀDEVM (*A B Γ b*

1 enim] etiam *Vcp* decembris *γ v p* 2 quae *Hauthal* culta *A r b v Vcp*] *om. γ* cultus (?) *K.* 8 ut — circum] *om. b* 10 non — agnos] *om. V exhib. Porph.* 11 ille *A* 12 interuentū *A* aplicat *A* 15 siluā *A γ V* amęnitate *A* 16 ut — foliis] *om. b* 18 idest] *om. v V* fo//sor *A om. V* 21 gemalis *A* c. r. *V* 22 rymū *A* rithmum *Γ′ V* rettulit *A*] retulit *Γ′ V* 25 glyc: *B*] glic: *cett.* asclipiadeum *B*

**1.** QVANTVM DISTAT AB INACHO] Telephum, Graecum poetam, sodalem suum, adloquitur, iocose eum corripiens, quod historias non pertinentes ad propositum suum potius loquatur, quam quae sint apta conuiuio (*ex Porph.*). Alii (*non Porph.*) uolunt reprehendi Telephum, quod, quantum temporis interessset ab Inacho usque ad Codrum, quaereret; deinde conuersus ad puerum, ut inpari numero cyathorum faciat potiones, hortatur (*ex Porph.*) (*AΓV*

**2.** CODRVS PRO PATRIA NON TIMIDVS MORI] Codrus rex Atheniensium et Lacedemoniorum fuit. Hic inminentibus hostibus pro patria se deuouit, responso incitatus oraculi, quo praedictum fuerat eos uincere posse, quorum dux fuisset occisus. Hoc dum peruulgatum fuisset, coepit uitari, ne occideretur. Mutato postea habitu gregarii militis ad castra hostium perrexit, et magnis iniuriis agens, ut occideretur, optinuit; unde Vergilius (*ecl.* 5, 11):

Aut iurgia Codri

(*AΓαV, ineptiis omissis cons. Porph.*

**3.** ET GENVS AEACI] Aui Achillis. Per has [autem] fabulas historiam Graecam significat (*AΓbV*

**4.** ET PVGNATA SACRO B.] 'Sacrum Ilium', quod a numinibus muri facti ~~dicebantur~~, hoc est Neptuno et Apolline, ut (*Verg. Aen.* V 811):

Structa meis manibus periurae moenia Troiae

(*AΓbV*

**5.** QVO CHIVM P. C.] Chium cadum aut peregrinum uinum dixit aut uas uino pretiosius (*AΓbV*

1 telefum grecum *A* 2 adloquitur *A P.*] alloquitur *Γ V* 3 p̄positum *Aγv* suum *A*] *om. Γ Vcp* 8 ciathorum *Aγ* ciatorum *r* cyatorum *v*, *recte V* 11 pro patrię n̄ timuit *A* 12 posse *ΓαV*] *om. A* 13 cepit *A* 15 militi b. *A* et *A*] *om. ΓαV* 16 uirg: *codd.* 17 iurigia *A* 19 §Eaci aui ach: *post* sign: *pon. A* autem *om. A, eras. uid. in b* 24 structā *A* menia *A* 27 pretiosius *γ*] preciosius *cett.*

**6.** QVIS AQVAM TEMPERET IGNIBVS] Emamus etiam pincernam Graecum, ut (*Iuu.* 5, 56):

Flos Asiae ante ipsum (*AΓ*

Temperet (*Vcp*)] Tepefaciat. Nam tepefactis aquis solent Graeci temperare uina (*ΓV cons. b*

**7.** QVO PRAEBENTE] Inuitante, hoc est nomenculatore (*AΓb*

ET QVOTA] Subauditur hora (*AΓcp*

**8.** PELIGNIS CAREAM F. T.] Pelignum oppidum Sabinorum est frigidae regionis (*ArV*

**9.** Da L. (*V*)] Puerum pincernam alloquitur (*ΓV*

DA LVNAE PROPERE] Hoc more ueteres festiuitatem conuiuiorum celebrare consueuerant, ut singulos uini cyathos sub singulorum deorum aut carissimorum hominum ⟨nominibus⟩ in poculis adici iuberent (*AΓαV*

**10.** Da noctis mediae (*p*)] Idest bibamus in honorem mediae noctis et nouae lunae et auguris Murenae (*ΓV*

**11.** TRIBVS AVT NOVEM] Vt (*Verg. ecl.* 8, 75):

Numero deus inpare gaudet (*ex Porph.*).

'Tribus aut nouem' aut propter Musas aut propter Charitas, quia laetitiam dicebant (*leg.* dabant) (*AΓbV*

**14.** [TERNOS TER] Hoc est nouies ternos (*Aγ*]

**15.** Vates (*Vcp*)] Pro quolibet sacricola (*ΓbV*

TRIS PROHIBET SVPRA] Idest ne, si supra nouem addideris tres, ebrius factus exurgas in lites, quae sunt gratiae laetitiaeque contrariae (*AΓV ex Porph.*

1 emamus *Γ om. A* 3 asiae ante *Γ*] subaudit *A* 6 hoc — nom: *om. b* nomenculatorē *γ* nomencilatorē *A* cibi datore *r* 8 subauditur *A*] s· *Γ* sub *cp* 14 nominibus *Porph.*] *om. codd.* 16 honore *Γ* 18 ut] uirgilius *b* 19 inpare *A*] imp: *ΓbV* 20 aut nouem *ΓbV*] autem nouem *A* 21 curitas (*pro* caritas) *Ar* cerites *Vc* curites *γb* charites *p* letitiā *A* dicebant *AγbV* inferre dicebant *r* dicebantur *c* dare dicebantur *p* 24 idest] *om. Vcp* adddideris *A* 26 letitię̨q. *A*

**17.** NVDIS IVNCTA SORORIBVS] Ideo Gratiae nudae pinguntur, ueluti sine dolo, sine fraude, sine aliquo uelamine (*AΓV*

**18.** INSANIRE IVVAT] Debriari (*AΓ*

CVR BERECINTHIAE] Berecinthus urbs est Phrigiae, unde et tibias Phrigias dicit, quae matris deum sacris adhiberi consueuerant, ad quarum cantus et a conuiuantibus saltabatur (*ex Porph.*), ut (*Verg. Aen.* VIIII 619):

> Tympana uos buxusque uocant Berecinthia matris

(*AΓV sim. b*

**19.** CESSANT FLAM[M]INA TIBIAE] Vt (*Verg. ecl.* 5, 2):

> Calamos inflare leues (*AΓb*

**21.** PARCENTIS EGO DEXTERAS] Otiosas a cantu (*cons. Porph.*), uel a miscendo cessantes (*AΓV*

**22.** AVDIET INVIDVS L.] Idest audiat Lycus uicinus hilaritatis nostrae strepitum et inuidia rumpatur (*ex Porph.*), ut in Vergilio (*Aen.* I 725) pro laetitia:

> Fit strepitus tectis (*AΓbV*

**24.** ET VICINA SENI NON HABILIS LYCO] Subauditur uxor, quae seni puella inhabili iuncta esset; unde et zelum eius ostendit, dum inuidum dicit (*AΓbV*

**25.** SPISSA TE NITIDVM COMA] Laus pulchritudinis Telephi (*AΓbV*

Nam et crinium compositio in iuuenibus amatur (*ΓV*

1 uicta *A* 4 iubat *A* debriari *r*] deebriari *Aγ* 6 frigeas *A* 7 a *γV*] ad *A om. rcp* saltabatur *ΓVc cons. bp*] iactabatur *A opp. Porph.* 9 timpana *A* berecinthia *rp*] berecynthię *b* berecinthie *c* berecinthiae *cett.* 15 idest] *om. bVcp* licus *A* 16 ilaritatis *A* 17 ut — tectis] *om. Vcp* uirg: *codd.* letitia *A* 19 semi *A* lico *A* subauditur *A*] sb̄ *γV* ·s· *b om. r* 20 inabili *A* coniuncta *Vc* coniunctam *p* 22 pulcritudinis *V* 24 amatur *Γ*] aptatur *Vcp*

Ordo est: Telephe, tempestiua Rhode petit te nitidum spissa coma et similem puro Vespero (*Γb V*

**28.** GLICER⟨A⟩E TORRET A. M.] Interius consumit, ut (*Verg. Aen.* IIII 66):

Est mollis flamma medullas (*AΓb*

---

## CARM. III 20

METRVM SAPPHICVM (*AΓ et A interpol.*

**1.** NON VIDES QVANTO MOVEAS PERICLO] Haec allegoricos per commemorationem Pyrri, Epirotarum regis, qui pro Tarentinis aduersus Romanos pugnauit, ad Pyrrum sodalem dicuntur, qui puerum Nearchum nomine a quadam femina dilectum sollicite extrahere conetur. Facit autem leaenam urbem Romam, catulos eius urbis principes (*AΓb V, exceptis ineptiis cons. Porph.*

MOVEAS] Coneris auferre (*AΓ*

**2.** GETVL⟨A⟩E CATVLOS L.] Getulae pro magnitudine dixit [patriae], ut (*Verg. Aen.* XII 4. 5):

Poenorum qualis in aruis
Saucius (*AΓV*

**3.** INAVDAX] Non audax, idest timidus (*AΓb ex Porph.*

**5.** Ordo est: cum per obstantes cateruas iuuenum ibit grande certamen, repetens insignem Nearchum (*rVp*

**6.** INSIGNEM REPETENS NEARCVM] Aut militem Romanum, quem Pyrrus tenebat Epirota, aut (*sec. Porph.*)

3 ut — medullas] *om. b* 7 safficum *Aγ* saphicum cum subiuncto adonio *r* 8 haec—nomine] *absciss. b* 9 pyrri *rc*] pirri *A* pyrrhi *p* 10 pyrrum *r*] pirrum *A* 11 nearcum *A* 13 leenam *A* 16 getule *A* 17 dixit *A*] posuit *ΓV* patriae] *del. cens. K.* 18 penorum *A* 19 sautius *A* 20 idest] *om. b* 21 est] *om. r* 24 pyrrus *rbcp*] pirrus *AγV*

obscura elocutione in Pyrrum sodalem certamen ire dixit, non mulierem, quae certamen cum eo habitura esset, cupiens illi eripere Nearchum (*AΓbV*

**7.** Ipsam enim leaenam grande certamen dixit (*ΓbV*

**8.** Tibi praeda a. i. (*V*)] Idest cognoscis, cui maior accedat uictoria, tibi an illi. Hortatur autem illum quiescere, quia inexhausta semper dubios facit (*ΓbV*

**10.** HAEC DENTES A. T.] Seruat metaphoram leaenae in Romae conmemoratione (*AΓbV*

**11.** ARBITER PVGNAE] Aut sub nudo Veneris pede arbiter Paris palmam iudicando posuerit, ut expleret uno uerbo fabulam, aut (*cons. Porph.*) hunc puerum arbitrum certaminis posuit palmam contentionis ipsius calcantem, cui se amantum potissimum traderet. Porro si regem Pyrrum intellegere uelis, arbiter non iudex, sed auctor belli accipiendus est (*AΓbV*

Arbiter pugnae (*V*)] Vult autem intellegi non posse resistere amori commemoratione Paridis uicti libidine; nam fabulam tangit (*ΓV*

**12.** Idest fertur succubuisse Veneri; hoc est enim dicere 'posuisse palmam sub nudo pede', quod 'cessisse libidini'. Dicit autem Horatius frustrari Pyrrum conantem ab amore meretricis reuocare iuuenem (*ΓbV*

**14.** SPARSVM ODORATIS V. C.] Ambigue enim pueri tondebantur (*AΓb*

Ad emphasin uero Veneriae seruitutis dicit illum habere humeros sparsos odoratis capillis (*ΓbV*

1 eloqucione *V* eloqutione *b* pyrrum *rbc*] pirrum *AγV* pyrrhum *p* 2 non] in *Vcp om. AΓb* non *Pauly ex Porph.* abitura *A* 3 nearcum *A* 8 serua *A* metaph: *rbV*] metaforam *Aγ* leenae *AV* 9 conmemorationem *A* commemoratione *ΓbVcp* 10 pignę *A* aut — posuerit *A*] arbiter paris palmam iudicando posuerit sub nudo pede ueneris *cett.* 14 amatum *Vcp* aman// *b* porro *γbV*] p *A* quod *r* 15 pyrrum *b*] pyrrum *r* pirrum *AγV* non *ΓbVc*] *om. Ap* 20 est] *om. V* 22 pirrum (pyrrum *c* pyrrhum *p*) comitem conantem *Vcp* 26 emphasin *c*] enfasin *Γb* effasin *V* emphasim *p*

**15.** QVALIS AVT NEREVS F.] Nereus tam speciosus ab Homero (*Il.* II 673) traditur, ut Graecos omnes exempto Achille superaret (*AΓbV*

**16.** AVT AQVOSA RAPTVS AB IDA] Ganimedes (*item gloss. a interlin. et Porph.*), ut (*Verg. Aen.* V 254. 255):

Quem praepes ab Ida
Sublimen pedibus rapuit (*AΓV*

---

## CARM. III 21

METRVM ALCAICVM DVOBVS VERSIBVS, TERTIVS IAMBICVS DIMETER CATALECTICVS, QVARTVS PINDARICVS (*ABΓab*

**1.** O NATA MECVM CONSVLE MANLIO] Amphoram uini alloquitur, cuius uetustati annos suos conparat, et dicit se natum Manlio consule (*AΓb ex Porph.*

[Et est] ordo: o pia testa, nata mecum et cetera (*ΓV*

**2.** SEV TV QVERELAS SIVE GERIS IOCOS] Vino enim aut ioci aut querelae nascuntur uel diuersa, quae memorat (*AΓV*

**4.** SEV FACILEM, PIA TESTA, SOMNVM] Ebriis enim citus interdum somnus est (*AΓb*

**5.** QVOCVMQVE LECTVM NOMINE MASSICVM] 'Nomine' consule, ut Lucanus (V 5):

Qui das noua nomina fastis (*AΓb*

Quocumque nomine (*V*)] Idest ex omnibus supra dictis siue ad iocos siue ad querelas et cetera (*ΓV*

2 hiomero *A* exempto *A*] excepto *cett.* 4 aquosā *A* idā *A* ganimedes *Γ*] ganimedis *A* ganimedem dicit *Vcp* 6 p̄pes *c*, *sed* pp *in ras.*, *cett.* praeceps (preceps) 7 sublimen *Ap*] sublimem *ΓVc* rapit *V* 9 M: A: *bis A* 10 catalecticus *γa*] catalectus *AB* katalecticus *b* acatalecticus *r* quartus pindaricus *om. A* 11 amphoram *rV*] anforā *A* amforā *γ* 12 conparat *A*] comp: *cett.* 14 et est ordo *Vc* ordo est *γ* ordo *rp* 15 quęrelas *A* 16 quęrelę *A* 23 idest *Γ om. Vcp* 24 cętera *Vp*

**6.** MOVERI] Proferri (*AΓb*

**7.** CORVINO IVBENTE] Coruinum se ad conuiuium inuitare significat, in cuius se honorem uina ostendit uetustissima prolaturum (*AΓαbV*

**8.** PROMERE] Notanda elocutio 'descende promere' pro 'descende, ut promas' (*ArV ex Porph.*

LANGVIDIORA VINA] Vetustate leniora (*AΓb ex Porph.*

**9.** NON ILLE QVAMQVAM] Idest Coruinus (*AΓb*

MADET] Hoc est: fluens est philosophiae scientia; optat tamen fieri uino madentior (*AΓαV*

**10.** TE NEGLEGET HORRIDVS] Tristis, censorius; neglegit, contempnit (*AΓ*

**11.** NARRATVR ET PRISCI CATONIS] Antiquioris, non Vticensis (*AΓV* (*paul. sim. b*)

**12.** S⟨A⟩EPE MERO CALVISSE VIRTVS] Excreuisse, exferbuisse, ut quamuis secreta proderet (*AΓVcp sim. b*

VIRTVS] Ingenium siue prudentia (*AΓ sim. b*

**13.** INGENIO ADMOVES] Hoc est: ebrietate interdum prodi, quod per obstinationem animi non potest extorqueri tormentis (*AΓV*

**14.** Prodendo enim secreta remouet tormentum (*ΓV*

TV SAPIENTIVM] Laus est uini (*AΓb*

**17.** TV SPEM REDVCIS MENTIBVS ANXIIS] Prudentibus etiam ad cogitationum leuamen uino praestari et remoueri tristitiam (*AΓV*

Anxiis (*V*)] Sollicitis (*ΓV*

2 se *ΓαbV*] s, *A*  3 inuitare *c*] inuitari *AΓVp* inuitati *α* inuitasse *b*  se hon: uina ost: uetustissima *AΓα*] honorem uetustissima (uetussima *$V_1$*) se uina ostendit *V* honorem hanc promit amphoram *b*  5 elocutio *A*] ęloquutio *V* locutio *r*  9 philosofię *A*  10 uino fieri *V*  13 prissi *A*  15 exferb: — *fin.*] *om. b*  exferbuisse *A V*] et ferbuisse *γ* ferbuisse *r*  16 proderet *c*] proderetur *AΓp* prodiretur *V*  18 ebrietate *A*] ebrietatem *rVcp* p ebrietatem *γ*  19 prodi *AΓ*] prodis *Vcp*  22 est] *om. Γb*  23 mentibus anxiis *bis ponit A*

**18.** Ordo est: et addis pauperi cornua et uires post te nec trementi iratos apices regum neque arma militum (*Γb V*

ET ADDIS CORNVA PAVPERI] Superbiam uel temeritatem, quam uino fieri per uiolentiam cerebri uult intellegi (*AΓV ex Porph.*

**19.** IRATOS TREMENTI] Pauper frigore tremens; et ostendit superiores et nobiles ab inferioribus contemni per uinum (*AΓV*

**22.** Ordo est: et Liber, et si aderit alma Venus, et Gratiae segnes soluere nodum et uiuae lucernae producent te, dum Phoebus rediens fugat astra (*ΓVcp sim. b*

NODVM SOLVERE GRATIAE] Hoc est: quae nodum non soluant, quo conexae sunt. Propterea autem hoc dictum est, quia, qui fida inter se gratia iunguntur, numquam resoluuntur ab amicitiae fide; unde etiam ipsae Gratiae coniunctis secum manibus finguntur (*AΓV*

**23.** VIVAE LVCERNAE] In lucem se per gratiam et laetitiam significat protracturum esse conuiuium (*AΓb V ex Porph.*

**24.** FVGAT ASTRA PHOEBVS] Vt (*Verg. Aen.* III 521):

Stellis Aurora fugatis (*AΓb*

1 pos te *r* p' te *V* 5 uiolentiam *Aγp Porph.*] uinolentiam *rV* uiolationem *edit.* 8 superioras *A* ctēni *A*] contempni *ΓV* 10 est *γbc*] *om. rVp* 12 dum] usque dum *b* fugauerit *b* 14 soluant *rVcp*] soluantur *A* sol$^{n}$uatur *γ* conexae *AΓ*] nexe *V* 15 numquam *ΓV*] nunquam *Acp* 16 amicitie *A* ipse *A* 17 figuntur *Aγ* 19 letitiam *A* 21 phębus *A*

## CARM. III 22

METRVM SAPPHICVM (*ABΓα*

**1.** MONTIVM CVSTOS NEMORVMQVE VIRGO] Dianae pinum in agro suo consecrat, apud quam quotannis se uerrem sacrificaturum promittit (*AΓbV ex Porph.*

**3.** TER VOCATA AVDIS] Trina Dianae putabatur potestas; ipsa enim uena[n]tibus praeesse dicebatur; ipsa Lucifera in honorem Lucinae, unde et Lucina a parturientibus inuocata; ipsa [et] Proserpina. Ideo ergo ter uocata (*cf. Porph.*); nam et ipsa prior a Latona dicitur edita matrem etiam in fratris partu iuuisse (*AΓα*(*bis*)*bV*

**4.** DIVA TRIFORMIS] Vt (*Verg. Aen.* IIII 511):

Tria uirginis ora Dianae (*AΓb*

**5.** Ordo est: pinus imminens uillae tua esto, idest 'sit', et sic est melius, quam si 'esto' dicatur aduerbium concedentis (*ΓbV*

INMINENS] Vicina (*AΓb*

TVA PINVS ESTO] Sicut (*Verg. Aen.* IIII 35):

Esto: ⟨a⟩egram nulli condam flexere mariti (*AΓb*

**6.** PER EXACTOS] Finitos (*AΓb*

**7.** VERRIS OBLICVM M. I.] Motum ferientis porci describit (*AΓ*(*rb*)*V*

Nam saeuius laedunt uerres, cum transuersim feriunt, iuxta dentium naturam (*ΓbV*

2 M: S: *bis A* M:] *om. B* safficum *Aγ* saphicum *Bα* saphicum cum subiuncto adonio *r* 4 se *AΓP.*] *om. V absc. b* 6 potestas putabatur (putatur *Vc*) *Vcp* 7 uenatibus *K.*] uenantibus *codd.* 8 honore *V* honorem *cett. et cp* 9 inuocata *Aγα*] inuocatur *rVcp euan. b* et *r om. AγαVcp* 11 edita *cp*] et dicta *AΓαbV* 14 idest] pro *V* 15 dicatur esto *Vcp* 19 condam (= quondam) *Aγ*] quondam *b om. r*

## CARM. III 23

METRVM ALCAICVM VT SVPRA (*ABΓ*

**1.** CAELO SVPINAS SI TVLERIS M.] Quandam Phidilen alloquitur suadens deos magis puris manibus et bona coli conscientia debere. Supinas uero dixit ad superiora palmas apertas, expansas, ut (*Verg. Aen.* III 176. 177):

Tendoque supinas
Ad caelum cum uoce manus (*AΓαbV ex Porph.*

**2.** Nascente luna (*Vcp*)] Solent enim rusticae mulieres initio primae lunae preces caelo effundere (*ΓbV*

**3.** ET ORNA] Vino nouello. Nunc usque enim Tusci horna uina nouella dicunt. Nam et uino sacrificabatur, ut (*Verg. Aen.* V 98):

Vinaque fundebant pateris (*AΓαbV*

**4.** FRVGE LARES] Vt (*Verg. Aen.* II 133):

Salsae fruges.

Sal enim cum farre incendebatur, ut (*Aen.* V 745):

Farre pio et plena supplex (*AΓαbV*

AVIDA PORCA] Edaci (*AΓb*

**5.** NEC PESTILENTEM] Aduersum (*AΓb*

**7.** ROBIGINEM] Vt (*Verg. georg.* I 150. 151):

Nec mala culmos
Esset rubigo,

hoc est messium pestilentia (*AΓα sim. b*

2 M: A: *bis A* ut supra] *om. Γ* 3 phidilen *V* (ph: *cp*)] fidilen *AΓ* fidilẽ *α euan. b* 5 debere *edit.*] *om. α euan. b* deberi *codd.* 6 eaptas *A* 8 cum uoce] conuoce *V* 12 horna *γV*] orna *Arαb* 16 salse *A* 17 incendebantur *A* 18 suplex *A* 22 culmes ẽẽ *A* culmū eet *γα* culmen esset *r* (cul// rubigo esset *b*) 24 hoc est *A*] est autem rubigo *Γα*

AVT DVLCES ALVMNI] Quos nutrimentorum commendaret affectio, ut (*Verg. georg.* II 523):

Dulces pendent circum oscula nati (*AΓbV*

8. POMIFERO GRAVE T. A.] Autumno, quo tempore pomorum maxima copia est. Nam (*sec. Porph.*) et graue et pestilens tempus est. Vnde et Iuuenalis (4, 56. 57):

Iam letifero cedente pruinis
Autumno.

Iubet ergo necessitatem temporis deuotione et deorum supplicationibus mitigari (*AΓabV*

Pomifero graue t. a. (*c*)] Pomorum enim uario gustu languescunt quoque corpora autumno (*ΓV*

9. NAM QV⟨A⟩E] Victima iam dis deuota (*AΓb*

Ordo est: nam deuota uictima, quae pascitur niuali Algido inter quercus et ilices, aut crescit in Albanis herbis, tinguet secures pontificum ceruice (*ΓbV sim. Porph.*

NIVALI] Frigido (*AΓb*

12. Idest magnae uictimae potentibus conueniunt (*ΓbV*

13. TE NIHIL ATTINET] Distare dicit inter publica et priuata sacrificia et aliud pontificibus conuenire, qui ad immolandum dis hostias magnas inquirunt, aliud uelut priuatum debere praeparari, hoc est aut myrtum aut rorem marinum (*AΓbV ex Porph.*

14. Ordo est: te coronantem paruos deos marino rore et fragili myrto, nihil attinet temptare illos multa caede bidentium. Bidentes autem proprie dicuntur oues duos annos habentes, sic uocatae ab eminentioribus dentibus, qui circa duos annos nascuntur (*ΓbV*

1 commendaret *Aγ pr.*] commendarat *rγ corr. bV* 4 autumno quo *rabp*] autūpno quo *V* aut uerno$^{\text{quo}}$ *A* autumnali quoque *γ* 5 maxime *A* 6 tempus est *AΓb*] est tempus *aV* 12 quoque] *om. Vc* 13 diis *Γb* 22 diis *ΓV* 23 preparari *r* pparare *AγbV* preparare *cp* mirtum *A* 26 myrto *r*] mirto *γbV*

**17.** INMVNIS ARAM] Subaudiendum 'inmunis scelerum', idest innocens (*AΓb cons. Porph.*

Ordo est: si manus immunis scelerum tetigit aram, sumptuosa hostia non molliuit auersos Penates blandior pio farre et saliente mica (*αbVp*

**19.** MOLLIVIT] Placauit (*AΓb*

AVERSOS] Offensos (*AΓb*

**20.** ET SALIENTE MICA] Rationem uoluit salis incensi monstrare, quod crepare et exilire flamma consueuit (*AΓαbV cons. Porph.*

---

## CARM. III 24

[PRIMVS VERSVS GLICONIVS · SCD̄S ASCLEPIADE' (*A*]

METRVM PRIMO VERSV GLYCONIVM, SECVNDO ASCLEPIADEVM (*ABΓαb*

**1.** INTACTIS OPVLENTIOR] Generaliter hac ode inuehitur in luxuriam omnia profanantem et aedificiis nouis non terram tantum, sed etiam maria occupantem (*AΓαbV ex Porph.*

Ordo est: tu, subaudi 'o auare', opulentior intactis thesauris Arabum et diuitis Indiae, licet occupes omne Tyrrenum mare et mare publicum tuis caementis, non expedies animum metu, et non expedies caput laqueis mortis, siquidem dira necessitas figit adamantinos clauos summis uerticibus (*ΓαbV*

INTACTIS] Custoditis, collectis (*AΓb*

OPVLENTIOR] Ditior (*AΓb*

1 inm: sc:] sceleris *b* scelerum *A Porph.*] sceleris *Γb* 4 mollibit *p* moniant *α pr.* molliant *α corr.* aduersos *p* aduersus *α euan. b* penates] *om. V* 13 uersus *B* glyc: *B*] glic: *cett., legi nequit b* 15 inueitur *A* 16 edificiis *A* 19 tu — auare] tu mare sub *c* ·s· tu auare *γα* tu subaudi o] subaudi tu *Vp* tu o *r euan. b* 20 diuitis *γαp*] diuitiis *rc* diuiciis *V euan. b* 21 publicum *ΓαbV*] ponticum *cp*

**2.** ET DIVITIS INDIAE] Ditissimas gentes ad diuitiarum enphasin posuit (*AΓbV*

**3.** CEMENTIS] Saxis ad fabricandum prouisis (*AΓbV*

ET MARE PVBLICVM] Omnibus patens, ut (*Verg. Aen.* VII 230):

> Cunctis undamque auramque patentem (*AΓ*

**4.** SI FIGET ADAMANTINOS] Qui frangi non possint pro metalli soliditate (*AΓbVcp*

**5.** DIRA NECESSITAS] Necessitatem pro morte posuit. Sensus autem hic est: quamuis multa ampla possideas, non tamen sincera et certa uoluntate his frui potes, quippe cum necessitate mortis astricta sit humana conditio nec possis te inde ullo remedio aut praemio redimere. Adamantinos autem clauos pro mortis necessitate posuit, quae uinci et expugnari non possit (*AΓαbV ex Porph.*

**9.** CAMPESTRES MELIVS SCITHAE] Campestres dicti ideo, quod in campis sine tectis sub tentoriis uiuant, quae carpentis mouentur. Vt Sallustius tertio (*hist.* III 76 *M.*):

> Quibus plaustra sedes sunt

(*AΓ(rb)V ex Porph.; sed b paene omnino euan.*

**10.** VAGAS RITE TRAHVNT DOMVS] Ex more et consuetudine (*AΓ cons. b*

**11.** RIGIDI GETAE] Fortes, asperi, propter frigidam regionem (*cons. Porph.*), ut (*Verg. Aen.* VII 604):

> Siue Getis inferre manum (*AΓbV*

2 enphasin *r*] enfasim *A* enfasin *γbV* emphasin *c* emphasim *p* 4 publicum *A pr.* ponticum *A corr.* 6 undant auramque *A* undantque auram (aurum *γ*) *Γ* 7 possint *A V*] possunt *Γbcp* 10 ampla possideas *A Porph.*] poss: ampla *ΓbV* poss: et ampla *α* 11 potest *AV* 12 necessitatē *A* condicio *bV* 13 in nullo remedio *α* ullo remedio inde *V opp. Porph.* adamantinos *γαbcp Porph.*] adamantinus *ArV* 14 clauos *γαbcp Porph.*] clauus *ArV* 15 possit *AΓαb*] potest *Vcp* 16 c̄pestres = conpestres *A in lemm.* 17 ideo] eo *Vc* 18 salustius *rV* tertio (III) *Pauly coni. pro codicum* 'in' 23 rigidam *Vcp*

**12.** INMETATA] Non terminata, indiuisa (*AΓb*

QVIBVS IVGERA LIBERAS] Non unius [tantum, sed omnibus communes] (*AΓ*

**14.** NEC CVLTVRA PLACET LONGIOR ANNVA] Idest qui non plus colant, nisi quod expensis unius anni sufficiat, continuae sedis incerti (*AΓbV*

**15.** DEFVNCTVM LABORIBVS] Liberatum, ut (*Verg. Aen.* VI 83):

Magnis pelagi defuncte periclis (*AΓb*

**16.** ⟨A⟩equali recreat sorte uicarius (*c*)] Idest aequali sorte laborant succedendo unus alteri (*Γ*(*rα*)*bVcp*

SORTE VICARIVS] Eo quod labore lassato alter uicarius succedat in opere (*AΓ*

**18.** PRIVIGNIS] Vbi non sint odia nouercarum (*AΓ*(*γb*)

Ordo est: illic innocens mulier temperat priuignis carentibus matre (*ΓαbV*

TEMPERAT] Parcit (*AΓb*

**19.** NEC DOTATA REGIT V.] Tamquam qui non habeant legitima aut certa coniugia (*AΓb*

**20.** NEC NITIDO FIDIT A.] Quae non habeat in adulteri amore fiduciam (*AΓb*

NITIDO] Pulchro (*AΓb*

**21.** Dos est (*V*)] Donum nubentium puellarum (*ΓbV*

DOS EST MAGNA P.] Castitatem laudat exemplo barbarico, eo quod dotem habent uirtutem parentum et amorem coniugum, quae uiros uitantes externos seruent pudicitiam coniugalem (*AΓV*

1 interminata *Γb* non diuisa *b* 2 tantum — communes *om. A* 4 NEC] hęc *A* 5 quod *bcp*] *om. AΓV* 6 continuae — incerti] *om. r* 10 idest — sorte] *om. c* idest *r*] *om. Vp euan. b* 11 unus] *om. αb* 15 est *γαbV*] *om. r* 20 idest non habet *b* 21 fidutiam *A* 23 dos est donum est *V* dos est donum *cp* donum *Γb* puellarum nubentium *V* 24 barbarbarico *A* 25 habeant *rb* 26 auiros *A* ext: *r*] ęsterno *A* esternos *γV* 27 pudititiā *A*

**24.** ET PECCARE NEFAS AVT PRETIVM EST MORI] Mortem pretium dixit esse peccati (*AΓb*

Et est sensus: et peccare aut est illis nefas aut est poena mori; nam ad superiora respicit (*ΓbV*

**25.** O QVISQVIS VOLET I.] Idest si sit, qui uelit pater patriae uocari et statuarum titulos habere, is tollat licentiam praesumendi et inlicita non permittat admitti (*AΓabVcp*

**30.** Clarus postgenitis (*V*)] Vt postea laudetur in filiis (*ΓbV*

CLARVS POSTGENITIS] Ob seueritatis et correctionis institutum posteris admirandus (*AΓV*

Quatenus ($V_2p$)] Idest 'quamdiu'; nam 'quatenus' aduerbium est interdum temporis, interdum loci; 'quatinus' uero coniunctio est tantum (*ΓabVcp*

**31.** VIRTVTEM INCOLVMEM ODIMVS] Incorruptam nec sine corrigentis districtione seruatam (*AΓbV*

**32.** Sublatam (*V*)] Remotam. Nam uirtus sic quaerenda est, ut semper prae oculis habeatur, sed sic uirtutem quaerimus, ut semper absens sit causa uidelicet nostrae malitiae (*ΓabV*

INVIDI] Nobis inuidi (*A om. ΓbV*

**33.** QVID TRISTES QVERIMONIAE] Et hic ordo est: quid tristes querimoniae proficiunt (*ex Porph.*)? tristes ideo, quia tristes faciunt (*AΓb*

**34.** CVLPA RECIDITVR] Hoc est: quid prodest nos de malis moribus conqueri, si non culpae licentia poena compescitur? (*AΓbV ex Porph.*

2 precium *Ar* 6 patriae (patrie *c*) pater *Vcp* patrie *A* 7 permittat *A*] p̄sūmat *a* praesumat (p̄s:) *cett.*, *b euanuit* admitti] admittere *c* 13 idest *Γab*] *om. Vcp* 14 interdum loci — tantum *abVcp*] *om. Γ* quatinus *abV*] quatenus *cp* 16 nec sine *codd.*] sine *edit.* 20 quaerimus] -imus *ΓV* -itis *ab* 22 *lemma* Inuidi *om. A, idem schol.*: Nobis inuidi *post* querimoniae *inserit* 24 quȩrimoniȩ *A* profitiunt *A* 27 paena *A*

**35.** QVID LEGES SINE MORIBVS] Vanas esse leges dicit, nisi moribus et honestate seruentur (*A Γ b V p*

**36.** Vnum pendet ex altero; ideo autem uanae, quia sine moribus (*Γ V*

SI NEQVE FERVIDIS] Idest nihil potest obstare cupiditatibus, per quas non tantum leges inrumpuntur, uerum etiam rerum expugnatur natura lucri causa, dum iam nec inhabitabiles orbis regiones possint prohibere commercia (*A Γ V ex Porph.*

**38.** Finitimum (*Vcp*)] Idest nobis uicinum; nam septentrionalis plaga nobis uicinior est, utpote in qua est axis, ut Virgilius (*georg.* I 242):

Hic uertex nobis semper sublimis.

Et aut sic est intellegendum, aut, quod est melius: nec latus finitimum Boreae, idest gelido climati, ut sit sensus: si nec plaga finitima gelu abigit mercatorem. Vult autem intellegi Septentrionem (*Γ Vcp*

**39.** DVRAT⟨A⟩EQVE SOLO NIVES] Gelu, nimietate frigoris solidatae (*A Γ*

**40.** MERCATOREM ABIGVNT] Tamquam nec haec, quae interdicta natura sunt, abigant mercatorem (*A Γ b V*

CALLIDI] Docti, scientes (*A Γ*

**41.** VI⟨N⟩CVNT ⟨A⟩EQVORA NAVITAE] Cupiditatum et uitiorum distinguit origines; primum enim dicit, quod negatum mortalibus elementum nauigiis temptatum est, inde ad maiora perrectum. Vnde Vergilius (*ecl.* 4, 31—33):

Pauca tamen suberunt priscae uestigia fraudis,
Quae temptare Thetim ratibus, quae cingere muris
Oppida (*A Γ V*

5 idest *A Γ Porph.*] hoc est *Vp* si *c* 8 commertia *A* 11 septem trionalis *γ* 16 uult — sept:] *om. p* 17 septem trionem *γ* 19 solidate *A* 20 haec *V*] hec *c* hę *Ar* ea *γ* *schol. om. p* 21 sunt natura *Vc* (*schol. om. p*) 24 distingunt *Ap* distinguit *cett. c* 26 uergĩ *A*] uirg: *cett.* 28 subierunt *A* prisce *A* 29 que *A* quae] q. *A*

**42.** MAGNVM PAVPERIES OBPROBRIVM] Hoc est: ex quo coepit probro esse pauperies et crimini dari, per omne nefas diuitiae quaeri coeperunt (*ex Porph.*), ut (*Lucan.* I 173. 174):

Et quem suasisset egestas
Vile nefas (*AΓV*

**44.** VIRTVTISQVE VIAM A.] Fortium factorum siue philosophiae, quibus erat amica et grata pauperies (*AΓV*

ARDV⟨A⟩E] Magnae (*AΓ*

**49.** SVMMI MATERIEM MALI] Summum malum auaritiam dixit, ex qua uitia omnia creantur (*AΓbV*

**50.** Ordo est: si bene poenitet scelerum, eradenda sunt elementa praui cupidinis et nimis tener⟨a⟩e mentes asperioribus studiis formandae, uel in Capitolium, quo uocat nos clamor et turba fauentium, mittamus gemmas et lapides et inutile aurum, materiam summi mali, uel nos, subaudi mittamus in mare proximum gemmas et cetera (*ΓabV*

**51.** CVPIDINIS] Cupiditatis (*AΓb*

**52.** PRAVI SVNT ELEMENTA] Bene auaritiam malorum siue uitiorum posuit elementum (*AΓab*

**53.** MENTES ASPERIORIBVS] Duplex intellectus est: utrum puerorum mentes teneras dicat esse formandas ad asperiora studia, hoc est fortiora, an certe luxuriosorum mentes teneras appellat, quas uult abiectis luxuriae instrumentis, auro et gemmis, asperioribus studiis reformari? (*AΓabV ex Porph.*

**55.** INGENVVS PVER] Ingenuum ciuem Romanum uoluit intellegi siue nobilem, ut (*Iuuen.* 11, 154):

Ingenui uultus puer ingenuique pudoris (*AΓbV*

2 cępit *A* 3 diuitie *A* ceperunt *A* 8 filosofię *A* 9 magne *A* 10 materię̃ *A* 11 procreantur *Vcp* 12 ordo est] *om. r* poen: *rab*] peu: *γV* 16 materiam *γbVcp*] materiem̃ *ra* 25 apellat *A* 26 formari *Porph.* 30 uultus] *om. Vcp*

**56.** VENARIQVE TIMET LVDERE DOCTIOR] Culpat Romanos, quos omisso exercitii studio ad Graecos ineptos luxuriososque ludos filios transtulisse commemorat (*AΓbV ex Porph.*

**57.** TROCHO] Rota (*AΓb*

**58.** SEV MALIS] Magis uelis (*AΓb*

LEGIBVS ALEA] Legibus enim lusus aleae puniuntur propter nuditatis incestum (*AΓbV*

**59.** CVM PERIVRA P. F.] Cum patris familiae fides ad congregandam heredi pecuniam periura et socios fallet et hospites (*AΓαbV*

**61.** INDIGNOQVE PECVNIAM] Haec, inquit, per scelus quae adquiruntur, congreganti nihil prosunt, dum relicta indignis heredibus per luxuriam consumuntur (*cf. Porph.*), ut (*Naeuii fragm.* 51 *R.*):

Male parta male dilabuntur (*AΓαbV*

**64.** CVRT⟨A⟩E NESCIO] Quae numquam crescat, ut sufficere uideatur (*AΓb cons. c om. Vp*

SEMPER ABEST REI] Cupido semper aliquid deesse (*AΓbV*

---

## CARM. III 25

[PRIMVS VERSVS GLICONIVS · SCD̄S ASCLEPIADEVS · (*A*]

METRVM [IDEM] QVOD SVPRA (*ABΓ*

**1.** QVO ME, BACCHE, R. T.] Hac ode Liberum patrem inuocat, eo quod et ipse musicus deus sit, petens ab eo, ut se in secreta nemorum suorum ducat, ubi numine eius repletus Caesaris Augusti laudes canat, allegoricos signi-

2 excercitii *A*  3 luxuriosos quę *A*  7 enim] *om. Vcp*
10 periura *αVp*] periuram *Aγc* periuramentum *r*, *absc. b* et (*om. c*) hospes (hospites *cp*) fallat (falat *c* fallet *p*) et socios (sotios *c*) *Vcp*  fallat *αb*  13 prosunt] poss̃ *A*, *euan. b*
19 deēē (= deesse) *A*] deest *cett.*  22 metrum] *om. B*
idem] *om. AB*

ficans non sufficere spiritum suum laudibus Augusti, nisi numinis eius iuuetur instinctu (*AΓabV cons. Porph.*

**2.** AVT QVOS AGOR IN SPECVS] Hic masculino genere specus posuit; dicitur enim et hoc specus (*AΓab cons. c om. Vp*

**3.** VELOX MENTE NOVA] Quam nouam faciat praesentia numinis, hoc est homini inconsuetam (*AΓabV*

QVIBVS] Grauiter pronuntiandum 'quibus' (*AΓb ex Porph.*

Ordo est: quibus antris meditans audiar inserere stellis et consilio Iouis aeternum decus egregii Caesaris? (*ΓabV*

**5.** AETERNVM MEDITANS DECVS] Consecrationem dicit (*AΓb Porph.*

**8.** INDICTVM ORE ALIO] Ab alio adhuc non dictum (*AΓb*

**9.** EXSOMNIS] Vigilans per furorem (*AΓb*

STVPET EVHIAS] Idest non aliter Baccha prospiciens Hebrum fluuium Thraciae uel Rhodopen montem regionis eiusdem (*ex Porph.*) delectatur, quam ego uidens nemora scripturus Caesaris consecrationem in antris Musicis (*AΓabV*

Euhias (*V*)] Baccha Liberi (*ΓbV*

**12.** VT MIHI DEVIO] Vaganti. Repleti enim numine per deuia agi et remota consueuerant. Deuium dictum a uia remotum (*ex Porph.*) (*AΓabV*

**14.** O NAIADVM POTENS] Dionisus habens potestatem uel in Nymphis uel in Bacchis (*AΓbV*

**16.** PROCERAS MANIBVS VERTERE FRAXINOS] Tantum uirium Liberi significat esse cultricibus, ut arbores radi-

2 instinctu iuuetur *V* 6 quam *Γab*] quae *AγVp* que *c* 15 adhuc] ad hoc *A* 19 hebrum *Γc*] ebrum *AγabVp* rhodopen *γ*] rodopen *AΓV* rohdopen *a* hrodopen *b* 21 caesaris] *om. A* 24 deuio *lemma in bVcp* uaganti *b gl.*] uaticinanti *AΓV et b mg. cons. a* numine *Ap*] numinis *ΓabVc* 27 dionisus *A*] dionisius *ΓbV* 28 nimphis *A*

citus possint euertere numinis eius instinctu (*A Γ b V ex Porph.*

**17.** Nil mortale loquar (*cp*)] Quod mortali conueniat (*Γ b V c p*

**18.** NIHIL MORTALE LOQVAR] Subaudiendum: si me in tuos specus ac secreta nemorum duxeris (*A Γ b V Porph.*

**20.** CINGENTEM VIRIDI TEMPORA PAMPINO] Amphibole dictum, utrum sibi tantum cingentem, an quoscumque numine suo implere uoluerit (*A Γ b V ex Porph.*

---

## CARM. III 26

[EVCHARISTICE TETRACOLOS (*A*]

METRVM ALCAICVM, VT SVPRA (*A B Γ α b*

**1.** VIX⟨I⟩ PVELLIS NVPER IDONEVS] Hac ode uideri uult iam renuntiare carminibus, et lyram consecrare et amare desinere (*A Γ α b V ex Porph.*

IDONEVS] Voluptati sufficiens (*A Γ b V*

**2.** ET MILITAVI NON SINE GLORIA] Allegoricos militiam nunc amorem uocat (*A Γ α V Porph. sim. b*

SINE GLORIA] [Non] sine opinione boni amatoris (*A Γ b V*

**3.** NVNC ARMA] Bene amoris arma lyram dixit (*A Γ (γ b) V*

DEFVNCTVMQVE BELLO] Absolutum *A Γ*

**5.** MARINAE QVI VENERIS LATVS] Mari ortae, ut (*Verg. Aen.* V 800. 801):

Meis te fidere regnis,
Vnde genus ducis.

Et ordo est: qui paries laeuum marinae Veneris latus

1 numini *A* eius *A γ b*] huius *r om. V c p* 7 amphibole *A Γ α*] amphibolice *b V p* amphiboloice *c* 8 quascūq. *A* 14 liram *A, recte r b* 19 non *om. A* 21 liram *A, recte b* 25 regñ *A* 27 et ordo est *A Γ b*] et est ordo *V c p om. α* leuum *A*

custodit, ac per hoc in sinistra parte templi pendebit (*A Γ α b V*

**6. 7.** PONITE LVCIDA F.] Funes, quibus luminaria suspendi consueuerant (*A Γ V*

*Vel funalia sunt propri[a]e funes cereorum, qui succendebantur in nuptiis, per quae intellegi uoluit ardorem amoris (*Γ*(*γ α*) *paul. sim. b*

**7.** ET VECTES ET ARCVS] Haec instrumenta amoris uult intellegi (*ex Porph.*), quibus fastus etiam per uim contempnentium superantur (*A Γ α b V*

**8.** OPPOSITIS F.] Clausis (*A Γ*(*r b*)

**9.** QVAE BEATAM DIVA TENES CYPRVM] In Cypro enim insula Venus specialiter colitur, similiter et apud Memphin, idest Aegiptum, quam ideo carere niue dixit, quia calida regio est (*A Γ b V*

**10.** SITHONIA NIVE] A prouincia nomen niuibus dedit, ut (*Verg. ecl.* 10, 66):

Sithoniasque niues hiemis subeamus aquosae (*A Γ b V*

**11.** SVBLIMI FLAGELLO] In altum sublato ictu, quod fit, dum quis uehementius uult ferire; et ideo Chloen, quia est adrogans ac superba amantibus, percuti uel una graui dicit debere amoris plaga Venerii (*A Γ α b V ex Porph.*

---

## CARM. III 27

[PROPEMTICE TETRACOLOS · (*A*]

METRVM SAPPHICVM (*A Γ α b*

**1.** IMPIOS PARRH⟨A⟩E RECINENTIS OMEN] Amicam

6 succendi solent *α* succebantur *γ* 10 contēnentium *α* 12 cipro *A*, *recte γ* 13 similiter — regio est] *cons. Porph.* 14 memphin *V*] memfin *A γ* memphim *r* menphin *b* ægiptū *b*] egiptum *cett.* 16 prouintia *A* 18 hiemis — aquosae *om. V c p, sed in c trium uerborum spatio uacuo relicto* aquose *A γ* 21 adrogans *A Porph.*] arrogans *Γ α b V* 25 safficum *A γ* saphicum *r α b*, *r add.*: cum subiuncto adonio *r*

peregre proficiscentem inuitus dimittens timet, ne malis pergat auspiciis, et optat, ut impii potius quam ipsa augurio parrae auis uel ceterorum, quae subicit, proficiscantur (*ex Porph.*). Et per istam commemorationem ominum aduersorum nititur eam ab itinere reuocare disposito (*AΓαbV*

IMPIOS] Malos (*AΓb*

**3.** RAVA DECVRRENS L.] Aut colore oculorum torua aut uoce non clara aut certe rabida (*AΓαCVcp*

'Raua' fulua siue subnigra aut rauca, idest obtunsae uocis. Rauus color dicitur mixtus niger cum fuluo (*ΓαbCVcp*

**4.** *⟨Fetaque⟩] Grauida; nam et haec mali ominis est (*Γb*

**5.** RVMPIT ET SERPENS ITER INSTITVTVM] Incidit praetereunti (*AΓbC*

**6.** *⟨Si per oblicum⟩] Quia tortuose incedunt (*Γb*

SIMILIS SAGITTAE] Serpentis celeritate etiam animalia deterreri [dicit] (*AΓαbCV*

Idest si tantae celeritatis est serpens, ut etiam inrationabilia animalia terreat, rumpat institutum iter (*ΓbCV*

**7.** TERRVIT MANNOS] Buricos (*ex Porph.*). Manni ideo dicti, quod mansuetudine familiarius manum sequantur (*AΓαbCV, sed* manni — sequantur *add.* $V_2$

EGO CVR TIMEBO] Hoc est 'desertus ab amica' (*AΓb*

**9.** ANTEQVAM STANTES PALVDES] Non fluentes (*AΓb*

1 ꝑeregre *A* ꝓficisciscentem *A* 2 auspitiis *A* 3 par$^{h}$rę *A* phyrrę *r* parrae *cett.* 10 obtunsae *rαb*] obtunse *γC* obtuse *Vcp* 14 est *γb*] esse dicuntur *r* 15 rumpit *A* (rumpat *Vp*) incidit *A*] incidat *cett.* 17 incedunt *γb*] incedit *r* 18 celeritate *Vcp*] cęleritate *γ* celeritatem *ArαbC* 19 dicit *ΓαCV om. A et b ut uid., absc. b* 23 buricos *A* burichos *Porph.* buridos *γV* burdos *Ccp* burides *α* burdones *r absc. b* manni — mansuetudine] mbnx kdfp dkctk q mlnsxftxdine *V, ergo pro* 'manni' *legit* 'manu' 24 manum (manuum *p*) familiarius *Vcp*

**10.** IMBRIVM DIVINA AVIS INMINENTVM] Cornicem dicit inmiuentum imbrium praesciam, ut (*Verg. georg.* I 388):

Tum cornix plena pluuiam uocat inproba uoce.

Paludes autem finito die repetere consueuerunt (*AΓαbCV ex Porph.*

**11.** OSCINEN CORVVM] Oscines dicuntur aues, quae uoce augurium faciunt, praepetes, quae uolati⟨bu⟩s. Vt Vergilius (*Aen.* III 361):

Qui uolucrum linguas, qui praepetis omina pinnae

(*AΓαbCV*

**12.** SOLIS AB ORTV] Ab ortu enim solis prospera corui omina sunt, aduersa ab occasu (*AΓbCV*

**13.** SIS LICET FELIX V. C. M.] Idest etsi sine me esse mauis, sis tamen felix (*AΓV*

Ordo est: Galatea, sis felix et memor nostri, licet uiuas ubicumque mauis (*ΓbV*

**15.** LAEVVS VETET IRE PICVS] A sinistra picum mali ominis dicit et uagam uolatu cornicem (*AΓbV*

**16.** *⟨Vaga⟩] Incerta, idest incerte uolans (*Γb*

**17.** QVANTO TREPIDET T.] Ventorum flatu uel murmure pelagi (*AΓb*

**18.** PRONVS ORION] In occasum uergens Orion tempestuosus est (*cons. Porph.*); et quia amicam non ualet

2 imminentum *AαbC* inminentium (imm: *p* īm: *c*) *rcp* inminentěm *γ* imminentem *V* p̄ssiā *A* 3 tum *rVp*] cum *Aγc* dum *C* *inter* 'plena' *et* 'pluuiam' 'plumis' *inserunt* *ΓαbCV*, *non* *Acp* *Porph.* 4 consueuerunt *K.*] consueuerant *codd.* 6 quae] que *A* 7 quae — pinnae] *aliter b mendose α* quae *A*] q, = que *ΓCV* uolatibus *K.*] uolatis *A?C* uolatus *A?γV* uolantes *r* uolatu *cp* *om.α* 8 uirg: *codd.* 9 p.o.p. *V* pinnae *C*] pennę *A* pinguę *r* pinuę *γ* pemie *α* 13 etsi *A*] et si *Vcp* et *r* si *γ* 14 esse] esset *V*, *non cp* tamen *om. per errorem V* (*opp. cp*) 15 ordo est] *om. b* est *om. r* galathea *rbcV* 17 levis *A* ad sinistrā *A* 18 ominis *rbcp*] hominis *AγV* 19 idest] *om. r* 22 tēpestuosum *Aα*

precibus retinere, minis tempestatis conatur (*cons. Porph.*), ut (*Verg. Aen.* IIII 52):

Dum pelago desaeuit hiemps et aquosus Orion

(*A Γ a b V*

**18. 19.** EGO QVID SIT ATER H. N. S.] Futurae se nosse signa tempestatis ostendit uel ex Adriatici maris sono, uel ex flatu Yapigis uenti, qui ex sereno subitam facit tempestatem (*A Γ a b V*

**19.** Albus (*Vcp*)] Aut propter erectionem fluctuum aut colorem uacuarum nubium (*Γ b V*

**21.** HOSTIVM VXORES P. C.] Idest nec feritati barbaricae, nec puerili inscitiae incognita dicit esse posse futurae tempestatis indicia (*A Γ a b V*

**25.** Sic et Europe (*Vcp*)] Idest quemadmodum tu praesumptuose sumis peregrinationem, sic et Europe praesumptuose credidit niueum latus doloso tauro et uide, quid passa sit (*Γ a b V*

**25. 26.** DOLOSO CREDIDIT TAVRO] [Idest] falso Ioue (*leg.* Ioui) in taurum mutato (*A Γ b*

**26.** ET SCATENTEM] Repletum (*A Γ c*

**27.** MEDIASQVE FRAVDES] Non fraudes medias, sed in medio dolo cognitas, non ante repertas (*A Γ b V*

**28.** Palluit (*Vp*)] [Idest] uehementer timuit; id quod efficitur posuit pro efficiente (*Γ b V*

PALLVIT AVDAX] Idest quae ante audax fuerat, tunc palluit (*A Γ b V*

**29.** STVDIOSA FLORVM] Quae studeret Nymphis facere floreas coronas (*A Γ b*

**30.** OPIFEX] Artifex (*A Γ b*

**31.** NOCTE SVBLVSTRI] Lucida, serena (*A Γ b*

3 desęuit *b*] deseuit *cett.* hiems *γ a* hieps *V* 7 yapigis *A Γ*] iapigis *a b* iagis *p* yapie *V* iapige *c* 11 nec f: *A Γ a b*] non f: *Vcp* barbarice *A* 12 insicię *A* 13 tepestatis *A* inditia *A* 18 idest *om. A* 21 medias *γ b Vcp*] malas *A r* 23 idest *r om. γ b Vcp* uehementer] *om. b* 27 nimphis *A*

**32.** Sublustri (*Vcp*)] Crepusculo uel exluce (*Vcp*

**34. 35.** PATER O RELICTVM F. N.] Europae gemescentis uerba (*ex Porph.*): o patris pietas, reliquisti nomen filiae (*AΓbV*

Ordo est: quae simul attigit Creten potentem centum oppidis, uicta furore dixit: 'o pater et pietas, relictum nomen filiae' (*ΓV*

**37.** VNDE QVO VENI?] Vt (*Verg. Aen.* X 670):

Quo feror? unde abii? (*AΓα*

**38.** VIRGINVM CVLP⟨A⟩E] Quanto minus peccare uirgo debet, eo peccans digna maiore supplicio est (*ex Porph.*); 'leuior', siquidem [mors] uitae ⟨iactura leuior⟩ est quam pudoris, ut (*Verg. Aen.* IIII 547):

Ferroque auerte dolorem (*AΓV*

VIGILANSNE PLORO] Sic incredibile factum dicit, ut etiam sibi somnio simile uideatur (*AΓbV ex Porph.*

**39. 40.** AVT VITIIS CARENTEM LVDIT IMAGO] Imago pro somnio dicitur, ut (*Verg. ecl.* 2, 27):

Si numquam fallat imago.

Et est sensus: an sine uitio sum, et hoc potius somnio? (*AΓbV cons. Porph.*

**41.** Vana (*Vcp*)] Per quam uana somnia emittuntur (*ΓbVcp*

QVAE PORTA FVGIENS EBVRNA] Vt Vergilius (*Aen.* VI 895. 896):

Altera candenti perfecta nitens elephanto,
Sed falsa ad caelum mittunt insomnia Manes

(*AΓbV ex Porph.*

2 ore relictū *A* gemiscentis *b* 5 est] *om. rV* 12 uitae (uite *γ*) est *Aγ*] est uitae *rcp* est uite *V* quam *om.* $V_1$, *add. nigriore atramento supra uersum* locum *corruptum emend. K.* 17 ludis *A* 22 uana somnia *cp*] somnia *ΓbV* 24 portas *A* ęburna *A* uirgilius *A, om. ΓbVcp*

**45.** SIQVIS INFAMEM MIHI NVNC IVVENCVM] Aut famosum aut certe sibi infamem (*AΓb*

**46.** LACERARE FERRO] Vt (*Verg. Aen.* IIII 600. 601):

> Non potui abreptum diuellere corpus et undis
> S.?

ut indignationem similis sexus indignatione (*leg.* simili exclamatione) monstraret (*AΓαbV*

**49.** IMPVDENS LIQVI P. P.] [Turpiter] eadem, inquit, inpudentia uiuo, qua patriam reliqui (*AΓbV ex Porph.*

**51.** VTINAM INTER ERREM] Velut offerenda saeuitiae ferarum (*AΓb*

**53.** Turpis macies (*V*)] Quae turpes facit (*ΓbV*

ANTEQVAM TVRPIS MACIES] Ante deteriorationem formae optat perire (*AΓbV cf. Porph.*

**54.** TENERAEQVE SVCVS] Pulchritudo corporis designatur, ut (*Ter. eun.* II 3, 27):

> Corpus solidum et suci plenum (*AΓαbV*

**55.** Sucus (*V*)] Viriditas (*ΓbV*

**57.** VILIS EVROPE PATER V. A.] Insequitur, ut mori debeat etiam absentis timore (*AΓbV*

**59.** ZONA BENE TE SECVTA] Tamquam quae adiutura sit mortis neglectae consilium, ideo 'bene secuta' (*AΓbV cons. Porph.*

**62.** AGE TE PROCELL⟨A⟩E] Tamquam quae magis debeat se aut tempestatibus tradere peritura aut praeceps

1 iuuencum] iuuencum. § Infamem m. n. i. *A* famo/// *A* 4 potui] potis *αb* 6 ut] quod dixit ut *edit.* similis sexus indignatione *del. Hauthal, corr. K.* similis] simul *p* 8 turpiter *Vcp om. AΓ* turpis *gl. b* eâdem *A* 9 inpud: *b*] impud: *cett.* quā *Aα* 10 seuitię *A* 13 forme *A* 15 pulcritudo *αV* designatur *A*] designat *αb* signatur *cett.* 16 ut] *om. A* 19 *in bV lemma est* 'urget' 21 adiutura — debeat] *om. V, non cp* 22 neglectę *b*] neglecte *Acp* necglectę *r* neglegte *γ* 24 AGE TE] agite *A* 25 preceps *A*

per abrupta dimitti, quam dominae imperia seruiendo perferre (*AΓαbV*

*Procell⟨a⟩e (*c*)] Vento et mari (*Γcp; in V excidit per errorem*

**66.** BARBAR⟨A⟩E PELEX] Quae in odium pelicis crudelior esset feritate barbarica (*AΓαb*

Pelex (*V*)] [Concubina.] Vt exaggeraret feritatem barbaricam, addidit 'pelex', idest quae sic me insequetur ut pelicem, timens meam pulchritudinem (*ΓαbV*

**67.** PERFIDVM RIDENS V.] Dolosum. Epitheton Veneris: 'ridens' Venus et ad praesens magis conueniens, eo quod rideret eam imagine iuuenci deceptam, uel quod Veneri irasceretur, ueluti uerae pecudis inlusa concubitu (*AΓαbV cons. Porph.*

**67. 68.** ET REMISSO FILIVS ARCV] Merito remisso arcu Cupido, tamquam qui Europae iam debellasset pudorem (*AΓV*

**69.** Abstineto (*V*)] Idest cessa ab ira et calida rixa (*ΓbV*

**69. 70.** MOX VBI LVSIT SATIS A. D. I.] Idest postea quam diu passa est illam casus suos uelut facti auctoris ignaram conqueri (*AΓbV ex Porph.*

**70.** CALIDAEQVE RIXAE] De calore animi uel furoris commotione uenientis (*AΓαbV*

**71.** CVM TIBI INVISVS L. R. C. T.] Ironicos dictum, quia minata fuerat se cornua tauri fracturam; ideo non laceres eum, cum se tibi rursus optulerit (*AΓαV cons. Porph.*

1 domine *A* imperia *b*] imperium *Γcp* imperio *AV* impia *α* 7 concubina *Vcp gloss. b*] *om. Γα* 9 pelicem *K.*] pelex sim *codd.* meam pulchritudinem *K.*] meae (mee *c*) pulchritudini (pulcr: *bV*) *codd.* 12 imagine *AV*] imaginem̲ *r* imaginem *γ* per imaginem *αb* uel] *om. ΓαbV* 13 uerę *b*] uere *cett. et Porph.* illusa *αbV* c̄cubita *A* 16 europe *A* depellasset *A* 18 idest *Γb*] *om. Vcp* 22 conqueri *ante* uelud *pon. V* 25 hironicos *Γα* yronicos *A* hyronicos *bVp* yronice *c* 26 fuerat] erat *V, non cp* 27 laceres *Porph.*] laceras *codd.* optulerit *Aα*] obtulerit *cett.*

**75. 76.** TVA SECTVS ORBIS NOMINA DVCET] 'Sectus' diuisus, eo quod una pars orbis Europae nomen accepit (*ex Porph.*), altera Asia dicta est, ut (*Verg. Aen.* I 385):

Europa atque Asia pulsus (*AΓ sim. αb*

**76.** Nomina ducet (*p*)] Idest ex tuo nomine dicetur (*Γb V*

DVCET] Habebit, ut (*Verg. Aen.* V 801):

Vnde genus ducis (*AΓb*

---

## CARM. III 28

[PROSEVTICE TETRACOLOS · (*A*]

METRVM PRIMO VERSV GLYCONIVM, SECVNDO ASCLEPIADEVM (*ABΓαb*

**1.** FESTO QVID POTIVS DIE] Idest quid magis faciendum est festo Neptunalium die, quam ut uinum promatur? (*AΓbCV cons. Porph.*

**3.** Amicam suam alloquitur (*ΓαbV*

LYD[A]E STRENVA] Parca, fidelis (*AΓb*

CECVBVM uinum uolunt ideo dictum, eo quod ebrietas caecet et confundat ingenium (*AΓbV sim. C*

**4.** ADHIBE VIM SAPIENTIAE] Quae scilicet nulli casui fortunae subiecta est: bene autem ait uim sapientiae adhiberi per uinum (*AΓαCV cf. Porph.*

**5. 6.** INCLINARE MERIDIEM SENTIS] Hoc est: sentis in occasum inclinare diem (*ex Porph.*), qui maior fieri debet et augeri laetitia (*AΓV*

**6.** AC VELVTI STET VOLVCRIS DIES] Hortatur ad

2 europe *A* 11 uersu *Aαb*] uersus *Br* uesu *γ* glyconium *B*] glyconicum *b* glic: *cett.* asclipiadeum *B* 18 uolunt ideo dictum *Arb*] ideo dictum uolunt *Vp* ideo uolunt *γ* dictum uolunt *c* ideo d: *C* 20 que *A* 24 inclinare diem in occasum *Vc, non cett. p* 26 stat *A* stet *Vcp*

celeritatem promendi, dum dicit breuitatem inpatientem morarum (*AΓbV*

**7.** Parcis (*Vcp*)] Idest: cessas, quasi stet, cum celeriter abeat (*ΓαbV*

**8.** CESSANTEM] Residentem, repositam (*AΓb*

Bibuli (*Vcp*)] Proprium nomen (*ΓV*

BIBVLI CONSVLIS A.] Idest Bibuli consulatu reconditam (*AΓV cf. Porph.*

**9.** INVICEM] Singuli uicissim (*AΓb*

**10.** ET VIRIDES NEREIDVM COMAS] Herbis similes aquae fucatione (*AΓbV*

**11.** Recines (*Vcp*)] Iterum cantabis, idest alternatim cantabimus (*ΓV*

**12.** *⟨Latonam⟩] Matrem Dianae (*b*

Latonam (*Vcp*)] Dianam (*ΓVcp*

Propter quod trimorfa dicitur. Ipsa enim Luna, ipsa Diana, et ipsa Proserpina. Ideo modo Lunam pro Diana posuit (*AΓαbCV*

⟨Spicula Cinthiae⟩] Spicula Veneris a monte Cintho. Spicula autem Veneris stimulos dicit amoris (*Γ(γb)Vcp*

**13.** ⟨SVMMO⟩ CARMINE] Aut maximo aut in consummatione carminis, idest in fine, Veneris cantabimus laudes (*AΓαbV ex Porph.*

**14.** QVAE GNIDON FVLGENTISQVE TENET CICLADAS] Insularum nomina, quas Venus uecta circumit cygnis (*AΓbV*

1 inpat: *γ b ut uid.*] inpacientem *A* inpaciendi *r* impatientem *Vp* impacientem *c* 10 similes *rb*] similis *Aγ* similiter *V* 16 *ante* propter *A falso exhibet hoc lemma:* §Et celeris spicula cinthiae quod] *om. V* trimorfa] trimorsa *AγCV a. ras.* trimosa *cp* trimo//sa *V* trimonia *αb* triformis *r, idem coni. Hauthal* 17 ipsa diana et ipsa] idest diana et *b* modo] mo *A* lunam — posuit *ΓαbCV*] *om. A* 19 spicula — cintho] *om. Vcp* cinthio *b* sicula cinthie stimulos ueneris d: a: *c* 20 spicula *om. b* autem ueneris *γV*] cinthiæ idest ueneris *p* autem *b* 21 Aut — in] aut in animo aut in *b om. A* consummatione *rα*] sumatione *A* consumatione *γbV* 22 cantabimus] cunctabimus *A* 24 fulgentis quę *A* 25 uectat *A* circuit *Vcp* cygnis *Γ*] cignis *AbV*

**16.** Nenia merita (*V*)] Conuenienti carmine; nam quia tenebrosa nox est, merito lugubri carmine dicetur (*Γ a b V c p*

NOX QVOQVE NENIA] Carmen est, quod mortuis cantabatur in honorem inferorum. Sed quia noctem praedicaturus erat, propter tenebras et somnum, quae morti proxima creduntur, ideo dixit ‘nenia noctis’ (*A Γ V cons. P.*

---

## CARM. III 29

[PROSPHONETICE TETRACOLOS · (*A*]

METRVM DVOBVS VERSIBVS ALCAICVM, TERTIVS IAMBICVS DIMETER YPERCATALECTICVS, QVARTVS PINDARICVS (*A B Γ a b*

**1.** TIRRHENA REGVM PRO. T.] Simile est hoc principium primae odes:

M⟨a⟩ecenas, atauis edite regibus.

Inuitat autem illum ad epulas, cui destinatam uini amphoram et inlibatam iam apud se esse promittit (*A Γ a b V ex Porph.*

Ordo est: Maecenas Tyrrena progenies regum, iam dudum apud me est tibi lene merum non ante uersum cado cum flore rosarum et balanus pressa tuis capillis (*Γ b V*

TIRRENA] Tusca. Et Tiberis Tyrrenus dictus est, ut (*Verg. Aen.* VII 663):

Tyrrenoque boues in flumine pauit Hiberas (*A Γ V*

**2.** VERSO LENE MERVM CADO] Vetustate domitum (*A Γ b*

2 nox *cp*] *om. Γ a b V, nec scio an in fine huius sch. posita illa uox interierit propter sequens lemma* nox e. q. s. 5 honore *Vc* 11 ypercatalectus *A om. r* 13 hoc] enim *Vcp* 14 odis *A Γ a b V p* odes *c* 17 inlibata mĩa *A* 23 tyrr: *Γ*] tirrenus *A V* 25 tyrr: *Γ V*] ti$^{r}$enoque *A*

**4.** ET PRESSA TVIS BALANVS C.] Infusa, tamquam iam capiti inpressa. Balanus [autem] ex quo componuntur unguenta, et ideo unguentum significat (*AΓαbV*

*Balanus generaliter appellatur omnis glans siue nux, specialiter uero glans odorifera, de qua conficitur unguentum satis unctioni capitis aptum, quod appellatur mirobalanum teste Isidoro. Hic tamen glandem pro ipso unguento posuit, quod dicit se habere ad opus M⟨a⟩ecenatis (*Γ*(*γαb*)

**5.** Iam dudum (*Vc*)] Quasi diceret: haec omnia in tuo honore iam diu seruantur apud me (*ΓαbV*

ERIPE ⟨TE MORAE⟩] Festina (*AΓb*

**6.** VDVM TIBVR] Pro copia aquarum (*AΓbV*

ET AEFVLAE] Vrbis nomen alterius in latere montis constitutae (*AΓV sim. α*

**7.** DECLIVE CONTEMPLERIS ARVOM] Turrem in hortis suis Maecenas construxisse dicebatur, unde haec omnia prospectaret (*AΓαbV ex Porph.*

**8.** TELEGONI IVGA PARRICIDAE] Tusculum ciuitas est in iugo montis constituta; hanc significat nomine conditoris; a Telegono enim Circis fundata est filio, qui per ignorantiam patrem suum Vlixem peremit (*AΓαbV ex Porph.*

**9.** Fastidiosam d. c. (*c*)] Quae fastidium ingerit (*ΓbV*

⟨Copiam⟩] [Idest] luxum (*ΓbV*

FASTIDIOSAM DESERE COPIAM] Vt proprias delicias aliquando fastidias (*AΓbV*

1 inf:] idest infusa et *α* 2 iam *Vcp*] *om.* *AΓαb* inpressa *Ab*] impressa *rαV* impræssa *γ* autem *om.* *A* autem est ex quo *α* ex quo *AΓαb*] unguentaria ex qua *Vc* unguentaria erba est ex qua *p*; *gloss.* *Γ* *exh.*: ʻherba unguentaria' 3 significat unguentum *Vcp* ungentum *r* 11 diu] dudum *αb* 14 effulę *AV* 16 turrem *Aγ*] turrim *rbVcp* turris *α* 17 maec: *p* mec: *cett.* 19 iu$^{r}$ga *A* 21 circis *AΓαbcp*] cirtis *V* circes *Porph.* 22 ulixen *αVabsc.b* 25 idest *Vcp*] *om.* *Γb* fluxum *γbVcp* fluxam *r* 26 propias *A* delitias *A* 27 fastidias *rb*] fastidia *Aγ* fastidiat *Vcp*

**13.** PLERVMQVE GRATAE DIVITIBVS VICES] Vicissitudinem rerum dicit gratam solere esse diuitibus, quos interdum post diuitias et copiam delectat familiarium mediocritas (*A Γ b V*

Ordo est: plerumque uices grat⟨a⟩e diuitibus mundaeque cenae sine auleis et ostro explicuere sollicitam frontem sub paruo Lare pauperum (*r sim. Γ α b V c p*

**15.** SINE AVLEIS ET OSTRO] Hoc est: sine regali pompa, ut (*Verg. Aen.* I 697):

Auleis iam se regina superbis (*A Γ b*

**16.** SOLLICITAM EXPLICVERE FRONTEM] [Idest] tristem et obductam rugis frontem laetitia extendere, hoc est explicare, ut Terentius (*ad.* V 3, 53):

Exporge frontem (*A Γ b V*

**17.** ANDROMED⟨A⟩E PATER] Aethiopum rex Cepheus, qui inter sidera collocatus dicitur proximus Orioni (*A Γ b V sim. Porph.*

**18.** IAM PROCYON FVRIT] Stella, quae ante Caniculam oritur (*A Γ V ex Porph. sim. b*

OSTENDIT IGNEM] Hoc est: denuntiat aestatem, ut (*Verg. georg.* II 353):

Findit Canis aestifer arua (*A Γ b V*

**19.** VESANI] Nimii (*A Γ b*

3 familiarum *γ V c p* 5 est *α b V c p*] *om. Γ* mundę cenę plerumque grate uices diuitibus sine auleis et ostro paruo lare pauperum explicuere sollicitam frontem *γ* plerumque mundae cenae et (*om. V c p*) gratae uices diuitibus sine auleis et ostro sub paruo lare pauperum explicuere soll: fr: *α b cons. V c p* 11 idest *V c p om. A Γ abscis. b* 12 letitia *A* 15 zephus (zepheus *r* thelephus *c* cefeus *b corr.* cestus *b ante corr.*) ethiopum (aeth: *p*) rex cetheus (cętheus *V* cepheus *p om. r b*) *A Γ b V c p* cefeus *Porph. Holderi* 20 hoc est *A*] idest *Γ V* estatem *A* 22 estifer *A*

**21.** CVM GREGE LANGVIDO] Aestu fatigato, ut (*Verg. ecl.* 2, 8):

> Nunc etiam pecudes umbras et frigora captant

(*A Γ b V*

**22.** ⟨H⟩ORRIDI] Agrestis, hirsuti (*A Γ b*

**24.** RIPA TACITVRNA VENTIS] Quae praeter sonum sit uento non mota, ut (*Verg. ecl.* 9, 58):

> Aspice, uentosi ceciderunt murmuris aurae (*A Γ V*

**25.** TV CIVITATEM QVIS D. STATVS] [Quis honor.] Ostendit Maecenatem praefectum urbi eo tempore fuisse (*A Γ b V ex Porph.*

**27. 28.** ET REGNATA CIRO B.] Cyrus rex Persarum fuit, ideo gentes eius regni commemorat, ut (*Verg. Aen.* VIII 687. 688):

> Et ultima secum
> Bactra uehit (*A Γ b V*

**28.** TANAISQVE DISCORS] Flumen influens in Meotides paludes. Discors autem ideo dictum, quod discernat Europam et Asiam, siue quia incolae regionis eius feroces sunt et frequenti inter se discordia conliduntur (*A Γ V ex Porph.; paulum sim. a b*

**29.** PRVDENS FVTVRI T. E.] Idest sapienter deum fecisse nesciri futura, tamquam qui hominem uellet pro breuitate uitae uti praesentibus (*A Γ V*

Ordo est: deus prudens premit exitum futuri temporis caliginosa nocte, et ridet, si mortalis trepidat ultra fas (*Γ b V*

1 estu *A* fastigato *A* 6 quae] q. *A* propter *r V c p* 9 quis honor *Γ V p om. A c* ·i· decor & honor *gl. b* 10 mae: *p* me: *cett.* urbi] urbis *r b P.* 12 cirus *A* 13 gentes *A Γ b*] genus *V c p* regni] *om. V c* 18 discos *A* quod *P.*] quia *codd.* discernat *A* $r_1$ γ] discernit *V c p et* $r_2$ 20 et *Γ c p*] ut *A V* 22 idest] *om. V c p* sapienter] prudenter *V c* 25 ordo est] *om. r* prudens p̄mit deus *V c p*

**33.** conponere aeqvvs] Iustus finire; unde lites compositae dicuntur finitae (*AΓαbV*

**34.** Feruntur (*Vcp*)] Dilabuntur (*ΓbV*

cetera flvminis r. r.] Hoc est: alia cursum suum habent, ut (*Verg. georg.* I 202. 203):

Si brachia forte remisit
Atque illum in praeceps prono rapit alueus amni

(*AΓαbV*

Ordo est: cetera feruntur ritu fluminis, nunc cum pace dilabentis in Etruscum mare medio alueo, nunc uoluentis una adesos lapides et raptas stirpes et pecus et domos (*ΓbV*

nvnc medio alveo] Per allegoriam describit uarietatem et uices uitae humanae, quae, dum quieta et laeta est, subito aduersis casibus inquietatur et perturbatur (*AΓαbV cons. Porph.*

**35.** cvm pace] Sine perturbatione (*AΓb*

**36.** adesos] Adrasos (*AΓ*

**37.** stirpesqve raptas] Vt (*Verg. Aen.* II 305—307):

Rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata laeta boumque labores
Praecipitesque trahit siluas (*AΓαbV*

Stirpesque raptas (*p*)] Extirpatas (*ΓbV*

**39.** clamore] Strepitu (*AΓb*

**40.** dilvvies] Noue [tempestatem] dixit, cum omnes auctores 'hoc diluuium' posuissent (*AΓαbV*

**41.** inritat amnes] Incitat, ut (*Verg. Aen.* X 644):

Inritatque uirum telis et uoce lacessit (*AΓαbV*

1 aequus iustus, componere finire *b* 9 est] *om. r* 23 *u. om. Vcp* 24 exstirpatas *bV* 26 tempestatem *A om. ΓαbV* cum *AαVcp*] dum *Γb* 28 incitat] concitat *b gloss., om. α* 29 inritat quę *A* irritatque *rαbp* irritaq; *γVc* et — lacessit *om. Vcp*

ILLE POTENS SVI DE⟨GET] Id⟩est ille felix est, qui modum uitae suae habet, siue qui futura non curat (*A Γ b V*

**42.** L⟨A⟩ETVSQVE D.] Viuet, ut (*Verg. Aen.* IIII 551):

Degere more ferae (*A Γ b*

**43. 44.** CRAS V⟨E⟩L ⟨A⟩TRA NVBE POLVM] Perseuerat suadere praesentia tantum curanda nec futuris animum commodari (*A Γ α b V cons. Porph.*

**45.** PVRO] Sereno (*A Γ b*

NON TAMEN INRITVM QVODCVMQVE RETRO EST] Hoc est: non posse commodum uitae, quod iam praeceptum fuerit, infringi (*A Γ b V*

**46.** Quodcumque retro est (*Vc*)] Quod iam transiit, idest praeterita iam non poterunt immutari, quamuis futura incerta sint, et ideo desine de futuris sollicitus esse (*Γ α b V*

**47.** NEQVE DIFFINGET] Confundet, inmutabit, siue conuellet (*A Γ b V*

**49.** FORTVNA SAEVO LAETA N.] Quae delectatur incertis et inquietudine hominum gaudet, dum prospera mutat aduersis (*A Γ α b V*

**50.** Insolentem (*V*)] Iniquum, uel nouum (*Γ b V*

LVDVM INSOLENTEM] Vt Iuuenalis (3, 40):

Quotiens uoluit Fortuna iocari (*A Γ α b V*

PERTINAX] Persistens (*A Γ*

**51.** TRANSMVTAT INC. HO.] Vtrum ipsos honores incertos an qui transmutando incerti fiant fortunae inconstantia? (*A Γ b V cons. Porph.*

1 deget idest *K.*] *om. b* deest *cett.* 4 uiuet] *om. b* 5 fere *A* 6 nube nubȩ *A* persuadere perseuerat *V opp. cp* 8 commodari *A γ V*] accommodari *r* commendari *cp lacuna b, om. α* 10 quicūq. *A γ* 11 praeceptum *uel* p̄ceptum *uel* prec: *A γ b V c p*] p̄teritum *r* 12 fuerat *b* 13 iam non] non *Vc* 16 inm: *A r b*] immut: *γ V* 17 conuallet *A* 19 gaud& *α c p*] *euan. b* gaudeat *cett.* 25 transmittat in c. *A*

**53.** LAVDO MANENTEM] Idest cum mutabilis non est [laudo illam] (*AΓbV*

**54.** RESIGNO QVAE DEDIT] [Idest] dum ad alium euolat, reddo (*sim. Porph.*), quae dederat (*AΓbV*

**54. 55.** ET MEA VIRTVTE ME INVOLVO] Idest mea uirtute me munio, non timens incerta fortunae, dum aut desidero aut formido, quod praestat, bona conscientia et sola probitate contentus (*AΓbV cons. Porph.*

**56.** SINE DOTE] Sine opibus (*ex Porph.*), sine praemio (*AΓbV*

**57.** NON EST MEVM S. M. A.] Nec uitae nec propositi mei est, inquit, timere aduersa, quia nec periculo me tempestatis quaestus causa committo (*AΓαbV ex Porph.*

**59.** ET VOTIS PACISCI] Tamquam paciscantur cum dis homines oblectatione uotorum (*AΓbV*

**61.** Auaro (*V*)] Insatiabili, cuncta recipienti (*ΓbV*

ADDANT AVARO] Quasi quod omnia intercipiat (*ArbV*

**62.** Biremis (*V*)] Duos ordines remorum habentis (*ΓbVp*

**64.** GEMINVSQVE POLLVX] Geminus Pollux cum Castore intellegendus; amborum enim stellae simul nascuntur (*AΓbV cons. α*

Ordo est: aura et geminus Pollux feret me per ⟨A⟩egeos tumultus tutum praesidio scaphae (*ΓαbV*

Ironice dixit, idest non patiar uim maris amore lucri (*ΓαbV*

---

## CARM. III 30

[PRAGMATICE MONOCOLOS · (*A*)]

METRVM ASCLEPIADEVM (*ABΓb*

**1.** EXEGI MONVMENTVM AERE P.] Per aeternitatem

2 laudo illam *ΓbVcp om. A* 3 idest *bVcp om. AΓ* 12 inquit *Ap*] inquid *Γ om. Vc* 15 dis *A*] diis *ΓbV* oblatione *p* 17 quod *rbcp*] q = qui *AV* 20 castor ē *A* 25 hironice *Γ* hyronice *Vp* yronice *b om. α, schol. om. c* dixit] *om. α* idest *om. Vp* 29 asclipiadeum *B*

carminis auctori dat laudem. Ideo monumentum operis sui ultra statuas, quas nominato aere significat, et magnificentiam uel soliditatem sepulchrorum perennius dicit. Pyramides autem proprie regum Aegyptiorum sepulchra sunt ingenti mole constructa (*cons. Porph.*) et in acumen educta, in modum flammae sursum surgentis, unde et nomen est inditum (*AΓαbV*

Ordo est: Melpomene, exegi monumentum perennius aere (*ΓV*

EXEGI] Finii, perfeci (*AΓ*

⟨Aere perennius⟩] Idest durabilius metallo. Nam monumentum dicit opus suum, quod durabilius dicit esse statuis diuitum ex aere factis (*ΓbV*

PERHENNIVS] Fortius, ualidius (*AΓ*

**3.** QVOD NON IMBER EDAX, NON AQVILO] Conrumpens ui tempestatis. Ideo et Aquilonem posuit, ut (*Verg. Aen.* IIII 310):

Et mediis properas Aquilonibus,

quia tempestuosus est aut hiemi congruens (*AΓαbV*

INPOTENS] Valde potens (*Ar ex Porph.*

**4. 5.** AVT INNVMERABILIS A. S.] Vt (*Verg. Aen.* XII 686):

Annis soluit sublata uetustas.

Hoc est: dicta sua nec uetustate nec tempestatibus abolenda (*AΓαbV*

**6.** NON OMNIS] In litterarum laudem dicit corpore

3 perhennius *Ar* p̱ennius *α* 4 pyr: — inditum] *om. α* piramides *A* autem — regum] *om. b* proprię *A* ęgyptiorum *r*] aegiptiorum *γb* egiptiorum *AV* ægiptorum *p* sepulcra *V* 8 monimentum *γ* perennius aere *p*] perennius ·ē· (= est) *V* & cetera *γ* & cętera *r* 12 monimentum *r* 15 conr: *A*] corr: *cett.* 24 nec dicta sua uetustate nec t: ab: *Γαb* nec dicta sua tempestatibus nec uet: ab: *V* 26 laudē *Ap*] laude *ΓαbVc; c.* III 19, 10: in honorem, *cf.* III 18, 9. 21, 7. 29, 5. IIII 1, 25. 4 *in.* 5, 32. 15, 31. *epod.* 2, 59 26 se corpore *ΓαbV*

se moriturum, uicturum esse carminibus; ideo non omnis, [idest] non totus (*AΓαbV*

**7.** VITABIT LIBITINAM] Libitina dicebatur lectulus, in quo mortui efferebantur (*AΓV*

**7. 8.** POSTERA CRESCAM LAVDE] Postera⟨m⟩ laudem dicit posterorum; recens autem quasi nouus; noua enim dicta magis consuerunt placere (*cf. Porph.*), uetera obsolescere. Et ideo se etiam posteris in oblectatione nouum promittit (*AΓαbV*

Ordo est: ego recens crescam postera laude, usque dum pontifex scandet Capitolium cum tacita uirgine (*ΓV*

**9.** CVM TACITA VIRGINE PONTIFEX] 'Tacita' aut uerecunda aut pro sacrificio tacente. Consueuerant enim sacrificaturae Capitolium tacentes ascendere. Siue pro sacerdotii dignitate clarae, ut Vergilius (*Aen.* II 255):

Per amica silentia lunae (*AΓαbV*

**10.** Obstrepit (*V*)] Murmurat (*ΓbV*

OBSTREPIT AVFIDVS] Per Aufidum Apuliam uult intellegi, cuius prouinciae fluuius est; 'uiolens' [autem idest] torrens, de quo (*Verg. Aen.* XI 405):

Amnis et Hadriacas retro fugit Aufidus undas

(*AΓαbV*

**11.** PAVPER AQVAE DAVNVS] Daunus rex Apuliae [fuit], quae inopia aquae siticulosa est (*AΓCV ex Porph.*

Ordo est: ego potens ex humili princeps dicar duxisse Aeolium carmen ad Italos modos, qua obstrepit uiolens

2 idest *om. Aγ* non *AΓαbp*] *om. Vc* 5 postera laude laudem dicit *αb* postera⟨m⟩ *K.*] postera *A om. ΓVcp* 6 dicit *ΓVcp*] *om. A* autem *ΓαbVcp om. A* 7 consuerunt *AΓp*] consueuerunt *αbV* consueuerant *c* abolescere *rαbVcp* 10 est] *om. rV* 13 tacente *αbcp*] tacentem *AΓV* 14 sacrificare *A* 15 clarę *Γb*] clare *AV* dare *α* uirg: *codd.* 16 lunae] noctis *αb* 19 prouintiae *A* autem idest *om. A* (autem ac *α*) 21 aufidus *rαbV*] auidus *Aγ* 23 DAVNVS] dautius *A* daunus *rVcp*] *om. Aγ* 24 fuit *om. A*

Aufidus, et qua Daunus pauper aquae regnauit agrestium populorum (*Γ α b V*

**12.** Ex humili p. (*V*)] Ex parua progenie (*Γ b C V*

EX HVMILI POTENS] Gloriatur se libertino patre natum ad tantam studiorum claritatem uenisse (*A Γ α b V ex Porph.*

**13.** Princeps (*V*)] Idest primus (*Γ b V*

PRINCEPS AEOLIVM C.] Primum se dicit Aeolicam unam ex quinque Graecis linguis, qua Alc⟨a⟩eus usus est lyricus poeta, deduxisse in usum Latinum (*A Γ α C V sim. Porph.*

**14.** SVME SVPERBIAM] Nobilitatem mentis, non natalibus uenientem (*A Γ b C V*

**16.** Cinge (*Vp*)] Illiga uel circumda (*Γ b V*

LAVRO CINGE VOLENS] Tamquam cui placuerit laurus Delphica consecrata Apollini uel poetis (*A Γ α b V*

Ordo est: Melpomene, sume superbiam quaesitam meritis et uolens cinge mihi comam Delphica lauro (*Γ α b V*

EXPOSITIONVM HORATII LIBER ·III· EXPLICIT · INCIPIT ·IIII· (*A*

1 regnauit *γ V*] regnator *r α b* 7 idest *Vp om. Γ c* 9 grecis *A* 10 liricus *A* 12 natalibus *codd.*] a natalibus *edit. non necessario* 14 uel *Γ*] *om. V c p* 15 laurus *r V p*] lauro *A γ α b, schol. om. c* 16 delphica *r α b c p*] delfica *A γ V* 18 delphica *α b V*] delfica *Γ* 18 lauro, XXXXX. *γ* 19 FINIT LIBER TERTIVS · INCIPIT QVARTVS *p*

## CARM. IIII 1

*Metrum primo uersu Glyconium, secundo Asclepiadeum (*BΓb*

Statuerat Horatius usque ad tertium librum carminum conplere opus suum, quibus editis maximo interuallo hunc quartum scribere est ab Augusto conpulsus in laudem priuigni sui Drusi Neronis, qui uictor de Retis Vindelicis fuerat reuersus (*AΓαbV*

**1.** INTERMISSA VENVS D.] Allegoricos ad Venerem scribit, quod inconpetenter res amatorias scribere cogatur quinquaginta annis, idest decem lustris grauis iam et maturus et ab omni uoluptate alienus (*AΓαbV*

Hoc est: iterum cogor scribere, cum iam desierim (*AΓαbV*

**4.** SVB REGNO CINAR⟨A⟩E] Amicam suam commemorat; ideo autem dixit sub regno, tamquam quae inperet amatoribus, quae amatur (*AΓV*

**7.** IAM DVRVM IMPERIIS] Antitheton mollibus durum opponendo. Mollia enim imperia Veneris sunt, quasi ludicra et delicata; se autem durum ait quasi indomabilem propter aetatem, et est metaphora a pecoribus, quibus

2 glyc: *B*] glic: *cett.* asclipiadeum *B* 5 conplere *A*] complere *cett.* 6 est ab aug: conpulsus *A*] est conpulsus ab aug: *γ* est compulsus ab aug: *rαb* compulsus est ab aug: *Vp* 7 uindelicis *γbVcp*] uindeliciis *Ar* 10 inconpetenter *A*] incāp: *b* incomp: *cett.* 16 inperet *A*] imperet *cett.* 17 amatur] amaturi *A* 18 anthiteton *Ap, recte ΓbV* 19 sunt ueneris *Vc* 21 etatē *A* est *αVcp*] *om. AΓ euan. b* metaphora *rαbV*] metafora *Aγ*

cum iam aetate duris iugum ac frena adhibentur, peredomari non possunt (*A Γ α b V ex Porph.*

**8.** QVO BLAND⟨A⟩E I. T. R. P.] Qui te ultro euocent, quibus facile possis persuadere, quod uelis (*A Γ b V*

**9.** TEMPESTIV⟨I⟩VS] Oportunius, aptius (*A Γ b*

**9. 10.** IN DOMO PAVLI] Paulus fuit nobilis et disertus adulescens et uoluptuosus, cui Venerius lusus cur maxime conuenire dicat, in sequentibus ipse demonstrat, dum et 'nobilem' adserit et 'decentem' (*A Γ α b V ex Porph.*

**10.** PVRPVREIS ALES OLORIBVS] Nitidis aut pulchris aut reginae Veneri dicatis, ut pro regno purpureos dixerit (*A Γ α b*

**11.** COMISSABERE] Delectabere conuiuando (*A Γ C*

**12.** SI TORRERE IECVR QV⟨A⟩ERIS] Ideo iecur amori dedit pro hoc, quod iecore amari uolunt, felle irasci, corde doleri (*A Γ V sim. α et b*

**14.** ET PRO SOLLICITIS NON TACITVS REIS] Hunc Paulum et causidicum dicit (*cons. Porph.*) et flore iuuentutis decentem (*A Γ b*

**15.** ET CENTVM P. A.] Finitum pro infinito, hoc est multarum, qui pro bono et faceto ingenio optime possit in amore uersari (*A Γ α b*

**16.** LATE SIGNA FERET] Idest ualde amabit et libens (*A Γ (γ b)*

**18.** RISERIT AEMVLI] Aduersum se amantis (*A Γ*

**19.** ALBANOS PRO⟨PE T.⟩ L.] In Albano monte lacus est, ubi Paulum dicit optima praedia possidere, unde eum effusiorem ad cultum Veneris et Amoris expensas promittit (*A Γ α b V*

**20.** PONET MARMOREAM] Idest marmoreum Veneris signum et templum decorum statuet (*ex Porph.*). Trabem uero citream aut pro difficili et nobili posuit, aut pro

1 etate *A* peredomari *A Γ V*] perdomari *cp Porph. editus* quę domari *α* ///mari *b* 7 adulescens *A γ c*] adolescens *r b V p* lusus *A Porph.*] luxus *cett. cp* (luxū *α*) 10 pulcris *α* 13 cōmisis habere *A* 21 multarum artium *α b* 31 trabe *A*

amoenitate Veneris odoratam, ut aedificantis diuitias indicaret (*A Γ α V*

**22.** ET BERECINTHIAE] Matri deum, in cuius honorem tibiae deputatae sunt, ut (*Verg. Aen.* VIIII 617. 618):

Ite per alta
Dyndima, ubi adsuetis biforem dat tibia cantum

(*A Γ α b V*

**25.** ILLIC BIS P. D.] In honorem Veneris secundo in die promittit pueros saltaturos ut Salios (*A Γ*

**26.** CVM TENERIS VIRGINIBVS] Aut pulchris aut gracilibus aut certe paruis (*A Γ*

**27.** LAVDANTES] Ymnum canentes (*A Γ*

PEDE CANDIDO] Pulchro (*A Γ*

**28.** SALIVM] Pro Saliorum (*A Γ*

**29.** NEC PVER] Subauditur 'delectat' (*A Γ*

**30.** IAM NEC SPES ANIMI C. M.] Iam sibi spem negat esse, quod amari possit, cum ipse amare non uellet per aetatem (*A Γ paul. sim. Porph.*

**31.** NEC CERTARE IVVAT MERO] Contendere poculis (*A Γ*

**32.** NEC VINCIRE] Coronare (*A Γ*

**33.** SED CVR HEV LIGVRINE] Recordatione se Ligurini pueri, quem amabat, flere queritur. 'Rara' [autem] 'lacrima' non amoris paruitate, sed aetatis uerecundia, cui flere non conueniat pro amore (*A Γ α V*

**36.** Inter uerba c. l. (*V*)] Indicium nimii amoris est subito inter loquendum tacere, ut (*Verg. Aen.* IIII 76):

Incipit effari mediaque in uoce resistit (*A Γ α V*

1 amenitate *A* od: — indic:] *om. α* odoratam *rp*] odoratum *A γ Vc* edificantis *A* 3 berecinciẹ *A* berecinthiẹ *α* 4 honore *r α* datae putatae (-e *γ*) *A Γ α* deputatae *Vp* deputate *c* |ate putatẹ *b* 6 ite *rp*] te *A γ α V* teque *c* 7 dyndima *A γ*] dindima *r α b V c p* 9 *DEFICIT cod. b usque ad c.* IIII 4, 38 24 autem *Γ α*] *om. A V* 27 indicium — tacere] *aliter in α* § int/////// *A, reliquum lemma euanuit*

**37.** NOCTVRNIS EGO [TE] SOMNIIS] Dicit se Ligurinum semper ex desiderio somniare, et, ut fit, errore quodam mentis imaginari eum quasi diu quaesitum et tandem inuentum uelut alitem ex ipso euolare conplexu (*AΓα ex P.*

**40.** DVRE] Aut fortis aut inflexibilis (*AΓ*(*r C*)

VOLVBILES] Fluuiales (*A r*

---

## CARM. IIII 2

[ENCOMIASTICE TETRACOL̄ · (*A*]

METRVM SAPPHICVM (*ABΓα*

**1.** PINDARVM QVISQVIS S. ⟨A⟩E.] Haec ode ad Antonium Iulium, Marci Antoni triumuiri filium, scribitur, continens laudes Pindari, lyrici poetae (*ex Porph.*); quem [dicit] siquis imitari uelit, ita periculum suae aestimationis sicut Icarus sui conatus incurrat (*AΓαV*

⟨Pindarum⟩] Lyricum poetam in Graeco (*AΓC*

**2.** OPE DEDALEA] Haec Dedali fabula est: dum pinnas sibi et Icaro filio arte mechanica ceris posuisset adfixas, ut uolatu Minois fugeret tyrannidem, Icarus altum petens in ipso uolatu cera soluta periit et casu suo mari nomen dedit (*AΓαV*

**3.** VITREO] Perspicuo, ut (*Verg. Aen.* VII 759):

Vitrea te Fucinus unda (*AΓC V*

1 SOMNIIS] sōn' *A* 2 errore *α et Porph.*] terrore *ΓVcp* ērore (*pro* t̄rore) *A* 3 quesitum *A* 5 at inflexibilis *A* 9 safficum *Aγ* saphicum *Brα* 10 hec *A* 11 marci antoni *Porph.*] ·M· antonii *p* marcum · antoni *Aγ* marcum · antonii *rαc* marcum antonium *V* 13 uoluerit *α* dicit *del. ed.* ęst: *p*] est: *cett.* 14 incurr& *α* incurrere *p* 15 liricum *A* 16 fabula dedali *V* 17 pinnas *A*] pennas *cett.* mechanica *αVp*] mocanica *A* moechanica *Γ* cōposuisset *α* 18 adfixis *A* affixis *Γ* affixit *α om. Vcp em. Hauth.* effugeret *α* tiranidem *A, recte Γ* 19 cera *AΓα*] *om. Vcp* soluta *r*] *om. AγαVcp* 19 nomen dedit mari *Γα*

**5.** DECVRRENS VELVT AMNIS] Torrenti fluuio Pindari comparauit ingenium significans eum et in dicendo citum et sensibus abundantem (*AΓV*

**6.** ALVERE RIPAS] Qui aluei ripas uelut aquis nutritus excesserit (*AΓCV*

**7.** FERVET I.] [Feruere dixit Pindarum], ut ignei ingenii acumen ostenderet (*AΓCVcp*

**9.** LAVREA DONANDVS A.] Coronandus consueta poetis lauro Apollini consecrata (*AΓCV*

**10.** NOVA] Aut admiranda, aut ab eo inuenta (*AΓCV*

DITIRAMBOS] Dityrambon carmen est, ex quo libri in Liberum patrem compositi sunt. Hos dityrambos audaces ideo dixit, quia ceteris rithmis uehementiores sunt, uel quia noua uerba in his Pindarus scripsit (*AΓαCV* *sim. Porph.*

**11.** NVMERISQVE FERTVR] 'Numeris', quibus rithmus ad sonum pertinens colligitur, non pertinens ad uersuum legem; ut Vergilius de pari carmine (*ecl.* 9, 45):

Numeros memini, si uerba tenerem.

Ergo in hoc lex pedum non quaeritur et syllabarum, sed quali sono uocis dityrambi et quali rithmo cantentur. Aut lege solutos dixit, quia in hoc metro licet uariare, et non in eodem metro perdurare. Ideo autem uolunt dictos dityrambos, ueluti cui licet alio uti ostio; hoc enim uocabulo ingressus Graece appellatur (*AΓαV*

1 pindari *om. A* 3 abundantem *Ac*] hab: *ΓVpC* 6 FERVET I. *K.*] feruet *c* feruenti *AVp* feruere — pindarum *cp om. cett. cf.* IIII 5, 23 ignei] igne *Γ* ignē *C* 12 ditirambos *AαCVp* dytirambos *c* dityrambon *Γ*] ditirambon *ACVp* *om. α* liberi *A* 13 ditirambos *AΓαCVp* 14 ideo audaces *Vcp* 17 numeris *α*] numeri sunt (numeri s̄) *cett.* 19 uirg. *codd.* 21 syllabarum *rcp*] sillabarum *AγαV* 22 dityrambi *rc*] ditirambi *AγVp* detirābi *α* rithmo] rithmi carmina *α* rithmi *V* 23 solutos *AΓα*] solutis *Vcp* 24 perdurare *AΓα*] permanere *Vcp* 25 ditir: *A* $^{h}$ostio *A* ostio *Vp* hostio *Γα* hostii *c* hoc *rcp*] isto *γα om. AV*

FERTVR] Velut uates rapitur (*AΓCV*

**13.** SEV DEOS R. C.] Deos dixit propter peanas Pindari, reges propter encomia, quia inter Olimpionicas laudauit Hieronem, regem Siciliae. Laudauit etiam Herculem siue Ixionem et Pirithoum, qui occiderunt Centauros et Proserpinam rapere conati sunt. Bellorophontem laudatum commemorat in Chimera. Castori quoque et Polluci laudes dictas, qui in Elide, Epiri ciuitate, agonio Olimpiae edito, pugilatu et equorum cursu floruerunt, ut (*Verg. georg.* III 202. 203):

> Hic et ad Elei metas et maxima campi
> Sudabit spatia.

In eodem agone poetae etiam heroum laudes dicentes coronabantur et accepto themate certabant (*AΓαV*

**18.** PALMA CAELESTIS] Caelestem dixit propter honorem numinum, quibus agon inpenditur (*AΓCV*

**19. 20.** ET CENTVM POTIORE SIGNIS M. D.] Dicit magis illustrari honore, quem Pindarus carmine suo agonistico celebret, quam si centum statuis honoretur (*AΓV sim. α ex Porph.*

**21. 22.** IVVENEMVE RAPTVM PLORAT] Etiam in epitaphiis Pindarum significat magnum, cum aut iuuenem fortem aut puellam moratam fuisse describit et alicuius

1 uatis *rVp* uatis (u *supra*) *A* uates *γCc* 2 pithanas *α* 3 reges *Γαc*] regis *AVcp* encomiam *AΓp* enconiam *Vc* encemiam *α* 4 hieronem regem *A*] herionem regem *V* gerionem regem *Γc* regionem *α* 5 exionem *Aα* pirith. *Aγα*] perithoum *rV* 6 bellorophontem *rαVcp*] bellorofontem *Aγ* 7 polluti *A* 8 laudes dictas *Aγα*] laudes dixit *Vcp* dictas laudes *r* agonio *γ*] agoneo *A* aganeo *α* agone *rαVcp* 9 olimpiae *Γ*] olimpie *Aα* olimpiaco *V pr. ut uid. p* olimpico *V corr. c* edito *AΓ*] ioco *α om. Vcp* pugilatu *Aγ*] pugillatu *rαVcp* 11 hic *c Verg.*] hinc *cett.* et *c Verg.*] *om. cett.* elimetas *Γp* helim etas *A* helimetas *V* alimetas *α* helei metas *c* 12 sudabit *cp Verg.*] sudauit *cett.* 13 eodem] eo *α* etiam *AΓαp*] *om. Vc* 18 illustrati *A* 21 epitaphiis *rVcp*] epitafiis *Aγ* epytaphiis *α* 23 moratam *K.*] moratū (a *supra*) *A* mortuam *ΓαVcp Pauly* maestam *Hauthal*

adulescentis morte facit sponsam deceptam, quem inferis subducit et dat inmortalitati laudando (*AΓαV cons. Porph.*

**23.** AVREOS MORES] Pro bonis et sanctis posuit (*AΓV*

**25.** MVLTA DIRCEVM] [Idest] Thebanum. Dirce enim fons est apud Thebas (*sim. Porph.*), unde Statius (*Theb.* I 38):

Caerula cum rubuit Lerneo sanguine Dirce.

Et quia Thebanus Pindarus fuit, ideo Dirceum cignum dixit a suauitate uocis siue carminis (*AΓαV*

LEVAT AVRA C] Sublimem facit (*item Porph.*) et multa fama ad caelum fert (*AΓαV*

**26.** TENDIT ATONI Q. I. A.] Apostropha ad Antonium, quem adloquitur uolentem Pindarum imitari (*AΓαV*

**27.** EGO APIS MATINAE] Quia cigno Pindarum conparauerat, se api contulit pro paruitate in Calabriae saltu Matinae (*leg.* Matino) pascenti, de quo legitur (*Luc.* VIIII 185):

Iam calidi lucent buceta Matini.

Fugiens ergo arrogantiam api se conparat, quae et circa terram uolat et amoenitatem depascitur florum (*AΓαV*

**32.** CARMINA FINGO] Compono, ut (*Verg. Aen.* VIII 634):

Corpora fingere lingua (*AΓCV*

1 adulesc: *AΓc*] adolescentis *αVp* 2 inmort. *AΓ*] immort: *V* et — laud:] et multa fama sublimen facit *α cf. schol. u.* 25 4 idest *Vp om. AΓαc* 5 scatius *A* 7 caerula *p*] cerula *cett.* l. s. *V* dirce *Vp*] dirces *AΓα* dyrce *c* 9 dixit *AΓα*] dicit *c om. Vp* 10 sublimem] leuat (laudat *α*) autem sublimem (sublimen *α*) *Γα* 11 ad c: fert] sublimen facit *α* 12 apostrofa *A* 13 alloquitur *ΓαV* 14 auis matine *A* comparauerat *ΓVcp* comparauit *α* 15 calabrie *A* 16 matine *A* de qua *V corr. ut uid., non V pr. cp* 17 iam calidi *c*] incalidi *ArV* incallidi *α* hi$^{n}$c calidi *γ* ubi calidi *p* buceta *V*] bucenta *Aγαp* bucceta *r* buxeta *c* 18 aui *A* c̄parat *A*] comparat *cett.* 19 amoenitatem *α*] amoenitate *rV* amenitate *γcp* amenitatem *A* dep: fl:] florum depascit *V* florum depascitur *cp* 22 corpora *rCcp*] corpore *AγV* lingua] l. *V*

**33.** CONCINES MAIORE POETA P.] Iulus Antonius heroico metro Diomedias duodecim libros scripsit egregios, praeterea et prosa aliquanta. Concines ergo, inquit, hoc est: cantabis nobiscum, tu Antoni, 'maiori plectro', meliori opere uictorem Caesarem per sacrum Capitolii cliuum captiuos Sigambros trahentem pro triumpho (*AΓV*

**34.** TRAHET FEROCES] Quia, antequam caperentur, centuriones Romanos, qui ad stipendia missi erant, tentos crucibus defixerunt (*AΓV*

**36.** FRONDE SYGAMBROS] Laurea enim corona triumphantes utebantur (*AΓCV*

**37.** QVO NIHIL] Caesare scilicet (*ex Porph.*) (*AΓV*

**38.** BONI] Propitii (*AΓCV*

**39.** QVAMVIS REDEANT IN AVRVM] Nec aureo saeculo similem Caesari uirum natum fuisse aut nasci posse, si in eum statum tempora recurrant (*AΓV*

**41.** LAETOSQVE DIES] Idest publicas ferias et laetitiam cantabis (*AΓCV cf. Porph.*

**44.** LITIBVS O.] Orbatum dicit forum litibus Caesaris aequitate (*AΓCV*

**45.** SIQVID LOQVAR] Sub fuga arrogantiae etiam se laudes Caesari dicturum promittit (*AΓV cons. Porph.*

**46. 47.** ET O SOL PVLCHER] Solem pro die posuit, quo uictor Caesar ingressus est. Vt Vergilius (*Aen.* III 203. 204):

Tris adeo incertos caeca caligine soles
Erramus (*AΓV*

**48.** C⟨A⟩ESARE FELIX] Hoc est: ego felix canam (*AΓ sim. Porph.*

1 concinens maiora *A* iulus *c*] iulius *AVp cons. Porph. om. Γ* 2 heroico *Vcp*] eroico *cett.* 5 caes: *Γp*] cesarem *AVc* 6 sig: *Aγ*] sicambros *rVcp* 10 sygambos *A* sicambros *Vp om. c* 12 cesare *AV, recte p* 15 cesari *AγV recte rp* potuisse *Vcp* 17 letitiā *A, recte p* 21 se laudes *AVcp*] laudes se *Γ* 22 caesari *r*] cesari *AVc* cessari *γ* caesaris *p* 24 ut] *om. Vc, non p* uirg: *codd.* 26 c. c. soles e. *V*

**49.** DVM PROCEDIS IO T.] Ad ipsum quasi triumphum loquitur (*cons. Porph.*) sacra inuocatione, qua 'io, io' dicebatur, ut (*Verg. Aen.* VII 400):

Io matres, audite (*AΓV*

**52.** TVRA BENIGNIS] Reditum eius praestantibus (*AΓCV*

**53.** TE DECEM TAVRI] Ad honorem enim maiorem numinum pertinet siue potentum personarum, si magnis uictimis immoletur, ut (*Verg. georg.* II 146. 147):

Et maxima taurus
Victima (*AΓV*

**54.** ME TENER SOLVET VITVLVS] Absoluet uotorum debito, hoc est promisso (*AΓCV sim. Porph.*

**56.** IN MEA VOTA] A me dis promissa (*AΓCV*

**57.** IMITATVS IGNIS] Lunae incipientis similis in cornuum curuatione uel breuitate (*AΓV sim. Porph.*

**59.** QVA NOTAM DVXIT] Signatum fronte uitulum diis pro reditu Caesaris promissum in ea parte, qua nota inustus erat, albos pilos habuisse significat, cum esset toto corpore naturaliter rubeus (*AΓαV cons. Porph.*

---

## CARM. IIII 3

[YMNVS IN PAE⟨A⟩NIS SPECIEM (*A*]

METRVM PRIMO VERSV GLICONIVM, SECVNDVS ASCLEPIADEVS (*AΓα*

**1.** QVEM TV MELP[H]OMENE[N] SEMEL] Hac ode

3 dicebantur *A* 7 maiorem *Aγ* maiorum *rVcp* 10 et *ΓVcp*] ē *A* 12 abso uet *ΓVcp*] absoluit *A* 13 promissa *ΓVcp*] promissas *A* 19 significat habuisse *Vcp* 23 secunđ *A*] secundo *Γα* asclepiadeum *Γα* 25 melpomene *Vp*

adfirmat, qui Musarum gratiam in ipsis ortus sui initiis meruerit, nulli alii aptiorem rei fore quam studio poetico; subiungit laudes deorum (*A V cons. Porph. et Γα*

**3.** *Isthmos locus est Corinthi, ubi celebrabantur agones in honorem Neptuni (*Γ*

**4.** CLARAVIT PVGILEM] Notum omnibus fecit; pugiles uero athletae dicuntur eo, quod pugnis ualeant (*A V*

NON EQVVS IMPIGER] Idest nec equestri certamine enitescet (*A V*

**5.** CVRRV ACHAICO] Graeco; unde aurigae famosi (*A V*

**6.** NEQVE RES BELLICA] Non futurum militem, sed poetam lauro Apollinis coronandum (*A V*

**8.** CONTVDERIT MINAS] Qui uictos reges in triumphi pompa ad Capitolium ducat; nam et uictores duces lauro coronabantur (*A V*

**10.** *Proprie hoc ad secessum suum Horatius refert. Nam Tibur⟨i⟩ fere otium suum degebat, ibique carmina conscribebat (*Γα ex Porph.*

SED ⟨QVAE⟩ TIBVR AQV⟨A⟩E FERTILE PROFLVVNT] Ac si diceret: non his omnibus fortibus factis claruerit, sed descriptionibus locorum uel fluminum per poeticam nobilitatem (*A V*

**12.** ⟨A⟩EOLICO] Alcaico (*A V*

FINGENT] Conponent (*A V*

**13.** ROMAE PRINCIPIS VRBIVM] Augustum uel (*ut Porph.*) priuignos eius significat siue posteritatem Romanam, a qua se inter poetas numerandum promittit (*A V*

2 apt:] amorem *A* poetico *Ac*] poetice *ΓαVp* poeticae *P*. 6 clarabit *cp* fecerit *c* 7 athlete *A* (athletę *p*) 10 achalco *A* aurigæ *p* -e *AVc* 12 Ne quę *A* neque *Vcp* 15 pompa *Vc*] pompam *Ap* 16 coronabatur *A, recte Vcp* 17 hoc *rα Porph.*] *om. γ* 18 tiburi *Porph.*] tibur *Γα Kurschat* degebat *K.*] dicebat *Γα Kurschat* 19 conscribebat *γα*] conferebat *Porph.* describebat *r* 20 quae] *om. A exhib. Vp* que *c*

**16.** ET IAM DENTE MINVS] Virtute se et laude ait maleloquia et inuidiam superasse; Sallustius (*Iug.* 10, 2):

Gloria inuidiam uicisti (*A V cons. Porph.*

**17.** TESTVDINIS AVREAE] Lyrae pulchrae et dulcisonae (*A V*

**18.** ⟨DVLCEM STR.⟩ PIERI] Fontis Musici (*A V*

TEMPERAS] Conponis, aptas (*A V*

**19.** O MVTIS QVOQVE PISCIBVS] Aut: o Musa, quae potentia tui et muta animalia [tu] oblectare facis, aut propter Arionem, quem cithara in mari canentem secuti delphines dicuntur (*A V*

**20.** SONVM] Dulcedinem cantus (*A V*

**21.** MVNERIS] Beneficii (*A V*

**22.** MONSTROR DIGITO P.] Hoc est: qui cunctis innotui (*A V*

**23.** FIDICEN LIRAE] Lyricus Latinae linguae; fidicen a fidibus idest a cordis (*A V*

**24.** ET PLACEO] Ac si diceret: si tamen placeo (*A V cons. Porph.*

---

## CARM. IIII 4

[ODE TETRACOLOS (*A*]

METRVM DVOBVS VERSIBVS ALCAICVM, TERTIVS IAMBICVS DIMETER YPERCATALECTICVS, QVARTVS PINDARICVS (*A B Γ a*

**1.** QVALEM MINISTRVM F. A.] Haec ode scripta est,

1 etiam *A, recte c* 2 ale loquia *A Vcp* sall: *A*] sal: *V* 4 lyræ *p*] lirae *A V* lyre *c* 6 musici (musice *Vpr.*) fontis *Vcp* 9 tu *A omis. Vcp* 10 secuti delfines *A* delfines secuti *V* delphines secuti *p* delphinos secuti *c* 16 lyricus *p*] liricus *A Vc* latinæ *p*] latine *A Vc* 17 idest a cordis *Vp*] cordis *A* idest cordis *c* 18 ac *cp*] *om. A V* 25 hec *A*

propter quam et quartum librum contra dispositionem fecit, in laudem Drusi Neronis priuigni Augusti Caesaris filii Neronis, quem ob insigne uirtutis aquilae comparauit (*A V*

*Comparatur autem Ioui Augustus et aquilae Nero (*Γα*

FVLMINIS ALITEM] Aquilam, quam et regem auium uolunt, ut (*Verg. Aen.* V 255):

Pedibus rapuit Iouis armiger uncis;

ideo tutelae Iouis dicitur deputata, quia prosperum auspicium eius aduersum Titanas pugnaturus accepit (*A V*

**4.** FLAVO] Rubeo (*A V*

**6.** NIDO LABORVM] In metaphora aquilae perdurauit dicendo nidum laborum pro familia nobilium et uirtutum domo (*A V*

**7.** VERNIQVE] Vt (*Verg. georg.* I 313):

Imbriferum uer (*A V*

**8.** INSOLITOS DOCVERE NISVS] Inconsuetum nisum ad primos uolatus aquilae adhuc aerem et uentos timentis (*A V*

**9.** PAVENTE⟨M⟩ MOX IN OVILIA] Solitam uiribus et uolatu continuo ad praedam prodire, ut (*Verg. Aen.* XI 751. 752):

Fulua draconem
Fert aquila (*A V*

**12.** EGIT AMOR DAPIS A. P.] In agno inbelli dapis, in dracone pugnae (*A V*

**13.** QVALEMVE L⟨A⟩ETIS C. P.] Qualem, inquit, leonem primae iuuentae caprea timens, talem Drusum hostes uiderunt (*A V*

3 aquilę *p*] aquile *A Vc* 6 regē *A*] reginam *Vcp* 9 tutelæ *p*] tutele *A Vc* prosperum *Vcp*] properum *A* auspicuū *A* 12 metafora *A* 13 laborum *A Vc om. p* 18 aquilæ *p*] aquile *A Vc* 20 pauentem *Vcp* solidā *A* 26 dracone *c*] draconē *A Vp* 28 primæ iuuentæ *p*] prime iuuente *A Vc*

**14.** *⟨Intenta⟩] Tunc enim acrior est formido, quando occupat aliquem in deliciis positum (*Γα*

**16.** DENTE NOVO] Adhuc inconsueto ad praedam (*A V*

**17.** RETI BELLA SVB ALPIBVS] Per yperbaton sensui superiori respondit: qualem aquilam et leonem inbellis praeda, talem Drusum uidere Reti et Vindelici, barbarorum gentes (*A V*

*His deuictis facta est ciuitas Augusta Vindelica apud Raetos (*Γ*

**22.** NEC SCIRE FAS EST] Idest licet aliqua ignorare (*A V ex Porph.*

**24.** CONSILIIS IVVENIS R. S.] Hoc solum, inquit, dicere mihi satis est, quod Retii diu potentes et uictores a Druso adhuc puero superati sunt (*A V*

**25.** SENSERE] Probauere uirtutem et institutionem Romanam (*A V*

INDOLES] Aetas (*A V*

**26.** NVTRITA FAVSTIS] Felicibus custodia uirtutum (*A V*

**27.** AVGVSTI PATERNVS] Vt (*Verg. Aen.* I 580. III 343. XII 440):

> Et pater Aeneas (*A V*

**28.** IN PVEROS ANIMVS NERONES] Duo fuerunt Nerones priuigni Augusti, quorum unum in domo Tiberii Claudii Neronis mariti Liuia peperit, alterum in utero ad Augustum adtulit. Horum altero in Germania morbo absumpto alter adoptatus ab Augusto successor principatus ei fuit uocatusque est Tiberius Caesar (*A V cons. Porph.*

1 intenta *K.*] inuenta *r* iuuenta *γ*   acrior *K.*] clarior *γ Kurschat* rarior *rα cf. Vergili* 'metus acer'   4 ipbaton *A*   5 et *A*] uel *Vcp*   6 reti et uindelici *A*] retii uuindelici *V*   9 rętos *γ*] retos *rα*   13 mihi dicere *V*   17 etas *A*   20 augustum *A* augusti *Vp*   22 eneas *A*   25 claudi *A*   liuia *p*] libta *A Vc; V prius scripsisse uidetur* libia   28 ei *A Porph.*] eius *Vcp*   que *A Porph.*] *om. V*   cæsar *p*] cesar *A Vc*

**29.** FORTES CREANTVR] Filios a parentum non degenerare uirtute (*A V*

**30.** EST IN EQVIS PATRVM] Vt (*Verg. georg.* III 75. 76):

Pecoris generosi pullus in aruis
Altius ingreditur (*A V*

**33.** INSITAM] Naturalem (*A V*

**34.** RECTIQVE CVLTVS] Bona institutione reddi bonum naturae perfectum; quae si desit, bene nata deprauari (*A V*

PECTORA] In laudem Augusti dictum, cuius domo Nerones educti disciplinam accepere uirtutum (*A V cons. Porph.*

ROBORANT] Confirmant (*A V*

**36.** INDECORANT] Indecora faciunt (*A V ex Porph.*

**38.** TESTIS METAVRVM F.] Metaurus fluuius de Piceni prouincia oriens, in Flaminiam decurrens, quae regio Gallia dicebatur. Iuxta hunc fluuium Claudius Nero consul cum Salinatore collega suo ita Hasdrubalem, Hannibalis fratrem, in Italiam auxilio fratri magnum exercitum deducentem deuicit, ut nec profectum e castris consulem Hannibal, dum in conspectu castra munisset, nec reuersum ante cognosceret, quam fratris caput ante castra proiectum et de exercitu eius Poenos captiuos uidisset; quo bello supra quinque et quadraginta milia Hasdrubalis exercitus caesa referuntur (*A V cons. Porph., sed multa om.*

1 non] n̄o *A* nomine *Vcp* 5 pecori *A* aruis *cp*] auruis *A* a. *V* 9 nature *A V* naturale *cp* 11 cuius] in cuius *Porph.* 12 acceperunt *V* 17 ꝓuintia *A* 19 collega suo *Vcp*] suo collega *A* hasdrubalem *c*] asdrubalem *Ap* hastrubalem *V* 20 italiam *c et Porphyrionis P*] italia *A V p Porph.* excercitum *A* 22 hannibal *Vc*] annibal *Ap* munisset *c*] muniuisset *p* munissent *A V* 23 cognosceret *A*] recognosceret *Vcp* 24 excercitu *A* pęnos *A* 25 quinque et quadraginta milia *Ap; om. V;* XLV, *omisso* milia, *c* (LVI milia *dicit Liuius*) hasdrubalis *Ac*] hastrubalis *V* asdrubalis *P* 26 excercitus *A*

**40.** TENEBRIS] Pro Afrorum terrore (*A V*

**41.** ADOREA] Laus bellica uocabatur, eo quod uictores a uictis adorarentur (*A V cf. Porph.*

*Ador genus est optimi farris, quod in sacrificio ponebatur. Vnde Virgilius (*Aen.* VII 109):

Adorea liba per herbam (*a b*

**43.** CEV FLAMMA PER TEDAS] Post cladem fratris fugam describit Hannibalis (*A V*

**45.** SECVNDIS ⟨VS⟩QVE LABORIBVS] In laudem Drusi, qui de Neronis genere descendit, commemorat, ex quo Hasdrubal occisus est a Nerone, et Hannibalem ⟨tamqu⟩iam mortuum fuisse et creuisse Romanos (*A V*

**47.** VASTA BELLATORVM TVMVLTVM] Clamore bellico, ut (*Verg. georg.* I 464. 465):

Caecos instare tumultus
Saepe monet (*A V*

**48.** FANA DEOS HABVERE RECTOS] Ita recti dii propitii ut auersi irati dicebantur, ut (*Verg. Aen.* I 482):

Diua solo fixos oculos a[d]uersa tenebat (*A V*

**49.** TANDEM PERFIDVS HANNIBAL] Quia ipsius instinctu post primum bellum fractis pacis conditionibus in bellum reditum est (*A V*

**50.** CERVI LVPORVM PRAEDA] Quasi Hannibalis fugientis orationem fingit ad milites suos, qua dicat: Pugna-

1 afrorum *p*] astrorū *A* affrorum *Vc* 2 uocabatur *A*] dicebatur *V* 3 a *p*] *omis. A Vc* 7 cladem *edit. uet.*] laudem *A Vcp* 8 annibalis *A* 9 Secundisq. *A* secundis usque *Vcp* drusi idest qui *V* 11 hasdrubal *c* asdrubal *Ap* hastrubal *V* a nerone et *A*] et a nerone *Vcp* annibalem *Ap* tamquam *K.*] iam *codd.* 12 mortuum *Vcp*] more *A* marcidum *ed. uet.* motum *Hauthal, cf. c.* IIII 14, 18: morti *V recte,* more *A falso* fugisse *Hauthal* 13 *lemma rectius in V:* uastata p. t. 15 cæcos *p*] cecos *A Vc* 16 sæpe *p*] s. *V* sepe *Ac* m. *V* 19 a. t. *V* 21 condicionibus *V*

mus contra eos, quos si euaserimus, triumpho habere de⟨be⟩mus; ideo autem lupis conparauit Romanos, quia auctor nominis eorum lupa nutritus est (*AV*

**53.** GENS QVAE CREMATO] Tamquam gens Romana per damna et c⟨a⟩edes creuerit. Ideo et exemplum Troiae ponit, a qua oriundo est, ut (*Verg. Aen.* XI 306. 307):

Quos nulla fatigant
Proelia nec uicti possunt absistere bello (*AV*

**54.** SACRA] Deos Penates, de quibus (*Verg. Aen.* II 294):

Hos cape fatorum comites (*AV*

**55.** MATVROSQVE FRATRES (*leg.* PATRES)] Ascanium Anchisemque patrem (= *Verg. Aen.* II 747), quibus liberatis Aeneas ad Italiam uenit (*AV*

**57.** TONSA] C⟨a⟩esa (*AV*

**58.** IN ALGIDO ⟨FERACI⟩] Fertili [Algido] (*AV*

**59.** PER C⟨A⟩EDES AB IPSO] Ilex enim caesa ferro melius pullulat (*AV*

**61.** NON HYDRA SECTO CORPORE] Exemplo ilicis ramorum damno melioris, hydrae etiam, quae excisis sub Hercule serpentum capitibus numerosior excrescebat, laudat Romanos bellorum damnis meliores semper effectos. Colchorum quoque eos monstro comparat, ubi satis draconis dentibus armati de terrae sulcis egressi sunt, quos Iason Medeae arte superauit; simile et aliud exemplum draconis Thebani, quem Cadmus occidit, cuius satis den-

1 pro tr: *Vcp, sed est datiuus* habere debemus *K.*] haberedem' *A* habeundum *p* habendum est *Vc* 2 comparauit romanos lupis *V* 5 dampna *V* 6 troie *A* oriundo *AVc*] oriundus *p* ***Pauly Hauthal*** 9 p̄lia *V* 12 factorum *V* 14 anchisem *Acp*] anchisen *V* 15 hitaliā *A* 17 fertili *V*] fertili algido *A* 18 ilex *cp*] ylex *AV* cęsa *A*] incesa *V* cesa *cp* 20 hydra *c*] idra *Ap* ydra *V* (*corr.*) 21 damno *Acp*] dampno *V* idrę *Ap* ydre *V* hydre *c* addit *post* etiam *add. Pauly* 23 dampnis *V* 26 medeę p] medee *AVc*

tibus armati prodierunt, ex quibus aliquos in societate condendae urbis Cadmus dicitur adsciuisse (*A V*

**64.** ECHIONIAEVE THEBAE] Ab Echione conditae, qui fuit pater Penthei, gener Cadmi (*A V*

**65.** MERSES PROFVNDO] Si mersaueris Romanum, ait, fortior fit; ita autem hoc uerbum declinatur: merso, mersas, ut (*Verg. georg.* I 272):

Fluuio mersare salubri (*A V*

PVLCHRIOR EVENIT] Existit (*A V*

**66.** MVLTA PRORVET] Idest si Romanum prouocaris ad contentionem, quamuis multorum uictor eris, facile ab illo superaberis (*A V*

PRORVET] Euertet, uincet, ut (*Verg. georg.* I 481):

Proruet insano contorquens uertice siluas (*A V*

INTEGRVM] Ante non uictum (*A V*

**68.** PRAELIA CONIVGIBVS L.] Aut pro laude uictoriae referenda coniugibus aut pro maritorum uirtute coniugibus narranda (*A V cf. Porph.*

**69.** IAM NON EGO NVNTIOS] Adhuc uelut Hannibalis uerba sunt; tamen iuxta historiae fidem uiso Hasdrubalis capite in haec dolore dicta Hannibal dicitur erupisse:

Agnosco te, fortuna Carthaginis

(*A V paul. sim. Porph.*

1 societate *A Vcp*] societatem *edit. uet.* 2 c̄dende *A* 3 Et ionięue thebas *A* 10 prouocaueris *V* 11 eris *edit. uet.*] eis *A*, *locum om. c*, sis *Vp* 13 euertet *V*] eū te *A* 16 uictoriae *Vp*] uictorie *Ac* 19 hannibalis *Vc*] annibalis *Ap* 20 hasdrubalis *Ac*] hastrubalis *V* asdrubalis *p* 21 haec dolore dicta *A*] haec dicta dolore *Vc* hæc dolore *p* hannibal *V*] annibal *Ap* hanibal *c* 22 cartaginis *V*; *cf. Liuius* XXVII 51: Hannibal, tanto simul publico familiarique ictus luctu, agnoscere se fortunam Carthaginis fertur dixisse

**73.** NI[HI]L CLAVD. N. P. M.] Iam hic poeta loquitur Drusum Neronem significans (*AV cons. b Porph.*

**75.** ET CVRAE SAGACES] Optima Augusti consilia (*AV*

**76.** EXPEDIVNT PER 〈A.〉 B.] Dura praelia; 'expediunt' finiunt (*A V*

---

## CARM. IIII 5

[ODE TETRACOLOS (*A*]

METRVM TRIBVS VERSIBVS ASCLEPIADEVM, QVARTVS GLYCONIVS (*ABΓαb*

**1.** DIVIS ORTE BONIS OPTIME ROMVL〈A〉E] De Augusto scribitur, qui in transmarinis prouinciis diu residens senatus ac populi precibus legatione missa reditum suum promittens iumorabatur (*AV cons. Porph.*

OPTIME ROMVLAE] Pro 'Romuleae'; 'diuis orte' ut (*Verg. Aen.* VIIII 642):

> Dis genite et geniture deos (*AV*

**2.** CVSTOS GENTIS] Idest Romanae gentis (*AV*

**5.** LVCEM REDDE TV〈A〉E] Plus dicit quam salutem, siquidem lux pro salute poni consueuit, ut (*Verg. Aen.* II 281):

> O lux Dardaniae (*AV*

**6.** INSTAR VERIS] Pro similitudine ueris, ut (*Verg. Aen.* II 15):

> Instar montis equum (*AV*

1 nihil *AVp* nil *c* 2 neronem *Vcp*] neronemque *A* 5 p̄lia *A*] bella *Vcp* expediunt *Ap*] *om. Vc* 9 asclipiadeum *B* 10 glyc: *B*] glic: *AΓαb* 12 ꝑuintiis *A* partibus *Vcp* 15 ut dis *A*] ut et adiis *V* 19 dicit *A*] dixit *Vcp* 23 ut — equum *A*] *om. Vcp*

VERIS] Quia 'lux' dixerat superiore uersu, ideo comparationem uerni temporis posuit (*A V*

**9.** VT MATER IVVENEM] Ita patria Augusti desiderari praesentiam, sicut a matre reditus absentis filii consueuit (*A V*

INVIDO] Aduerso, inimico (*A V*

**10.** CARPAT⟨H⟩II TRANS MARIS AEQVORA] Aegyptii (*item Γb*), ut (*Verg. Aen.* V 595):

Carpathium Libicumque secat (*A V*

**11.** CVNCTANTEM] Morantem, ut (*Verg. Aen.* IIII 133):

Reginam thalamo cunctantem (*A V ex Porph.*

**12.** DISTINET A DOMO] Separat (*A V*

**13.** VOTIS OM⟨I⟩NIBVSQVE] Tamquam pro reditu uota faceret et omina timeret aduersa (*A V*

**14.** CVRVO NEC FACIEM LITTORE] Vt affectum desiderantis ostenderet, eas partes sollicite dixit attendi, a quibus sperauit reuerti (*A V*

**15.** SIC DESIDERIIS ICTA F.] Tamquam patria desiderio Augusti percuteretur, dum pro eius esset salute sollicita (*A V*

**17.** TVTVS BOS ETENIM] Significat uirtute et dispositione Caesaris praestitam agris quietem, ut (*Verg. ecl.* 1, 9):

Ille meas errare boues ut cernis (*A V*

**18.** FAVSTITAS] Noue felicitas dicta (*A V cons. Porph.*

**19.** PER MARE NAVITAE] Conpressi enim ab eo fuerant e⟨t⟩ piratae (*A V*

1 superiore uersu *A*] superius *Vcp* 3 patria *A V*] patriam *cp* desiderari *A*] desiderare *Vcp* 7 carpathii *V* aegi: *A* aegy: *rb* equora ęquora////*A* 12 reginam *Vp*] regina *A* 18 sperabis *A* superauit *V* sperat *c* parat *p* 20 salute esset *Vcp* 22 significat uirtute *K.*] se uirtute *A* securitate *Vcp* uirtute dicit *ed. uet.* 23 cesaris *A* 26 nouę *A* 27 compressi *V* 28 epiratę *A* ępirate *V* et piratae *K.*

**20.** CVLPARI METVET FIDES] Tamquam cuius tempore nec creditum nec depositum negaretur (*A V*

**21.** CASTA DOMVS] Vt (*Verg. georg.* II 524):

Casta pudicitiam seruet domus (*A V*

**22.** MACVLOSVM EDOMVIT NEFAS] Legem significat, quam de coercendis adulteriis sanxit (*A V*

**23.** LAVDANTVR SIMILI PROLE PVERPER⟨A⟩E] Vt abesse matrimonio culpam prolis parentum similitudine demonstraret, ut (*Verg. Aen.* IIII 329):

Qui te tamen ore referret (*A V*

**24.** CVLPAM P⟨O⟩ENA PREMIT COMES] Comes culpae, inquit, poena est nec differendo uindictam praestat peccandi licentiam (*A V*

**25.** QVIS PARTHVM PAVEAT] Nullas gentes dicit incolumi Caesare formidari (*A V*

**28.** CVRET IBERIAE] Indomitae et bellicosae Hispaniărum gentis (*A V*

**29.** CONDIT QVISQVE DIEM] Peragit. Vt Vergilius (*ecl.* 9, 52):

Cantando longos memini me condere soles (*A V*

**30.** ET VITEM VIDVAS DVCIT AD A.] Idest beneficio Augusti per otium praestitum agrorum utilitatem cultu crescere; 'uiduas' uero 'arbores' 'sine uitibus' dixit (*A V paul. sim. Porph.*

**31.** HINC AD VINA REDIT] Idest a labore ad conuiuia (*A V*

*Idest unusquisque securus est in suis agris aut propter otium aut quia pax ubique est et nulli capiuntur tyrones (*Γ*(*r a*)*b*

1 metuet *A*] metuit *Vp Hor.* m. *c* 8 similitudinē *A* 11 (pena *A* poena *V*) p. *c* Cōmes *A* culpe inquit *A*] inquit culpae *p* inquit culpe *Vc* 12 pena *A* 18 uir̄ *V* 21 benefitio *A* 29 (tyrones *r a b*)

**32.** ET ALTERIS TE MENSIS A. D.] Secundae mensae dicebantur, quae in honorem deorum exhiberi consueuerant; ut (*Verg. georg.* II 101):

Non ego te, dis et mensis accepta secundis.

Exhiberi ergo et Augusto significat honorem deorum per easdem celebritates (*A V*

*In fine conuiuii, ut Virgilius (*Aen.* VII 283. 284):

Et mensae grata secundae
Dona ferunt (*Γb*

**33.** *Antiquorum consuetudo talis fuit, ut sublata prima mensa poneretur secunda atque in ea positis pomis infusoque uino libaretur diis (*Γb*

**35.** VTI GRAECIA CASTORIS] Sic a Romanis promittit Augustum dis Penatibus sociandum, sicut a Graecis Hercules, Castor et Pollux, quos aut ciuica animis familiaritas commendauit aut quem labor diligi fecit et uirtus (*A V*

**36.** ET MAGNI MEMOR H.] Beneficiorum memor (*A V ex Porph.*

**37.** DVX BONE F.] Aut propter continuationem uictoriarum longas optauit ferias aut ominando uitam prolixam (*A V*

**38.** INTEGRO] Toto die (*A V*

**39.** SICCI] Ieiuni (*A V*

VVIDI] Vino pleni; ut (*Verg. ecl.* 10, 20):

Vuidus hiberna uenit de glande Menalcas (*A V*

**40.** SVBEST] Subter est, idest in occasum conditus est (*A V*

1 mensae *p*] mense *Ac om. V* 14 a ḡcis *A* agrestis *V pr.* agrecis *V corr.* 16 quem *A Vcp* quos *edit. uet.* 24 ieiuni c] ieiunii *A Vp*

## CARM. IIII 6

[TETRACOLOS · METR · SAFFI (*A*]

METRVM SAPPHICVM (*AΓαb*

**1.** DIVE QVEM PROLES N. M.] Hymnum hic Apollini dicit et commendat carmina sua secularibus ludis (*cf. Porph.*), qui celebrantur post centum annos supra Tiberim aut in Capitolio (*AV*

*Saecularis autem ludus erat, qui celebrabatur per centum annos supra Tiberim (*Γαb*

PROLES NIOBEA] Laus Apollinis de factis, quia in uindictam matris Latonae Nioben cum filiis suis interemit (*AV*

**2.** TITIOSQVE RAPTOR] Qui uim Latonae inferre conatus est (*AV*

**3.** ET TROI⟨A⟩E ALT⟨A⟩E] Magnae, ut (*Verg. Aen.* II 290):

Ruit alto a culmine Troia (*AV*

**4.** PHTHIVS ACHILLES] A ciuitate dictus (*Verg. Aen.* I 284):

Phthiam clarasque Micenas (*AV sim. Γαb*

**5.** TIBI MILES IMPAR] Vt (*Verg. Aen.* VI 57. 58):

Dardana, qui Paridis direxti tela manusque
Corpus in Aeacid⟨a⟩e (*AV*

**6.** THETIDIS MARIN⟨A⟩E] Subauditur: deae, ut (*Verg. Aen.* XII 52):

Longe illi dea mater erit (*AV*

3 saphicum *rαb* safficum *Aγ* 4 m.] o. m. *A, recte Vp* hymnum *c*] ymnum *A* himnum *Vp* 5 com̄dat *AV, recte cp* secularibus *Acp*] sctaribus *V* 6 celebrantur *Ac*] celebrabantur *Vp* 8 saeculare *r* sctare *α* seculare *b* secular *γ* ludus *Γ*] carmen ludus *αb* celebratur *b* 14 magnae *Vp*] magne *Ac* 19 phthiam *Γ Verg.*] pthiam *p* pithiam *c* pthium *AV* 22 æacide *p*] eacide *AVc* 23 marine *Ac* marinæ *Vp*

**9.** ILLE MORDACI] Achilles ruens cadenti arbori comparatur (*AV*

*Quia, quicquid attigerit, mordet et tenet, aut mordaci noxio (*Γb*

**12.** PVLVERE TEVCRO] Pro Teucrio, ut Dardanus pro Dardanius (*sim. Porph.*). Vergilius (*Aen.* II 26):

Et longo soluit se Teucria luctu (*AV*

*Teucro (*rα*)] Pro Teucrio, principale pro possessiuo, ut Virgilius (*Aen.* IIII 661. 662):

Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus

pro Dardanius (*Γαb sim. Porph.*

**13.** ILLE NON INCLVSVS] Achillem dicit nihil fraude egisse, sed palam semper uirtutis fiducia dimicasse. Vt (*Verg. Aen.* VIIII 152. 153):

Nec equi caua condemur in aluo
Luce palam (*AV*

**14.** MALE FERIATOS] Vt (*Verg. Aen.* VI 574):

Panduntur portae

aut (*Verg. Aen.* II 248. 249):

Quibus ultimus esset
Ille dies (*AV*

**15.** ET L⟨A⟩ETAM PRIAMI CHOREIS] Vt (*Verg. Aen.* II 249):

Festa uelamus fronde per urbem (*AV*

3 quia *rb*] qua *γ Kurschat* 5 dardanus *cp Porph.*] dardanos *AV* 6 dardanius *cp Porph.*] dardanios *AV* uir̃ *V* 9 ut] unde *b* uirg: *αb*] *om. Γ* 10 hauriat — alto] *om. α* 16 condemus *AVp* condemur *Verg., item c, sed* o *ab alt. m. in litura* 19 porte *AV om. c, recte p* 23 letam *A, recte Vp, om. c*

*(*Verg. Aen.* II 248. 249):

Quibus ultimus esset
Ille dies, festa uelamus f. p. u.

et (*Aen.* II 238. 239):

Pueri circum innuptaeque puellae
Sacra canunt.

Et est hyperbaton: et laetam aulam Priami choreis (*Γb*

**16.** FALLERET AVLAM] Pro toto Ilio posuit; neque enim solum regem fefellerunt Achiui, sed cunctos (*A V ex Porph.*

*Ergo mire fallere dicit, unde Maro (*Aen.* VIIII 150. 151):

Tenebras et inertia furta
Palladii (*Γab*

**17.** SED PALAM CAPTIS] Aperto semper bello Achilles non insidiis grauis, ut (*Verg. Aen.* X 735):

Non furto melior, sed fortibus armis (*A V*

HEV NEFAS HEV] Dolenter exclamat poeta Achillem uiuum ad internetionem interimere omnes potuisse Troianos, ut nec Aeneas profugeret ad Romam omine meliori condendam nec ab eo uel infantibus parceretur; quale est (*Lucan.* II 108):

Crimine, quo parui c⟨a⟩edem potuere mereri.

Quae tamen in laudem commemorantur Apollinis (*A V*

**18.** NESCIOS ⟨FARI⟩] Infantes, paruos (*A V sim. Porph.*

**20.** MATRIS IN ALVO] In grauidas etiam mulieres s⟨a⟩euiendum fuisse (*A V*

3 festa — u.] *om. b* 7 (hyperbaton *r*) 11 unde — palladii] *om. a* 15 achilles *Vc*] achillis *Ap* 19 internetionem *V*] internitionem *A* interemptionem *cp* 20 aeneas *Vp*] eneas *Ac* meliori *A*] meliore *Vcp* 21 $\overset{d}{\text{ab}}$ eo ut ////infantib'. *A*

**21.** NI TVIS] Hoc est Apollinis (*A V*

**23.** REBVS ⟨A⟩ENEAE] Rebus Troianis, ex quorum genere meliori alite, hoc est uulturum auspicio erat Roma condenda (*A V*

**25.** DOCTOR ARGVTAE FIDICEN THALIAE] Doctorem nunc Apollinem non Thaliae Musae, sed artis lyricae dicit, eamque ad studium suum referens Dauniam dixit a rege Apuliae Dauno, unde oriundo Horatius erat (*A V cons. Porph.*

**26.** QVI XANTHO LAVIS AMNE CRINES] Lauis pro lauas (*cons. Porph.*). Xanthus fluuius, ut (*Verg. Aen.* IIII 143. 144):

Xanthique fluenta
Deserit ac Delon maternam inuisit Apollo (*A V*

**28.** LEVIS AGILEV] Leuis inberbis (*A Γ V*

Agiei (*leg.* agyiae) uero Atheniensi lingua uici dicuntur, quo nomine ideo Apollo uocatus est, quia ex oraculi responso in uicis publicis urbis suae statutis altaribus ei sacrificia instituerant, unde Agieus (*leg.* Agyieus) dictus (*A V cons. Porph.*

*Agyieus Apollo dicitur, quia in omnibus uicis colitur; agyias enim dicunt Graeci uicos (*Γ* (*γα*) *b*

**31.** VIRGINVM PRIM⟨A⟩E PVERIQVE C.] Pueros et puellas alloquitur, quibus Dianae carmen lyrico sono cantari consueuerat, ut rithmum operis sui in canendo custodiant (*A V*

**33.** DELIAE] Dianae (*A V*

2 (æneę *p*) 3 alite h̄ est h̄ est *A* auspicio *Vcp*] auspitio *A* 5 fidicem *A* fidicen *p* 6 nunc *p*] non *A Vc* liricę *A* lyrice *p* 7 eamque *K.*] eumque *A Vcp; cp scholio clauso in uerbo* 'referens' *et interpolato lemmate* 8 apulice *A* -iæ *p* -ie *Vc* erat *A*] fuit *V* 13 xantique *A* 15 leuis] *om. Γ* inberbis] imberbis *p* inuerbis *V* in uerbis *A Γ* uerbis *c* 16 agiei *p*] agyiae *Porph.* agilei *A Vc* 19 agieus *p*] agileus *A Vc* 20 dictus *A*] dictus est *Vcp* 21 (agyieus...agyias *b*) 24 lyrico *p*] lirico *A Vc* 25 cousueuerat *V*] c̄su^ue^erant *A*

**35.** LESBIVM SERVATE P.] Alc⟨a⟩ei lyrici poetae, qui Lesbius fuit (*A V Porph.*

**36.** POLLICIS ICTVM] Modulationem lyrici carminis, ueluti ipse lyram percutiat (*A V sim. b ex Porph.*

**37.** RITE LATONAE] Sollemni consuetudine (*A V*

**38.** FACE NOCTILVCA] Eadem enim et Lunae honore censebatur; unde et Dianae Luciferae nomen accepit (*A V*

**39.** PROSPERAM FRVGVM] Rore nocturno nutriens, ut (*Verg. georg.* II 201. 202):

Quantum longis carpent armenta diebus,
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet (*A V*

CELEREMQVE PRONOS] Quia ita tempora per lunae cursum sicut solis peraguntur. Sed circa lunam proprie menses dixit; sic enim singulis mensibus zodiacum circulum luna pertransit, quemadmodum sol toto anno (*A V ex Porph.*

**40.** VOLVERE MENSES] Quia conditionem mortalitatis temporibus anni comparauerat, ne crederentur et homines renasci ⟨ut⟩ tempora, inminutiones elementorum siue temporum reparari dixit, conditionem uero mortalitatis ut communem omnibus, ita inreparabilem (*A V*

**41.** NVPTA IAM DICES] Loquendo ad unam de omnibus dicit: dum fueritis nuptae, dicetis (*A V*

AMICVM] Amabile (*A V*

**43.** REDDIDI CARMEN] Non difficulter carmen Horati reddidisse referet uel cecinisse (*A V*

1 (alcaei *Porph.*) lyrici *p Porph.*] lirici *A Vc* 3 modulatione *V* lyrici *p*] lirici *A Vc* mei *b* 4 lyram *bp*] liram *A Vc* 6 *in A lemma duplex:* § face nocti. § face nocti luca. eadem *A V*] eodem *cp* lunę *A*] lune *V* lucina *p Hauthal* diane *c* 7 censabatur *A* dianę *A*] diana *Vcp* lucifere *A* lucifera *Vcp* 17 condicionem *V* 18 ne *V*] nec *A c, totum schol. om. p del. Pauly et Hauthal* 19 ut *add. K.* 20 condicionem *V* 22 una *A* 24 amabilem *A* 26 referet *A*] refert *V* se refert *cp*

## CARM. IIII 7

[DICOLOS AD TORQVATVM (*A*]

METRVM HEROICVM: PRIMVS VERSVS EXAMETER; SECVNDVS TRIPODIA HEROICI VEL CAESVRA EPTEMEMERE (*A B Γ α b*

**1.** DIFFVGERE NIVES REDEVNT IAM G. C.] Ad Torquatum scribit per uerni temporis descriptionem (*cons. Porph.*) omnium rerum uicissitudinem. De quo et Vergilius (*georg.* I 43. 44):

> Vere nouo, gelidus canis cum montibus humor
> Liquitur (*A V*

**3.** MVTAT TERRA VICES] Per rationem temporum etiam ipsam naturam mutari (*A V*

**4.** FLVMINA PRAETEREVNT] Intra ripas labuntur (*A V*

**5.** GRATIA CVM NIMPHIS] Frigoribus hiemis finitis amoenitate iam temporis ad ludum et laetitiam Nimphas et Charites prouocari (*A V paul. sim. Porph.*

**7.** INMORTALIA NE SPERES] Nil immortale esse, dum etiam tempora finiuntur (*A V*

**9.** FRIGORA MITESCVNT ZEPHIRIS VE⟨R⟩ PROTVLIT ⟨A⟩ESTAS] Per uices temporum probat aeternum non esse, quod temporale est (*A V*

**11.** EFFVDERIT] Idest cum effuderit (*A V*

**15.** QVO TVLLVS DIVES ET ANCVS] Tullus et Ancus reges Romani, per quos ostendit mortem potentibus pauperibusque communem (*A V cons. Porph.*

4 heroici *B Γ α b*] heroic. *A* caesura *B*] cesura *cett.* eptememere *A B*] eptimemere *Γ α b* 8 uirg: *A V* 12 temporum dixit *ed. uet.*, dixit *non exhib. A V c p* 15 ait *post* finitis *inserunt editiones* 16 amęnitate *A* amenitate *V c p* letitiam *A* 17 charites *p*] carites *A V* cerites *c* 18 nil *A*] idest nihil *V* 21 aet: *V p*] eternum *A c* 22 quod *A c p*] quia *V*

**17.** QVIS SCIT] Idest per incertum uitae nesciri, utrum homini usque ad diem, quem egit, sequens adiciatur, cum facile et per horas possit occidere (*A V cf. Porph.*

**19.** CVNCTA MANVS] Ipsi in lucrum uenire, quae inpensa fuerint uoluptati, peritura heredibus derelicta (*A V*

**21.** SPLENDIDA MINOS] Vt (*Verg. Aen.* VI 432):

Quaesitor Minos urnam mouet (*A V*

**23.** NON TORQVATE GENVS] Nec nobilitatem nec eloquentiam nec pietatem quemquam morti praeripere (*A V*

**25.** DIANA PVDICVM] Aut fabulosum et falsum dicit Hyppolitum ab inferno reuersum, aut nil ei ad conditionem mortalitatis profuisse, quia ab equis suis tractus uitae restitutus est, dum in eandem sortem fuisset reuersus nec mortem perpetue potuisset effugere (*A V cf. Porph.*

**27.** NEC LETHEA] A flumine inferos dixit (*A V*

THESEVS ABRVMPERE C.] Theseus et Pirithous amici fuerunt, quos dicit coniurata amicitia morti eripi non potuisse; nam uolentes Proserpinam rapere apud inferos remanserunt (*A V cons. Porph.*

*(*Verg. Aen.* VI 617. 618):

Sedet aeternumque sedebit
Infelix Theseus.

Hii autem ad rapiendam Proserpinam descenderant (*Γab*

1 uitæ *p*] uite *Vc* uice *A* 4 ipsi *ed. uet.*] ipsa *Acp* ipsam *V* 7 u. m. *V* 11 yppolitum *A* ypolitum *Vc* hypolitum *p* condicionem *V* 13 fuisset sortem (sorte *V*) reuersus *Vcp* 14 perpetue *K.*] perpetuę *A* perpetuo *Vcp;* perpetue *legimus apud Cassiodorium* 16 pirthous *A* perithous *Vp* pyrithous *c* 23 (hii *γ*)

## CARM. IIII 8

[MONOCOLOS METRVM ASCLEPIADEVM (*A B*]

METRVM ASCLEPIADEVM (*A* (*alt. l.*) *Γb*

**1.** DONAREM PATERAS G. C.] Ad Censorinum scribit, dicens facultates suas tantas non esse, ut possit pateras uel pretiosa uasa donare, sed quod diuitiis maius est, laudi eius se carmen dicturum (*A V cons. Porph.*

COMMODVS] Vtilis, benignus, humanus (*A V*

**3.** TRIPODAS] Mensas (*A V*

**4.** PESSIMA M.] De carminibus dicit; idest si diuitias haberem, carmina non donarem (*A V*

**6.** AVT PARRHASIVS] Parrhasius Athenis pictor optimus fuit, 'Scopas' signorum sculptor, de quibus (*Iuuen.* 8, 102):

Aut cum Parrhasiis tabulis signisque M.

(*A V cons. p Porph.*

**8.** SOLLERS] Peritus fingere (*A V cf. Porph.*

PONERE] Facere, formare, componere, ut (*Verg. Aen.* VI 19):

Posuitque inmania templa (*A V*

**9.** H⟨A⟩EC MIHI VIS] Diuitiarum scilicet (*A V Porph.*

**10.** AVT ANIMVS DIVITIARVM EGENS] Hic sensus est: nec ego talia largiri possum, nec si possem, tu ea desiderares, ut qui carmina diuitiis omnibus anteferret (*A V cons. Porph.*

2 *hanc tituli formam haud genuinam putauerim cf. c.* IIII 10 asclipiadium *B* 12 parrasius *in interpretatione c om. A Vp* 15 aut *codd.*] et *Iuuen.* tabulis] i. *V* signisque Mironis *edit. uet.* signa quem *Ap* s. *V* 18 componere *Ap*] *om. Vc* 20 templi *A* t. *V* 21 (haec *Vp*) 22 diuitiarū *Ap*] diuiciarum *V om. c* deliciarum *Horatius* 23 disiderares *A* 24 anteferret *A Vcp*] antefers *edit.*

**12.** ET PRETIVM DICERE MVNERI] Quam pretiosum sit carmen ostendere (*cf. Porph.*), non quo pretium speraret (*A V*

**13.** NOTIS MARMORA P.] Victoriarum titulis, quibus defuncti duces quandam inmortalitatem consequntur (*A V cons. Porph.*

**17.** *⟨Carthaginis impiae⟩] Impiam ideo dixit, quia ter rebellauit contra Romanos; etiam Cicero in dialogis (*de re publ. fr. inc.* 7 *p.* 247 *Kayser, cf. de offic.* I 38) foedifragos dixit Afros (*Γb*

**18.** EIVS] Scipionem Africanum significat (*A V Porph.*

**20.** QVAM CALABR⟨A⟩E PIERIDES] Facta, inquit, clarorum uirorum nisi carminibus inlustrentur, aetatis suae memoriam non excedunt (*item Porph.*). Et significat Ennium, qui facta Africani descripsit, oriundo de Rodino oppido Calabriae; ideo Calabrae Musae (*A V opp. Porph.*

**21.** SI CARTHAE SILEANT] Idest si non contineatur scriptis aut libris (*A V*

**22.** MERCEDEM TVLERIS] Quem fructum haberet Romulus, nisi laudaretur? (*A V*

**25.** ‘AEACVM’, Iouis filium, inmortalitatem dicit adsecutum laudibus poetarum (*A V sim. Γb*

**27.** DIVITIBVS CONSECRAT INSVLIS] Quas in Oceano constitutas Fortunatas appellant siue insulas beatorum (*A V sim. Γb*

**29.** CAELO MVSA BEAT] Caeli possessione beatum facit (*cons. Porph.*), idest reddit carminibus memorabilem (*A V*

**30.** IMPIGER HERCVLES] Carminibus poetarum et ingeniis fortis Hercules nominatur, iunctus conuiuiis deorum (*A V*

5 consequntur *V*] consequuntur *A p* consecuntur *c* 10 foedifragos *b*] phoedipragos *γ* phedifragos *r* 13 inlustrentur *Porph.*] inlustrarentur *A* illustrentur *Vc* illustrarentur *p* 18 aut *A*] uel *V* 19 haberet *Vcp*] habuerat *A* romulus nisi *Vcp*] nisi romulus *A* 21 adsecutum *A*] ass: *p* consecutum *Vc* 30 ingen’ = ingenus *A* herculis *A*

**31.** TINDARID⟨A⟩E SIDVS] Castorem et Pollucem dicit, quorum nauigantibus salubre sidus carminibus memoratur (*AV sim. Γb cf. Porph.*

**34.** VOTA BONOS DVCIT A.] Aut deus carminibus factus poetarum aut felicia faciens uota precantium (*AV*

*Deus factus carminibus poetarum (*Γb*

*Votis hominum praestat bonos euentus (*Γ*

---

## CARM. IIII 9

[AD LOLLIVM TETRACO⟨LO⟩S (*A*]

METRVM DVOBVS VERSIBVS ALCAICVM, TERTIVS IAMBICVS DIMETER YPERCATALECTICVS, QVARTVS PINDARICVS (*ABΓb om. Vcp*

**1.** NE FORTE CREDAS INTERITVRA] Ad Marcum Lollium scribit consularem adfirmans inmortalia futura scripta sua, quamuis ante eum sint alii meliores poetae; nam nec Homeri magnitudinem obstare, quominus Pindarus et alii poetae, qui post eum orti sunt, clari essent (*AV ex Porph.*

INTERITVRA] Idest ne casu credas peritura (*AV*

**2.** NATVS AD AVFIDVM] Ipse Horatius, qui primus Latinus lyricus fuit (*AV*

**5.** MAEONIVS] Homerus a M⟨a⟩eonia dictus (*AV*

**6.** PINDARIC⟨A⟩E LATE[A]NT] Propter Simonidem lyricum poetam, qui de Cea insula fuit [unde et Pindarus]. Minaces autem Alc⟨a⟩eae Camenae dictae, quoniam adeo

5 factus *A*] *om. Vcp* 7 euentus *γ*] exitus *r* 11 ypercatalecticus *rb*] ypercatalectus *B* ipercatalecticus *Aγ* 14 inmortali *A* 17 horti *A* 19 idest] *om. V* ne *c*] nec *AVp* 21 lyr: *p*] liricus *AVc* 23 siminonidē *A* liricum *A* (lyricum *bp*) 24 [unde et pindarus] *om. Γb Porph.*

amarus fuit, ut austeritate carminis sui multos ciuitate eiecerit (*A V cons. Γb ex Porph.*

**8.** ⟨S⟩TERSICHORIQVE G.] Et ipse poeta bellorum descriptor (*A V*

GRAVES] Magnae, profundae (*A V*

**9.** LVSIT ANACREON] Ideo lusit, quia iocis et conuiuiis digna cantauit (*ex Porph.*), ut (*Verg. georg.* IIII 565):

Carmina qui lusi pastorum.

Anacreon autem saturam scripsit, amicus Lisandri (*A V*

**10.** SPIRAT ADHVC AMOR] Recens est (*A V*

**11.** VIVVNTQVE COMMISSI CALORES] Pro amoribus posuit. Sappho autem significat, quae [de] Aeolide dialect[ic]o usa est (*A V ex Porph., quem in emendandis uerbis secuti sumus; cons. cod. Γb, qui et ipsi* 'de' *omittunt*

**12.** *Phannen Sappho puerum amauit, de cuius amore puellis confessa est (*Γb*

**13.** NON SOLVM] Helena (*A V*

ARSIT] Amauit (*cons. Porph.*), ut (*Verg. ecl.* 2, 1):

Coridon ardebat Alexin (*A V sim. Γb*

ADVLTERI] Raptoris Alexandri (*A V*

*Crines enim nobilium calamistro ⟨inurebantur, ne⟩ crisparentur (*b*

**15.** REGALISQVE CVLTVS] Quia regis Priami filius fuit (*A V*

**16.** ET COMITES HELENE] Itineris comites (*A V*

⟨H. L.⟩] Helene de Lacedemonia, ut (*Verg. Aen.* VII 363):

At non sic Phrigius penetrat Lacedemona pastor,

1 ut *Vcp*] aut *A* 2 eiecerit *Arb*] eiceret *V cons. cp* 5 magnae profundae *p*] magne profunde *A Vc* 9 saturam] staturam *A V* satyram *cp* (lisandri *A Vcp*) 12 sappho *p*] sapho *r Vc* saffo *A* de aeolide (eolide *V*) dialectico *A Vp cons. c* 15 phannen *γ*] phannem *rb* sappho *γ*] sapho *rb* 17 solum *A V*] *totum schol. om. cp* sola *Hor.* 18 ut — alexin *om. V, non Acp* 26 helene *Ac*] helenae *Vp* de lacedemona *A* 27 phrigius *c*] frigius *Ap* f. *V*

uel quia non sola Helena amauit Paridem; nam et aliae similis culpae fuerunt, sed magis haec famosa est carmine poetarum (*A V*

**17.** PRIMVSQVE TEVCER] Telamonis filius ab Homero inducitur sagittis peritissime usus; Cidoneo autem Cretensi a Cidonea ciuitate, ubi primum de pecudum cornibus arcus ornati sunt, ut (*Verg. ecl.* 10, 59. 60):

Cidonea cornu
Spicula (*A V*

**18.** NON SEMEL] Ab Hercule enim ante euersa fuerat (*A V sim. Γ*

ILIOS] Et 'haec Ilios' et 'hoc Ilium' (*A V*

**19.** NON PVGNAVIT INGENS] Sed hi carmine prae ceteris clari, ut (*Verg. Aen.* II 261):

Thesandrus Stenelusque duces.

Stenelus autem Capanei et Euadnae filius fuit (*A V*

**22.** HECTOR] Ostendere uult: licet multi uiri fortes fuerunt, illos tamen celebrari fama, quos commendauere poemata. Nam nec solus Hector et Deiphobus pro patria perierunt, sed hii magis carminibus noti sunt. Similiter et ante Agamemnonem paris uirtutis plures fuisse, sed nesciri silentio; et ideo se ad scribendum priorum confirmat exemplis (*A V*

**23.** EXCEPIT ICTVS] Vt (*Verg. Aen.* VI 494. 495)·

Laceratum corpore toto
Deiphobum uidet (*A V*

5 cidoneo *Vp*] cidonio *Ac* 8 cidonea cornu *p*] cidonea corni *A* cidonia cornu *Vc* 13 hi *cp*] hic *V* in *A* carminē *A* 15 stenelusq. *A*] stelenusque *Vcp* 16 stenelus *A*] stelenus *Vc* steleneus *p* euuannę *A* euadne *Vc* euandrę *p* 19 hęctor *A* deiphobus *A*] deiphebus *Vcp* 20 hii *V*] hi *A* magis *A*] *om. Vcp* 21 fuisse plures *Vcp* 22 se *Vcp*] *om. A* 26 uidet *A*] u. *V* uidit *cp*

**27.** IGNOTIQVE LONGA] Tamquam nesciantur uel morati, quos nemo describit occisos (*A V*

**30.** CELATA VIRTVS] Virtus non laudata similis inertiae est. Ita enim silentio obscuratur; tamquam si nulla fuerit (*A V*

*⟨Non ego te⟩] Maronis illud (*Aen.* X 185. 186):

> Non ego te Ligur⟨um⟩ ductor . . .
> Transierim, Cinire (*Γb*

**31.** INORNATVM] Inlaudatum, ut (*Verg. Aen.* VI 841):

> Quis te, magne Cato, tacitum (*A V*

**35.** RERVMQVE PRVDENS] Philosophiae aptus, unde et rerum prudentes philosophi dicti (*A V*

**36.** TEMPORIBVS DVBIISQVE RECTVS] Quem neque prospera neque aduersa mutauerint (*A V*

**37.** VINDEX AVAR⟨A⟩E FRAVDIS] Punitor fraudis; uindicare enim apud ueteres non tantum defendere, sed et punire significabat (*A V ex Porph.*

*Acron interpretatur: Lollius (*Γb*

**38.** DVCENTIS AD SE CVN⟨C⟩TA PECVNIAE] Abstinentem dixit pecuniae Lollium, quam aut ideo ad se ducere cuncta posuit, quia auari student rapinis, aut quia pecuniosorum gratiam omnes secuntur (*A V cons. Porph.*

**39.** NON VNIVS ANNI] Fide, uirtute et honestate Lollium praefert (*A V*

**40.** ⟨SED QVOTIENS⟩] Quotiens, inquit, iudex bonus es, honestum utili praeponens, uel quotiens bellorum uictoriis rei publicae consulis, totiens consulari uteris potestate et uirtute tua perpetuus consul efficeris (*A V paul. sim. Porph.*

1 uel *A V*] ut *p* et *c* 2 morati *K.*] mortui *codd.; moratus* = bonus *Firmic. math.* 8, 24 nemo *A*] modo *Vcp* occisos *A*] ociosos *Vcp* 11 Rarūq. *A* rerumque *Vcp* 12 dicti *A*] dicti sunt *Vcp* 16 et punire *A*] etiam uindicare *V* etiam punire *p Porph. hanc scholii partem om. c* 20 cuncta ducere *Vc cons. p* 27 rei p. *Vp*] rei publice *Ac* c̄solari *A*

**42.** REIECIT ALTO] Prudenti, profundo (*A V*

NOCENTIVM] Noxiorum et corrumpere iudicia temptantum (*A V*

**44.** *Metaphora. Nam arma hic ratio accipitur aut uirtus animi (*Γb*

VICTOR] Vel cupiditatis uel hostium, quotiens emersit (*A V*

**45.** NON POSSIDENTEM MVLTA] Idest non recte diuitem beatum uocari, sed illum rectius beatum dici, qui felicitatem moderetur et non habeat execrabilem paupertatem plusque timeat morte peccatum (*A V*

**46.** OCCVPAT] Sibi uindicat (*A V*

**49.** CALLET] Nouit (*A V*

---

## CARM. IIII 10

[MONOCOLOS METRVM CORIAMBICVM (*A*]

METRVM SAPPHICVM EXDECASYLLABVM SIVE CHORIAMBICVM, QVOD CONSTAT SPONDEO, TRIBVS CHORIAMBIS ET PYRRICHIO (*A B Γ b*

**1.** O CRVDELIS ADHVC ET VENERIS MVNERIBVS P.] Vt (*Verg. ecl.* 2, 6):

O crudelis Alexi,

significans amoris querellam (*A V paul. sim. Porph.*

VENERIS M.] Pulchritudine (*A V*

**2.** ET PLVM[M]A SVPERBIAE] Plumam pro barba incipiente posuit (*A V ex Porph.*

2 iuditia *A, recte V* tēptantū *V*] tēptatū *A* 4 metafora *γ* 6 emersit *A*] emerserit *Vcp* 9 dici beatum *V* 11 timeat *cp*] timet *A V* 16 saphicum *Br* safphicum *γ* safficum *Ab* exdecasyllabum *B*] exdecasillabum *A Γ* endecasyllabum *b* hendecasyllabum *Kurschat* 18 pyrrichio *rb ut uid.*] pirrichio *cett.* 22 quȩrellam *A* q̄relam *V* 23 pulcritudine *V* 24 plūmā *A*

**3.** NVNC HVMERIS INVOLITANT] Vsque ad pubertatem enim pueris comae nutriri consueuerant, ut (*Verg. Aen.* X 137. 138):

Crines cui lactea ceruix
Accipit (*A V paul. sim. Γ*

**4.** PVNICEAE FLORE PRIOR] Priorem pro meliore dixit (*ex Porph.*), puniceam sanguinei coloris, ut (*Verg. Aen.* XII 77):

Puniceis inuecta rotis (*A V*

**5.** HISPIDAM] Hirsutam iam barbam (*A V ex Porph.*

**6.** QVOTIENS SPECVLO VIDERIS ALTERVM] Inmutationem formae per aetatem aspectam dolebit in speculo (*A V*
*Est sensus Terentianus (= *hecyr.* I 1, 17 *sq., uide editionem nostram Hor.*[2]) (*Γb*

---

## CARM. IIII 11

[TETRACOLOS METRVM SAFFICVM (*A*]

METRVM SAPPHICVM ENDECASYLLABVM (*A B Γ*

**1.** EST MIHI NONVM SVPERANTIS A.] Ad Phillidem scribit, amicam suam, inuitans eam sub promissione uini Albani ueteris ad l⟨a⟩etitiam conuiuii exhibendi natali Maecenatis (*A V sim. Porph.*

**2.** PLENVS ALBANI CADVS] Elocutio est Albani cadus. Vt (*Verg. Aen.* I 195):

Vina bonus quae deinde cadis (*A V*

6 meliore *V*] meliorem *A*   11 inmutatione *A*   12 dolebit *A V*] dolebis *cp*   17 metrum *om. B*   saphicum *Br* safficum *A γ b*   endecasyllabum *rb*] endecasillabum *A γ om. B*   18 fillidem *Ap* philliden *V* philidem *c cf. u.* 21   21 maecenatis *p*] mec: *A Vc*   24 d. c. o. *V*, o. *om. A*

**3.** NECTENDIS APIVM CORONIS] Vel quia Alc⟨a⟩eus frequenter se dicit apio coronari, uel quia tardius debriatur, qui prandet apio coronatus, ut (*Verg. ecl.* 6, 68):

Atque apio crines ornatus amaro (*AV*

**4.** *⟨Hederae uis⟩] Vt (*Verg. Aen.* IIII 132):

Odora canum uis (*Γb*

**5.** RELIGATA FVLGES] 'Religata' pro religanda idest coronanda; 'fulges' splendes (*AV*

*Figura sicut (*Verg. Aen.* I 320):

Nuda genu (*Γb*

**6.** RIDET] Splendet (*AV*

**7.** AVET] Cupit (*AV*

*Idest auide cupit, ut alibi (*Hor. serm.* II 6, 99):

Ambo propositum peragunt iter urbis auentes (*Γb*

**8.** INMOLATO SPARGIER AGNO] Spargenda erit agno inmolato (*AV*

**9.** CVNCTA FESTINAT MANVS] Multitudinem ministrantum pro apparatus festinatione significat (*AVp cons. c Porph.*

**10.** MIXTAE PVERIS PVELLAE] Vt (*Verg. Aen.* I 705):

Totidemque pares ⟨a⟩etate ministri (*AV*

**11.** SORDIDVM FLAMMAE] Duo epitheta posuit, quia et flammae ueluti sub quodam tremore uoluuntur et fumus sordidus est, idest niger (*AV*

*⟨Rotantes⟩] Glomeratim mittentes uel uolubiliter euomentes (*Γb*

2 debriatur *K.*] dempnatur *A* deponatur *Vc* inebrietur *p cf.* III 19, 18  3 coronatus — apio *per errorem om. A exhib. Vcp*  coronatur *V*  4 o. a. *V*  ornatus *Ac*] o. *V* coronatus *p* amàro *A*  7 religanda idest *V*] religanda *p om. A*  8 splendes *A*] *om. Vcp*  15 inmolato agno *V*  17 ministrantū *A*] ministrantium *Vcp*

**13.** QVIBVS ADVOCERIS] Diem natalem Maecenatis significat (*item Porph.*), ut fidem faciat promissae laetitiae (*A V*

**16.** FINDIT APRILEM] Diuidit, quia Idus ueluti diuidunt mensem, Aprilis autem mensis Veneri consecratus est (*A V*

*Mensem autem Veneris ideo dicit, quoniam Kalendis Aprilis natalis est Veneris (*Γb*

**17.** IVRE SOLLEMNIS] Merito amicitiae; p⟨a⟩ene autem pro adulatione uitanda posuit (*A V*

**19.** LVCE] Die (*A V*

⟨AF⟩FLVENTES] Crescentes aut multos (*A V*

**20.** ORDINAT ANNOS] Disponit toto anno facienda (*A V*

**21.** OCCVPAVIT] Vtrum ad eandem Phillidem an ad aliam loquatur, incertum est, quia non prodidit nomen. Dicit tamen Telephum puerum, quem ostendit ab ea amari alterius ditioris amore occupatum (*A V cf. Porph.*

**22.** NON TVAE SORTIS] Non tuae conditionis, non tuae mediocritatis nec professionis (*A V ex Porph.*

**24.** COMPEDE VINCTVM] Amoris uinculo (*A V ex Porph.*

**25.** PHAETON AVARAS] Nequid auide et supra conditionem nostram adpetamus, Phaetontis et Bellorophontis ponit exempla (*ex Porph.*); inpossibilia enim cupiendo ad pericula peruenitur (*A V*

AVARAS] Inlicitas (*A V*

**27.** GRAVATVS] Grauiter ferens (*A V*

**28.** BELLOROPHONTEM] Dicitur enim ausus Pegaso ferri per aera in terram decidisse (*A V*

1 mæcen: *p* mec: *A Vc* 2 letitiae *A* 4 diuidit *A*] *om. Vcp* 5 mensis *A*] *om. Vcp* 9 sol | sollemnis *A* 10 uitanda *A*] *om. Vcp* 14 phillidem *cp*] philliden *V* fillidem *A* 17 ditioris *A*] ditionis *Vcp* 22 phæton *p* feton *A* pheton *V* p.*c* 23 phętontis *p* phetontis *A Vc* bellorophontis *c*] bellorofontis *Vp* belloꝝ (= bellorum) fontis *A* 24 enim *A*] *om. Vcp* 29 aera in *Vc*] aeream *A* aeram *p*

*Interfecta Chimera, dum reuerteretur Bellerophon uictor Pegaso equo residens, audacia mentis exagitatus est, utpote qui tantae rei uictor extiterat; sed cum iam altitudinem aetheris penetraret Bellerophon, terram respiciens stupefactus et excerebratus cecidit, Pegasus uero inter sidera receptus est (*r*

**29.** DIGNA SEQVARE] Possibilia eam suadet adpetere et sibi competentia et digna sperare. Sensus ergo hic est: o tu Philli, uita potentiorem Telephum et tibi disparem, qui et aliam amat, et me dilige, qui tibi par sum: finis enim eris mei amoris, quia, si consenseris, aliam non amabo (*AV*

**34.** CONDISCE MODOS] Disce, inquit, carmina et lyrae sonos, quos suaui uoce cantes, ne rustica uidearis (*AV*

**35.** MINVENTVR ATRAE] Tunc enim uoluptas admittitur, si cura pellatur (*AV*

---

## CARM. IIII 12

[TETRACOLOS (*A*]

METRVM TRIBVS VERSIBVS ASCLEPIADEVM, QVARTVS GLYCONIVS (*ABΓb*

**1.** IAM VERIS COMITES Q. M. T.] Ad Vergilium negotiatorem scribit admonens ueris tempus esse aptum nauigio. Vsitatum autem poetis est animas dicere flatus uentorum, dum ad Graecum uocabulum referunt anemos, ut (*Verg. Aen.* VIII 403):

Quantum ignes animaeque ualent (*AV cons. Porph.*

9 philli *p*] phillis *V* phitt *c* filleris *A* telephum *Vcp*] telefum *A* 11 quasi consenseris *A* quia sic̄ senseris *V* quia si conseris *c* qui si consensus erit *p* 13 lyræ *p*] lirae *V* lire *Ac* 19 asclipiadeum *B* 20 glyconius *Br*] gliconius *A* gliconicus *γb* 21 neg:] *non exh. Porph.* 24 anemos] animos *A* animas *Vcp* *ἄνεμος edit.*

*Ad Virgilium mercatorem, non ad poetam, loquitur, admonens tempus esse nauigationis (*Γbε*

TEMPERANT] Tranquillant (*AV*

*Moderant, aptum faciunt ad nauigandum (*Γb*

**2.** LINTEA] Vela (*AV*

**3.** IAM NEC PRATA RIGENT] Ipso enim tempore et hiemps clauditur et ueris amoenitas aperitur, quo Fauonius coeperit flare (*AV*

**5.** ITIN FLEBILITER GEMENS] Itis filius Prognes, quem occidit ob culpam Terei (*AV*

Cecrops dux Atheniensium fuit. Athenienses enim fuerunt Tereus et Progne. Per Prognen uero hirundinem significat, quae eo tempore apparet. Nota historia est, quod pro stupro sororis Philomelae ad uindictam filium Terei occiderit Progne et fuit peior poena peccato, dum committitur parricidium propter incestum. Vnde Tereus conperto facinore, dum ambas insequitur, ipse in upupam dicitur mutatus; illae fugientes in hirundinem et lusciniam (*AV cons. Porph.*

**6.** *⟨Infelix auis⟩] Prognen dicit, quam dicunt lusciniam (*Γb*

*⟨Infelix auis⟩] Daulias, quae in palumbem uersa est, nutrix Itis, qui fuit filius Prognae et Terei (*Γb*

**7. 8.** *⟨Male barbaras regum est ulta libidines⟩] Incestum enim parricidio uindicauit (*Γ*

**9.** IN TENERO GRAMINE] Vt (*Verg. ecl.* 8, 15):

Ros in tenera pecori gratissimus herba (*AV*

**10.** CVSTODES OVIVM CARMINA] Pana significat, a quo pandirium dicitur inuentum. Vt (*Verg. ecl.* 2, 32. 33):

Pan primus calamos cera coniungere plures
Instituit (*AV*

7 amęnitas *A* amenitas *Vcp* 8 cęperit *AV* ceperit *cp* 9 itis *AVp*] ytis *c* 12 progne *c*] prognes *AVp* per *Vcp*] q (= qui) *A* irundinem *A* 14 philomele *Vc* filomele *A* philomenæ *p* 15 poena *V*] pęna *A cons. p* pena *c* 18 ille *AVc* illę *p* hir: *AVp*] hyr: *c* 20 quam et lusciniam aiunt *b* 23 ytis *b*

**11.** NIGRI] Vmbrosi (*A V*
**13.** ADDVXERE SITIM] Sitim pro aestate posuit (*A V*
**14.** SED PRESSVM CALIBVS DVCERE L.] Calenum uinum (*A V*
DVCERE] Bibere (*A V*
**15.** NOBILIVM CLIENS] O cliens; aut Augusti aut priuignorum eius Neronum aut Maecenatis dicit (*A V ex Porph.*
**16.** VINA MEREBERIS] Ioculariter nunc se Calenum uinum prolaturum promittit, si unguentum acceperit (*A V ex Porph.*
MEREBERE] Mereberis (*A om. Vcp*
**17.** NARDI PARVVS ONIX] Onix metallum est gemmae simile. De hoc ad unguenta odorata parua fiebant uasa, de quo Lucanus ad ostentationem luxus (X 116. 117):

Totaque effusus in aula
Calcabatur onix (*A V*

**18.** SVLPICIIS ACCVBAT H.] Sulpicia horrea dicebantur, ubi nunc Galbae; illic oleum condi consueuerat (*A V ex Porph.*
**19.** SPES DONARE NOVAS] Cadus scilicet; maiora enim sibi per l⟨a⟩etitiam poti promittere sperando consuerunt (*A V cons. Porph.*
**20.** ELVERE EFFICAX] Potens, et qui largitate curas expellat (*A V*
**22.** VELOX MERCE VENI] Vt supra dixit (*u.* 17), pocula non dabuntur tibi, nisi et tu ad uicem mercem idest ampullam detuleris unguenti (*A V*
*Negotiatorem significat istum fuisse Virgilium (*Γb*

2 aest: *p* est: *A Vc* 7 maec: *p*] mec: *A Vc* 9 mereberis *in lemm. Ap* m. *Vc* 10 acceperit *Acp*] accepit *V* 13 est *A*] *om. Vcp* gemmæ *p* gemme *A Vc* 14 oderata *A* 24 letitiam *A* licentiam *Vcp* 29 pocula · iđ *A* idest p: *Vcp*, idest *post* mercem *transpos. K.* tibi *Vcp*] *om. A* ad uicem *A*] adinuicem *Vcp*

**23.** TINGERE] Madefacere (*A V*

**24.** PLENA DIVES VT IN DOMO] Vt gratis pascam sicut diuites consueuerunt (*A V*

**26.** DVM LICET IGNIVM] Lugubrium ignium (*ex Porph.*), ut memor mortis laetitiam non recuset (*A V*

**27.** CONSILIIS BREVEM[Q.] Breuis temporis otium (*A V sim. Porph.*

**28.** DESIPERE IN LOCO] Iucundum est a seueritate aliquando discedere (*A V*

---

## CARM. IIII 13

[AD LICEM MERETRICEM SENESCENTEM (*A*]

METRVM DVOBVS VERSIBVS ASCLEPIADEVM; TERTIVS FERECRATIVS, QVARTVS GLYCONIVS (*A B Γ α b*

**1.** AVDIVERE, LICE, DII MEA VOTA, DII] Ad Licen meretricem scribit, de cuius superbia in tertio libro (*c.* 10) questus est, eo quod anus facta contempnatur a iuuenibus, de quorum ante amore plaudebat (*A V ex Porph.*

**3.** FORMOSA VIDERI] Vtrumque in anu muliere turpissimum est, ut et formosa uideri uelit et lasciuire, et ideo addidit ‘inpudens’ (*A V cons. Porph.*

**5.** ET CANTV TREMVLO] Vel ad uocem uel ad aetatem rettulit (*A V*

**6.** ILLE VIRENTIS] Iuuenum scilicet cupidinem, qui ideo lentus est, quoniam tu eis ingrata es per aetatem (*A V ex Porph.*

1 malefacere *A* 9 discedere aliquando *Vcp* 12 asclipiadeum *B* 13 ferecratius *Bb*] feregratius *Ar* feregracius *α om. γ* glyc: *Br*] gliconius *Aγα* gliconicus *b* 14 licen *Vc*] licem *Ap* 16 quęstus *A* contempnitur *V* contemnitur *cp* 20 inpudens *V*] impudens *Acp* 21 aetatem *p*] etatem *A Vc* 22 rett: *A*] retulit *Vcp* 23 uirentes *A* 24 aet: *p*] et: *A Vc*

**8.** EXCVBAT IN GENIS] Multum decoram uult Chiam mulierem uideri, uel quod uirenti aetate sit et docta saltare, uel quod genis idest oculis pulchris sit; et ideo cupidinem excubare in genis eius induxit (*A V ex Porph.*

**9.** INPORTVNVS ENIM TRANSVOLAT A.] Per inrisionem quercum aridam uoluit anum mulierem intellegi (*cons. Porph.*), quas Amorem, dum festinat ad iuuenes, necesse est transuolare (*A V*

**11.** RVG⟨A⟩E] Vt (*Verg. Aen.* VII 417):

Frontem obscenam rugis arat (*A V*

**12.** NIVES] Niuem pro canitie posuit (*A V*

TVRPANT] Faedant. Vt (*contaminat. ex Verg. Aen.* X 832 *et* XII 99):

Turpantem puluere crines (*A V*

**13.** NEC COAE REFERVNT] In Co enim insula purpura melior tinguitur (*A V*

**14.** NE⟨C⟩ CARI LAPIDES] Significat nec uestium cultu nec gemmarum pretiis reuerti pulchritudinem annis iam et aetate consumptam (*A V cons. Porph.*

**16.** INCLVSIT VOLVCRIS D.] Deposuit, sepeliit. Inclusi enim defuncti tumulo dicuntur (*A V*

**17.** QVO FVGIT VENVS] Venustas, cuius ab ea fugam ideo se simulat dolere, ut ei m⟨a⟩erorem incitet grauiorem (*A V*

**18.** QVO MOTVS Q. H.] Motus: saltatus; idest quid habes illius aetatis pristinae aut quid tibi praeteritae gratiae remansit? (*A V*

3 geniis *A* oculis pulchris *A Porph.*] facie (facię *V*) pulchra (pulcra *V*) *Vcp* 4 in genis *cp*] ingenas *V* genas *A* 12 fędant *Ap* fedant *Vc* 15 co] quo *A* choo *V* hac *cp* 16 tingitur *Vcp* 17 ne *A* nec *Vp* 18 cultu *cp*] cultū *A V* pretiis *p*] preciis *A Vc* pulcritudinem *V* 19 c̄suptam *A* 23 grauiorem *A*] maiorem *Vcp* 26 aetatis *p*] etatis *A Vc*

**19.** *⟨Amores⟩] Quae ita pulchra erat, ut amores exhalaret (*Γb*

**20.** SVRPVERAT] Pro subripuerat (*Porph.*), hoc est: alienum amore fecerat (*A V*

**21.** FELIX POST CINARAN] Pulchra. 'Post' aut ad qualitatem pertinet, aut ad tempus, idest secunda pulchritudine a Cinara, an post illam defunctam tu ad amandum elegantior? (*A V ex Porph.*

NOTAQVE] Probata et artifex (*A V*

**22.** SED CINAR⟨A⟩E BREVES] Tamquam quae inmatura aetate perierit (*A V*

**25.** CORNICIS VETVL⟨A⟩E] Cornix enim diu dicitur uiuere, cui Licen conparat pro longitate uitae (*A V*

**26.** IVVENES VISERE FERVIDI] Idest ut quae incenderat uultu suo ad uicem facis, in cinerem damnis consumeretur aetatis, iuuenibus facta iam risui. Et quod 'facem' dixerat, bene 'dilapsam in cineres' memorauit (*A V cf. Porph.*

---

## CARM. IIII 14

### [AD AVGVSTVM TETRACOLOS (*A*]

METRVM DVOBVS VERSIBVS ALCAICVM, TERTIVS IAMBICVS DIMETER YPERCATALECTICVS, QVARTVS PINDARICVS (*A Γb*

**1.** QVAE CVRA PATRVM, QV⟨A⟩EVE QVIRITIVM] Negat ullos a senatu uel populo Romano dignos honores in-

2 exhalaret *r*] exalaret *γ b* 3 subripuerat *A Porph.*] surripuerat *Vcp* 5 pulchra *Acp*] pulcra *V* 6 ut ad tempus *A* pulcritudine *V* 7 achinara *V* acbinara *A, recte cp* an *A Porph.*] ac *Vcp*; *Pauly Hauthal alii sil. edunt* aut 10 inmatura *V*] imm: *A* 11 aetate *p*] et: *A Vc* perierit *cp*] perierat *A V* 14 idest ut] idest *A V* ut *cp* 15 uultu suo *A*] uultu tuo *V* uultum tuum *cp* damnis *Acp*] dampnis *V* 16 facta iam *A*] iam facta *Vcp* 21 ypercatalectus *A*

ueniri, qui pro meritis uel triumphis Augusti aeternitati ipsius consecrentur (*A V ex Porph.*

*Maronis illud (*Aen.* XI 125):

Quibus caelo te laudibus aequem? (*Γb*

**4.** PER TITVLOS MEMORESQVE FASTVS] Annales, qui ad commemorationem honorum uel rerum gestarum inuenti sunt, ipsi enim fasti dicuntur (*A V*

**5.** AETERNET] Aeternum faciat et laudibus consecret (*A V*

HABITABILIS] Propter inhabitabilem Cecaumenen (*A V*

**7.** LATINAE] Latinitatis nescii uel ciuilitatis (*A V*

**8.** VINDELICI] Augusto inputat de Vindelicis Drusi uictoriam, quia eius ordinatione et exercitu uicerat (*A V sim. Porph.*

**10.** INPLACIDVM GENVS] Inplacidos, inplacabiles; Genauni et Brenni gentes Gallorum (*A V*

**12.** TREMENDIS] Terribilibus (*A V*

**13.** PLVS VICE SIMPLICI] Aut non simplicem uicem ⟨dixit⟩, quia dupla, quam dederant, clade perculsi sunt (*cons. Porph.*), aut quia [dixit] acer non uice simplici (*A V c p*

**14.** MAIOR NERONVM] Drusus, qui maior natu fuit (*A V ex Porph.*

**15.** INMANES] Fortes (*A V*

**16.** SECVNDIS] Prosperis (*A V*

**17.** SPECTANDVS] Famosus uel terribilis bellator (*A V*

2 consecrentur *Vp Porph.*] consecrarentur *A* consocientur *c* 5 (fast$\overset{v}{o}$s *A* f. *V*) 6 inuenti sunt *V*] inuentis *A* 8 aeternum *Vp*] eternum *Ac* 11 uel ciuilitatis *K.*] *om. Vcp* uel cubilitatis *A* uel ciuitatis *ed. uet.; Pauly confert Suet. Aug.* 47: Latinitate uel ciuitate donauit 12 deum deliciis *A* 13 excercitu *A* 16 genauni *c*] cena$\overset{ni}{\bar{u}}$ *A*; genaunos *V* geraunos *p* (*ex lemmate*) brenni *Ac*] brennii *V* brennos *p* 20 ‘dixit’ *ante* ‘acer’ *pon. AVcp, transposuit K.*

**18.** DEVOTA MORTI P.] Retiorum gentis libertatis amore morti animos destinatos fuisse (*A V*

**20.** INDOMITAS PROPE Q. V.] Tempestati furenti uiri fortis animum conparauit (*A V*

**21.** PLEIADVM] Pleiades dictae quae et Vergiliae; harum tempestuosus ortus est (*A V*

CHORO] Vento tempestuoso (*A V*

**22.** SCINDENTE NVBES] Ita pugnantem Drusum scindisse dicit hostium turmas, ut uentus nubes undasque consueuit (*A V*

**24.** MITTERE EQVVM] Inrumpendo hostium cuneos (*A V*

PER IGNES] In medium pugnae feruorem (*A V*

**25.** SIC TAVRIFORMIS V. A.] Omnium fluminum famosorum uultus cum cornibus finguntur. Ideo tauriformis propter impetus et mugitus aquarum, ut (*Verg. Aen.* VIII 77):

Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum

(*A V cons. Porph.*

*Ideoque eorum tempora harundinibus coronata perhibentur, quoniam eorum ripae ipsa silua decorantur; ut poeta (*Verg. ecl.* 7, 12):

Et tenera praetexit harundine ripas (*Γb*

**26.** QVI REGNA DAVNI] 'Apuli', a rege Apuliae Dauno (*A V*

**28.** DILVVIEM] Inundationem fluminis uiro forti comparat pro Drusi laude. Vt (*contamin. ex Verg. Aen.* II 308. 305. 306):

Saxi de uertice torrens
Sternit agros (*A V*

1 (retiorum *A Vcp*) 2 morti *Vcp*] more *A* 3 Tempestatis furentis *A* 5 pleiades *A*] pliades *Vcp* dictę *Vp*] dicte *Ac* uergit *A* 9 ut *V*] et *A* 12 feruorem *A*] furorem *Vcp* 17 fluuius] *om. V* regnator aquarum *Γbc cons. p*] *om. A V* 23 apuliae *Vp*] apuli *A, schol. om. c*

**31.** METENDO] Vt (*Verg. Aen.* X 513):

Proxima quaeque metit gladio (*AVΓb ex Porph.*

**32.** STRAVIT HVMVM, SINE CLADE VICTOR] Sine damno suorum militum dicit (*AV cons. Porph.*

**33.** TE COPIAS] Augusti auspiciis et felicitate Drusum dicit hostes fudisse (*AV cons. Porph.*

**34.** NAM TIBI QVO DIE] Felicitati adsignat Augusti Drusi uictoriam, demonstrando ante annos XV eo die ab Augusto Alexandriam captam, quo Drusus Vindelicos superauit (*ex Porph.*). Pompei enim mortem Actiaco bello ultus Augustus est (*AV*

**36.** ET VACVAM] Sine hoste, sine domino (*AV*

**39. 40.** LAVDEMQVE ET OPTATVM PERACTIS IMPERIIS] Inmortalitatem ex consecratione uidetur significare, cum dicit peractis imperiis; diuinos enim honores meruit Augustus (*AV ex Porph.*

**41.** NON ANTE DOMABILIS] Non ante Caesarem uictus (*AV*

**42.** PROFVGVS SCITHES] Aut sub Aquilone interius constitutus, aut (*sec. Porph.*) qui numquam in eodem loco commaneat (*AV*

**43.** O TVTELA] Augustum dicit (*AV*

**45.** QVI CELAT ORIGINES] Origo enim Nili nescitur, ut (*Lucan.* I 20):

Gens siqua iacet nascenti conscia Nilo (*AV*

5 et felicitate *quod in hunc l. transpos. K. hic om. AVcp; idem post* hostes *ponunt* et felicitatem (fæl: *p*) 7 adsignat *A*] *om. V* assignat *cp* 8 demonstranstrando *A* eo die *AVcp*] eodem die *Porph. et edit.* 9 uindelicos *Vcp Porph.*] uindilicios *A* 10 pompeii *V* acttiaco *c* acciaco *AVp* 11 ultus *Vcp*] uultus *A* 12 sine dampno sine hoste *V, A recte, nisi quod* hostes *pro* hoste 13 et optatum p. Et optatū pactis *A* 14 cum dicit peractis *Ap*] peractis enim *Vc* 15 enim *Ap*] *hic om. Vc* 17 caes: *p*] ces: *AVc* 20 in eodem loco *Vcp*] ideo *A* 21 cõmaneat *AVc*] maneat *p* manet *Hauthal* 22 dicit *A*] *om. Vcp*

**46.** ET ⟨HISTER⟩ TE RAPIDVS TIGRIS] Gentes fluminum commemoratione designat (*A V*

*Danubius a Gallia dicitur oriri (*Γ*

**48.** OCEANVS BRITTANNIS] Brittanni enim interfuso Oceano a terris omnibus separantur, ut (*Verg. ecl.* 1, 66):

Penitus toto diuisos orbe Brittannos (*A V*

**49.** TE NON PAVENTIS FVNERA GALLIAE] Mortem enim Galli ferocia non pauent (*A V cons. Porph.*

**50.** DVRAEQVE] Laborios⟨a⟩e (*A Vcp*

**51.** TE C⟨A⟩EDE GAVDENTES] Bella optantes adsidua (*A V*

SICAMBRI] Qui et Germani (*A V*
*Nomen gentis Galliae (*Γ*
*Ipsi sunt Franci, Gallis mixti (*b*

**52.** VENERANTVR ARMIS] Pacatis moribus et feritate deposita (*A V cf. Porph.*

---

## CARM. IIII 15

[AD AVGVSTVM TETRACOLOS (*A*]

METRVM QVOD SVPERIVS (*A Γb*

**1. 2.** PHOEBVS VOLENTEM] Non lyra increpuit, sed uolentem me proelia lyra loqui, quod est lyrico carmine,

1 (hister *om. A Vp, totum lemma om. c*) 5 oceano *V*] oceani *A* 6 d. o. b. *V* 8 ferotiā n̄ pa////// *A, circiter uiginti litteris erasis;* non timent *om.* ferocia *V* pauent *etiam cp* 10 cede *Acp* c. *V* 12 sicambri qui et *Vp*] qui et *c, legi non potest A* 15 pacatis *Vcp*] peccatis *A* 19 superius *A*] supra *Γb* 20 Phębus *A recte p* non lyra *p Porph.*] non lira *Vc euanuit A* sed] s, *V euan. A* 21 proelia *Porph.*] p̄lia *A V* prelia *c* prœlia *p* lyra *p Porph.*] lira *Vc om. A* lyrico *rbp*] lir: *cett.*

Phoebus increpuit (*ex Porph.*); amoribus enim aptum hoc metrum est, ut (*Verg. ecl.* 6, 3. 4):

> Cum canerem reges et proelia, Cynthius aurem
> Vellit et admonuit (*A V sim. Γb*

**3.** TIRRHENVM PER A.] Per allegoriam significat magnam materiam non sufficienti ingenio et humili generi carminis non debere committi (*A V ex Porph.*

**5.** RETTVLIT VBERES] Seu quia in pace diligentior cultus uberiorem fructum facit seu quasi ipse deus Caesar faueat frugibus, ut (*Verg. ecl.* 9, 47. 48):

> Ecce Dionaei processit Caesaris astrum,
> Astrum, quo segetes gauderent frugibus (*A V*

**6.** ET SIGNA NOSTRO] Quae interfecto cum exercitu Crasso a Parthis Augustus receperat (*A V ex Porph.*

**8.** DVELLIS] Bellis (*A V*

**9.** IANVM QVIRINI C.] Significat omnia pacata sub Caesare, templo Iani clauso, quod belli tempore semper patere consueuerat; unde ad significationem futurae pacis ait Vergilius (*Aen.* I 294):

> Claudentur belli portae (*A V ex Porph.*

**10.** ET VAGANTI FRENA L.] Leges tulit, quibus mores regerentur (*A V*

*Cum legem de adulteriis sanxit (*Γb*

1 phębus *Ap* phebus *Vc* 2 est *Acp*] *om. V* 3 p̄lia *A* proelia *r* cynthius *rb*] cinthius *cett.* 9 ꝗ quasi *K.*] quia si *AV* ipse *V*] ipset *A* 10 faueat *Vcp*] *euan. A* 11 dionaei *A*] dionei *Vcp* pro. c. a. *V, reliqua om. V* processit] quod cessit *A* 13 excercitu *A* 14 crassa *A* susceperat *V* 16 peccata *A* 17 caes: *p*] ces: *AVc* iani] iā *A* 18 consueuerat *A*] consueuit *Vcp* significationum *A* 19 ait uirgilius *cp cons. Porph.* ait *V* aut *A* 20 clauderentur *A*

**11.** EMOVITQVE] Eiecit, remouit, ut (*Verg. Aen.* II 493):

Emoti procumbunt cardine postes (*A V*

**12.** ET VETERES REVOCAVIT ARTES] In his quattuor uirtutibus ueteres uitae artes esse dicebant: prudentia, iustitia, fortitudine et temperantia. Per has omnem politiam constare uoluerunt (*A V*

ARTES] Disciplinas (*A V*

**15.** AD ORTVS] Vt (*Verg. Aen.* I 287. 288):

Imperium Oceano, famam qui terminet astris,
Iulius (*A V sim. Γb*

**16.** SOLIS] Ab Oriente ad Occasum imperium significat peruenisse Romanum, ut (*Verg. Aen.* VII 100. 101):

Qua sol utrumque recurrens
Respicit Oceanum (*A V*

⟨H⟩ESPERIO CVBILI] Ab Occasu (*A V*

**17. 18.** ⟨NEC⟩ FVROR CIVILIS] Nec bellum ciuile est nec uis inquietat otium (*A V*

*Vt (*Verg. Aen.* I 291):

Aspera tum positis mitescent saecula bellis (*Γb*

**18.** EXIGET] Excludet (*A V ex Porph.*

**19.** PROCVDIT ENSES] Incudibus procudit et fabricat (*A V ex Porph.*

*Vt (*Verg. Aen.* VII 508):

Telum ira facit (*Γ*

6 temperatione *V* per has omnes constare uoluerunt disciplinas *cp* omnem politiam *A*] omne *sequente lacuna V* 16 (Hesperio *V*) 17 (Nec *Vp*) bellum — otium *A*] b. c. i ex ot̃. *V* 18 inquietat *K.*] inquit et at *A, totum schol. om. c* est — otium *om. p* 22 Procidit *A in lemm., recte Vp* procludit *c* procudit *V*] producit *Acp*

**20.** ET MISERAS INIMICAT VRBES] Inimicas facit (*ex Porph.*); miseras autem tamquam bellum patientes (*A V*

**21.** DANVBIVM BIBVNT] Gentes a fluuio, ut (*Verg. Aen.* VII 715):

Qui Tiberim Fabarimque bibunt (*A V*

**22.** EDICTA RVM.] A nullis nationibus leges Augusti contempni; in Iuliam enim gentem fuerat adoptatus Augustus (*A V*

NON GETAE] Gothi (*A V*

**23.** INFIDIVE PERSAE] Crassum enim securum de pace persuaserant (*A V*

**24.** PROPE FLVMEN ORTI] Scythae (*A V ex Porph.*

**25.** ET PROFESTIS] Profesti dies dicebantur, qui ante festos erant (*A V sim. v*

LVCIBVS] Diebus (*A V*

**26.** INTER IOCOSI M. L.] Laetitiam iubentis, ut (*Verg. Aen.* I 734):

Adsit l. Bacchus dator (*A V*

**27.** CVM PROLE] Cum affectibus deum precantes (*A V*

**28.** ⟨AD⟩PRECATI] Inuocantes (*A V*

**29.** VIRTVTE FVNCTOS M. P. D.] Duces, inquit, optimos parentum pietate ueneramur, inter quos Augustus est (*A V*

**30.** LIDIIS REMIXTO ⟨C.⟩ TIBIIS] Lydiis tibiis laeta canebantur, Phrygiis tristia. Tres enim habebant modos tibiarum: Ionicum, Lydium et Phrigium, quem et barba-

1 facit *V*] faciet *A*    2 pacientes *A* facientes *Vc, recte p*    3 a fluuio *V*] ad fluuius *A*    10 ꝑses *A, recte p*    18 adsit — dator *A*] assit bachus l. d. *V*    19 Tum prole *A, recte V*    20 Prȩcati *A* P̄cati *V* adpr: *p*    22 pietate $V_2$] pietatē *A* pietati $V_1$    25 phrygiis *p*] frigiis *cett.*    26 lydium *c*] et lydium *p* lidium *V* et luuium *A*    ph: *p*] f: *cett.*

rum (*sim. Porph.*). In honorem autem Lidiorum dictus, quia ipsi primi tibias inuenerunt (*A*

**31. 32.** ALMAE PROGENIEM VENERIS CANEMVS] In Augusti honorem Venerem laudari uult, quia ab Iuli descendit origine (*A cf. Porph.*

EXPOSITIONVM HORATII · LIBER ·IIII· EXPLICIT · INCIPIT || LIBER ·V· [IAMBICVS DICOLOS] (*A*

[ACRONIS GRAMMATICI COMMENTARIVS IN Q. ORATII LIBROS CARMINṼ FINIT · EIVSDẼ Ĩ EPODON INCIPIT · (*p*]

1 lid: — inu: *om. c* dictus *AV*] dictum *p edit. in A haec addita sunt in margine:* Dicunt tres modos esse tybiarum ionicum. lydium barbiton 3 inueneris *A* In augusti honorem *Ap* In honorem augusti *V om. c* 4 iuli *Vc*] iulide *A* 7 DICOLOR *A*

## EPOD. 1

*Liber iste epodon appellatur, et qu⟨a⟩eritur de nomine ipsius; soluitur sic: aut quia in itinere posito Maecenati haec dicit, aut quoniam ita uersus ordinati sunt, ut singulis quibusque clausulae suae recinant. Clausulam uero dicunt lyrici poetae praecisos et non integros uersus (*cf. P.*). Praecedit semper trimeter iambicus et sequitur dimeter; trimeter autem dicitur, qui habet sex iambos; dimeter, qui habet quattuor; iambicus trimeter tragicus, qui recipit pedes dextros spondeos primum, tertium, quintum, sinistros iambos secundum, quartum, sextum.

Diui potentes, ferte lassatis opem.

Comicus erit, qui frequenter tribrachys habet ut (*com. Lat. fr. inc.* 26 *Ribb.*):

Agite, ⟨agite,⟩ quid dubitatis hilares dare choros?

Satyricus medius, ut:

Musae Iouem laudate et hilares date choros (*Γb*

*Metrum iambicum. Primus uersus est exameter siue trimeter, secundus uero tetrameter siue dimeter, qui epodos dicitur, idest uno pede minor (*Γ*

10 spondeos *Victorinus* (VI *p.* 182 *K.*)] spondeum *Γb* 12 lassatis *K. cum Victor.*] iussatis *b* ius satis *Γ* 13 frequenter *Victor.*] frequentes *Γ absc. b* tribrachys *K.*] trybrachys *b* tribrachis *Γ* 15 *alterum* agite *om. Γb exhibet Victor.* 17 et *Γb*] *om. Victor.* 19 uero *r*] *om. γ*

*Duo sunt genera huiusmodi stili: epodon et proodon. Epodon dicitur quasi postcantatio, ut, quod dicit primus uersus, ordo sequentis explanet; proodon per contrarium quasi antecantatio. Hoc ipsum item: epodon quasi post oden, hoc est post uocem, post cantilenam; proodon quasi ante oden, ante uocem, ante cantilenam (*Γ*

IBIS LIBVRNIS INTER ALTA NAVIVM] METRVM IAMBICVM DICITVR. PRIMVS ENIM VERSVS IAMBICVS TRIMETER, SECVNDVS DIMETER IAMBICVS (*AVcp*

Epodon carmen uocatur: primus enim uersus maior [est], secundus minor. Et primus uersus secundo ἐπάδεται idest praecanitur, uel quia Graece ἔπος carmen dicitur, ideo ἐπῳδῶν hic liber nominatur, quia continuo tenore primi uersus sensus uersu sequenti concluditur (*AV*

Huius uero metri inuentor fertur Archilochus (*AV*

**1.** IBIS LIBVRNIS] Maecenatem prosequitur euntem ad bellum nauale cum Augusto aduersum Antonium et Cleopatram (*AV*

*Ostendit naumachiae, idest nauali proelio tunc temporis interesse M⟨a⟩ecenatem, cui ipse pr⟨a⟩eerat, dicens illum ire cum Liburnis, idest nauiculis Libicis, quibus utuntur negotiatores Libyae; et hi etiam, qui proelium nauale ordinant, cum his nauiculis discurrunt inter maiores naues, ordinantes milites per singulas naues, quod M⟨a⟩ecenas tunc egit, sicut quilibet dux in equestri certamine (*Γ*

**2.** AMICE PROPVGNACVLA] ⟨Propugnacula⟩ ut in muro, ita et in nauibus fiunt, post quae dimicantes armati consistant (*AV*

10 epodon carmen uocatur *A*] epodon hoc carmen dicitur *cp* epodon hoc dicitur carmen *V* 11 est *V om. A* ἐπάδεται *K.*] epadice *p* epidici *c* epadi *AV* 12 epos *A* ępos *Vp lacuna in c* 13 epodon *AVp lacuna in c* 15 archilochus *c*] archilocus *p* archilaus *AV* 16 maec: *p*] mec: *cett.* 17 ad bellū nauale cū augusto nauale cū augusto *A* 19 naumachiae idest *r*] *om. γ* 21 (libicis *Γ*) 22 (libyę *r*) 29 c̄sistant *A*] consistunt *Vcp*

**4.** TVO] Sub. 'periculo' (*A V*

**5.** VITA SI SVPERSTITE] Superstitem pro praesenti posuit, ut Plautus (*fr.* 6 *Winter ex Artemone*):

Nemo hic adest superstes (*A V*

**7.** VTRVMNE IVSSI] A Maecenate aut a Caesare; ipso enim agente Horatius ab Augusto meruerat militiae uacationem, quod iniucundum sibi sine ipso confirmat (*A V ex Porph.*

**9.** AN HVNC LABOREM] Idest hunc laborem tecum suscipiamus, quem molles ferre non possunt? (*A V*

**11. 12.** PER ALPIVM IVGA ET INHOSPITALEM ⟨CAVCASVM⟩] Aut propter nimia [Alpium] frigora, aut inhospitalem inhabitabilem propter montis ipsius asperitatem, ut (*Verg. Aen.* IIII 41):

Inhospita Sirtis (*A V*

*⟨Caucasum⟩] Scythiae montem ut (*Verg. Aen.* IIII 366. 367):

Duris genuit te cautibus horrens
Caucasus (*Γf*

**14.** FORTI SEQVEMVR P.] Forti animo [metonomicos], inbecillum enim se corpore in sequenti dicturus erat (*A V*

**15.** ROGES] Interroges (*A V*

QVID IVVEM MEO?] Humanae mentis ratio est, ut per diuersas suspiciones dilectis plus timeatur absentibus. Dicit ergo non quod comitatu suo inbecillis fortissimum uirum posset iuuare, sed aut praesens cum eo tutior esset aut salutis eius minorem praesens sollicitudinem susti-

1 sub *A* sƀ *V* 4 adest hic *Vc* adest *p* 5 maec: *p*] macenate *A* mecenate *Vc* 6 uacationem *Vcp*] uocationem *A* 9 idē *A* sƀ *V* ·s· *cp* 12 alpiū *A om. Vcp* inhospitalem *A*] *om. Vcp* 20 metonomicos *cp om. A V* 21 imbecillem *Vcp* erat *Vc*] est *p om. A* 23 humanae *p*] humane *A Vc* per *A Vp*] propter *c* 24 suspiciones *A V*] suspitiones *cp* dilecti *A* 25 quod *Acp*] quia *V* cōmitatu *A* inbecillis *V* imbecillis *Acp* 26 tutiores s, *A*

neret. Lucanus, ut timorem sollicitae mentis ostenderet (V 779):

Euentus belli sciet ultima coniunx (*AV*

**17.** comes] Si comes sum (*AV cons. Porph.*

**19.** vt adsidens inplvmibvs p. a.] Apta inertium curae auium comparatio; ill⟨a⟩e enim nidos non relinqunt cura pietatis, dum uindicare non possint (*AVcp*

**20.** adlapsvs magis timet] Aut ipsa incursus serpentum timet aut magis pullis relictis timet (*AV*

*Non pro illis timet, sed illis timet, ut Terentius (*heaut.* III 2, 20):

Syre, tibi timui male (*Γb*

**23. 24.** et omne militabitvr bellvm] Noue et eloquenter dixit 'militabitur bellum' ut 'pugnam pugno', 'seruitutem seruio' (*AV*

**24.** spem gratiae] Non pro spe praedae, sed gratiae M⟨a⟩ecenatem se dicit nolle deserere (*AV*

*⟨Pluribus aratra⟩] Vt (*Verg. Aen.* VII 539):

Terram centum uertebat aratris (*Γ*

**27.** ante sidvs fervidvm] Ante Caniculares dies (*AV*

**28.** lvcana m.] Idest non ut saltus Lucaniae aestiuos accipiam, ad quos greges uitantes aestus Calabriae transferantur (*AV*

**29.** nec vt sverni] Alti, in superiori positi (*AV*

villa candens t.] Aut pro altitudine niuosa aut marmoribus compta (*AV*

**30.** circea tangat m.] Telegonus enim Circes filius Tusculum condidit. Aut Circea moenia Campana, idest

1 ostenderent *A* 3 siet *A cum litura inter* s *et* i coniux *V* 6 relinqunt *V*] relinquunt *Acp* 17 meȩ natē *A* mecen: *cett.* 21 Lucanā *pro* Lucana m. *A itemque V* aest: *p*] est: *AVc* 22 aestus *Ap*] estus *Vc* 24 superiori *Ap*] superiore *Vc* 27 enim *Ap*] *om. Vc* 28 moenia *V*] mȩnia *A* menia *cp* campania *p* = campana] campania *A* campaniae *V* campanie *c*

nolo continuare agros Tusculanos usque ad Circeum (*AV cons. Porph.*

**31.** BENIGNITAS] Liberalitas (*AV*

**32.** HAVD PARAVERO] Adquisiero, et est pronuntiatiuum futuri temporis ut: docuero, orauero. Vergilius (*Aen.* II 719. 720):

Donec me flumine uiuo
Abluero (*AV*

**33.** VT CREMES TERRA PREMAM] Nomen in Terentio diuitis et tenacis (*AV*

**34.** DISCINCTVS] Dissolutus, ut (*serm.* I 2, 25):

Maltinus tunicis demissis ambulat (*AV*

NEPOS] Luxuriosus, neglegens (*AV sim. Porph.*

---

## EPOD. 2

[LAVDATIO VITAE RVSTIC⟨A⟩E (*A*]

[METRVM IAMBICVM: PRIMVS VERSVS EST EXAMETER SIVE TRIMETER, SECVNDVS VERO TETRAMETER SIVE DIMETER QVI EPODOS DICITVR, IDEST VNO PEDE MINOR (*A*]

METRVM, QVOD SVPRA (*AΓ*

**1.** BEATVS ILLE, QVI PROCVL NEGOTIIS] Laus uitae rusticae (*cons. Porph.*), ut (*Verg. georg.* II 458. 459):

O fortunatos nimium, sua si bona nossent,
Agricolas (*AV cons. Γ*

NEGOTIIS] Litibus siue difficultatibus urbanis (*AV*

4 adquisiero *A*] adquisiuero *V* 5 uirg: *codd.* 9 cremens *A* cremes *V* 12 maltinus d. a. *V* dimissis *A* 13 luxurios *A* (with v written above) 21 ut] maro *Γ* 22 nossent *AV* norint *rcp Verg.* 23 agricolas *Γc Verg.*] agricolae *AVp*

**2.** VT PRISCA GENS] Antiquitatem significat cuius aurea saecula credita sunt, quod praeter ciuitatum munitiones omnes in agris uiuebant (*A V*

**3.** EXERCET] Colit [ut (*Verg. georg.* I 99):

Exercetque frequens tellurem atque imperat aruis]

(*A V c p*

**4.** OMNI FENORE] Liber a debitis et a fenore (*A V*

**5.** CLASSICO MILES TRVCI] Terribili tuba, ut (*Verg. georg.* III 530):

Nec somnos abrumpit cura salubres (*A V*

*Classicum proprie sonitus tubae; ponitur et pro ipsa tuba (*Γ*(*r b f*)

**6.** HORRET] Timet (*A V*

**7.** FORVMQVE VITAT] Vt (*Verg. georg.* II 502):

Insanumque Forum (*A V*

*Forum proprie uocatur publicus conuentus, ubi diiudicantur lites, ponitur et pro mercato (*Γ*

**8.** POTENTIORVM LIMINA] Vitans salutationes potentum, ut (*Verg. georg.* II 462):

Mane salutantum totis uomat aedibus undam (*A V*

**9.** AVT ADVLTA VITIVM] Pro 'adultarum', quae iam duci et propagari possint (*A V*

**10.** ALTAS MARITAT POPVLOS] Coniungit; sic enim 'maritat' hic dixit, ut supra (*c.* IIII 5, 30) 'uiduas' uitibus carentes (*A V paul. sim. Porph.*

**11.** AVT IN REDVCTA VALLE] Depressa siue secreta aut certe flexuosa, dum sequitur montes (*A V*

2 (saecula *A* scta *V*) 4 excercet *A, recte V* ut — aruis *cp om. A V, cf. schol. u.* 26 7 a fenore *A*] foenore *V* 18 potentū *A*] potentiorum *V* 22 duci *cp*] ducit *A* dici *V* possint *Acp*] possunt *V* 24 maritat *edit.*] maritas *A V c p* (maritari *Porph.*) 27 montes *V c p*] montis *A*

**12.** ERRANTES GREGES] Libere pascentes, ut (*Verg. ecl.* 1, 9):

Ille meas errare boues (*A V*

**13.** FALCE RAMOS AMPVTANS] Putatorem significat arborum (*A V*

**14.** FELICIORES INSERIT] Fertiles, ut (*Verg. georg.* II 81):

Exiit ad caelum ramis felicibus arbos (*A V*

**15.** MELLA CONDIT AMPHORIS] Hoc est fauos premit, ut ceram separet et mel sincerum reparet (*A V*

**16.** AVT TONDET INFIRMAS OVES] Aut quae aestu uelleribus premantur aut delicatas tedio (*A V sim. Γbf*

**18.** AVTVMNVS AGRIS EX.] Veluti de aestuum nimietate (*A V*

**19.** INSITIVA DECERPENS PIRA] Proprii laboris fructum, ut (*Verg. ecl.* 9, 50):

Insere, Daphni, piros (*A V*

*Bene dixit ‘insitiua’, quia de semine nata degenerant (*Γf*

**20.** VVAM PVRPVRAE] Vt (*Verg. georg.* II 95):

Purpureae pretiaeque (*A V*

**21.** QVA MVNERETVR T. P.] Dignas donis deorum (*A V*

**22.** SILVANE TVTOR FINIVM] Custos agri siue fructuum (*A V*

**23.** SVB ANTIQVA ILICE] Magna, ut (*Verg. ecl.* 7, 1):

Forte sub arguta consederat ilice Daphnis,

hoc est: refugio apta pastorum (*A V*

1 errantes *A corr. Vcp*] errantis *A pr.*  8 celum *Ac, recte Vp*  11 tondet *p*] t. *c* condet *A* c. *V*  estu *A*  12 aut *Ap*] ut *Vc*  delicatas *Γbf*] delitias *A* dilectas *Vc* derelictas *p*  13 AGRIS] agnis *A* a. *V*  17 daphni *cp*] damni *A* d. *V*  21 p̄tię̨q. *A*] p̄tieque *p* p̄cię̨q, *V* precieque *c*  22 Quā ueneretur *A*  25 *Nouum epodum incipit A* (*item c, non Vp*) *addito bis:* METRVM QVOD SVPRA  SVB — ILICE] *lemma bis exhibet A, sed ita ut altero loco hanc habeamus lemmatis formam:* Libet iacere m. sub a. i.  26 forte — arguta *cp*] *om. A V* consederat *cp*] conderat *A V*  daphnis *cp*] damnis *A* d. *V*

**24.** IN TENACI GRAMINE] Quod terram radicibus stringat et cespite (*A V*

**25.** INTERIM] Pro 'interea' (*A V*

**26.** *⟨Queruntur⟩] Veteres omnium animalium uoces praeterquam hominum querelas uocabant. Maro (*georg.* III 328) querulas cicadas et (*georg.* I 378) ranas querelam referre dicit, et de bobus (*Aen.* VIII 215. 216):

Atque omne querelis
Impleri nemus (*Γbf sim. Porph.*

**27. 28.** LYMPHIS OBSTREPVNT M. S. Q. I.] Strepitu suo somnos suadent, ut (*Verg. ecl.* 1, 55):

Atque leui somnum suadebit inire susurro (*A V*

*Pro 'strepunt' posuit (*Γf om. b*

**29.** HIBERNVS IOVIS] Pro 'hiberna pars anni' (*cf. Porph.*), ut (*Verg. georg.* I 418):

Iuppiter uuidus Austris (*A V*

**30.** COMPARAT] Colligit (*A V*

**31.** AVT TRVDIT ACRIS] Excludit, expellit, ut (*Verg. georg.* III 373):

Frustra trudentes pectore montem adeunt (*A V*

MVLTA CANE] Feminino genere canem dixit, ut (*Verg. Aen.* VI 257):

Visaeque canes ululare (*A V*

**32.** APROS IN O. P.] Fugae aprorum oppositas plagas, hoc est retia, ut (*Verg. Aen.* IIII 131):

Retia rara, plagae (*A V*

*⟨Plagas⟩] Retia maiora (*Γb*

12 atque *A V p*] sepe *c* 18 ut — adeunt *om. c* 20 m. a. *V* adeunt *A p, aliter Verg. u.* 374 (obtruncant) 21 feminino genere *A cons. p* feminini generis *V cons. c* 23 uisę *p*] uise *A V c* 26 plagę *p*] plage *A c* pt. *V*

**33.** *Amites dicuntur conti, in quibus ligantur retia, quibus aues maxime capiuntur. Ideo 'leui', quia asperitas lignorum tollitur, quando ad usum uocantur; et a genitiuo incipit hoc nomen declinari quemadmodum pecudis (*Γbf*

AVT AMITE L.] Limpido, gracili (*AV*

**34.** TVRDIS EDACIBVS D.] Epitheta singulis reddit turdos edaces dicendo et pauidos lepores (*AV*

*Aut qui praebent edacibus cibum aut quos edimus aut quia fructum oliuae edendo consumunt, ut in sermonibus (II 4, 43):

Vinea summittit capreas non semper edul[l]is (*Γbf*

**35.** ADVENAM LAQVEO G.] Quia transmarinae sunt, ut (*Verg. georg.* I 120):

Strimoniaeque grues (*AV*

*Hic et haec grus (*Γ*

*De Thracia enim dicitur uenire grus, cuius fetus difficile inuenitur; 'aduenam' autem ideo, quia per singulos annos noui ueniunt grues (*Γbf*

**37.** QVAS AMOR CVRAS H.] Amor: auaritia, habens malas curas cupiditatis (*AV*

**39.** PVDICA MVLIER] Casta, ut (*Verg. Aen.* VIII 412. 413):

Castum seruare cubile
Coniugis et paruos possit educere natos (*AV*

IN PARTE⟨M⟩ IVVET] Subauditur laboris (*AV*

**41.** SABINA QVALIS AVT PERVSTA SOLIBVS] Exempla pudicitiae a mulieribus rusticis sumpta (*AV*

**42.** PERNICIS VXOR APVLI] Celeris, uelocis, inpigri (*AV*

*Agilis, ut (*Verg. Aen.* IIII 180):

Pernicibus alis (*Γbf*

7 reddit *A*] dedit *Vcp* 15 strimoniaeque *p*] trismonięq. *A* strimonieque *Vc* 20 amor *om. V* 24 castum *cp*] *om. AV* 27 aut aut *A* 28 rusticis *A*] *om. Vcp*

**43.** SACRVM VETVSTIS E. L. F.] Diis enim Penatibus sacer est (*A V cf. Porph.*

*Sacrum focum, quia iuxta focum di Penates sunt aut Lares inscripti (*Γ b f*

VETVSTIS LIGNIS] Siccis (*A om. V c p*

**44.** LASSI SVB ADVENTVM V.] Vt post laborem diligentia et studio reficiatur uxoris (*A V*

**45.** TEXTIS CRATIBVS] Crates a pastoribus texi consueuerunt ad mutandas pecudibus mansiones, ut adpositae greges muniant ab incursione ferarum, ut (*Verg. Aen.* VIIII 60):

Cum fremit ad caulas (*A V*

*Ouilibus. Interdum enim non solum [h]ostia, sed etiam tota ouilia de uiminibus componuntur (*Γ f*

LA⟨E⟩TVM PECVS] Aut fecundum aut pingue (*A V*

**46.** DISTENTA SICCET V.] Plena, ut Lucanus (IIII 314):

Distentas siccant pecudes (*A V*

**47.** HORNA DVLCI] Nouella (*A V*

*Huius anni, quod plebei dicunt 'hocannium' (*Γ f*

**48.** DAPES INEMPTAS] Suo labore praeparatas, gratuitas, ut (*Verg. georg.* IIII 133):

Dapibus mensas onerabat inemptis (*A V*

APPARET] Idest uxor (*A V*

**49.** NON ME LVCRINA] De Lucrino Baiarum lacu (*A V cons. Γ b f*

IVVERINT CONCHILIA] Delectauerint, ut (*Verg. Aen.* III 282. 283):

Iuuat euasisse tot urbes
Argolicas (*A V*

3 di *γ*] dii *r om. b f* 8 consueuerunt *A c p*] consuerunt *V* 9 adposite *A* apposite *V c* opposite *p* 15 Latū *A V, sed in V punctum supra* a *positum est;* letum *c p* peccus *A* pigne *A* 16 distentet *A* distenta *V c p* 18 peccudes *A*

**50.** ROMBVS AVT SCARI] Rhombus et sca[u]rus pisces sunt pretiosi et sapore et raritate (*A V*

**51.** EOIS] Orientalibus (*A ν V*

**52.** HIEMPS] Tempestas, ut (*Verg. Aen.* IIII 52):

Dum pelago des⟨a⟩euit hiemps (*A ν V*

**53.** AFRA AVIS] Strutio (*A Γ V*

*Alii dicunt gallinam Numidicam, quam quidam Garamantinam uocant, siue perdix (*Γ*

**54.** NON ATTAGEN IONICVS] Attagen⟨a⟩e enim in Ionia abundare dicuntur; et attagen masculino genere declinauit (*A ν V cons. Porph.*

**55. 56.** QVAM LECTA DE PINGVISSIMIS OLIVA R.] Nullas dicit delicias boni agri fructibus conferendas (*A ν V*

**57.** AVT HERBA LAPATHI] Ostendere uult agrum praeter utilitatem fructuum etiam herbas salutares adferre (*A ν V*

*Quam uulgo lapam dicimus, quae corpus stringit, [a]urinam excitat, oculos purificat mixta dapibus (*α*

**59.** FESTIS C⟨A⟩ESA TERMINALIBVS] Ad excludenda enim iurgia Terminaliorum dies fuerat constitutus, qui per epularum festiuitatem caesis agnis seruari fines faceret statutos; siue in honorem mortuorum ipse colebatur dies, et post Parentalia est, eo quod sacris iam terminus poneretur (*A ν V*

*Terminalia dicuntur dies festi, qui celebrabantur pro finibus agrorum (*Γ b f*

**60.** VEL H⟨A⟩EDVS E. L.] Factus gratior receptus ex perdito (*A ν V*

1 rhombus *V et Γ*] rombus *A* 2 sunt *Vcp*] *om. A* 3 *DENVO INCIPIT COD. ν* 5 deseuit *V* desueuit *Aν* 6 africa *A* afra *V* strucio *AV, recte ν* 7 alii — perdix] numidica *gloss. b cons. Porph.* 9 attagene *AνVp* atagene *c* enim *Aν*] autem *V* 10 habundare *V* masculini generis *Vc* 13 boni agri *νVcp*] bonis agris *A* 15 adferre *ν*] afferre *AV* 19 caesa *νVp* 21 caesis agnis] cesis agnis *c* cesis *p* casis *AνV* 23 sacris iam *Aν*] in sacris *Vcp* 27 ex *AV*] a *ν*

*Non hic suadet luxuriam agricolae, sed si quando haedum occiderit, ita eum debet habere, quasi lupus eum abstulerit (*Γ*

**62.** PROPERANTES DOMVM] Festinantes ad stabula, ut (*Verg. ecl.* 4, 21. 22):

> Ips⟨a⟩e lacte domum referunt distenta capellae
> Vbera (*A ν V*

**63.** FESSOS VOMEREM] Vt (*Verg. ecl.* 2, 66):

> Aspice, aratra iugo referunt suspensa iuuenci

(*A ν V cons. Porph.*

**64.** COLLO LANGVIDO] Labore ipso fessos (*A ν V*

**65.** POSITOSQVE VERNAS] Pueri domi nati uernae dicuntur, ut (*Iuuen.* 14, 168. 169):

> Vnus
> Vern[ac]ula, tres domini.

Examen uero ad infantum multitudinem rettulit (*A ν V*

**66.** RENIDENTES LARES] Splendentes aut uultu aut garrulitate (*A ν V*

LARES] Focos (*A ν V*

**67.** FENERATOR ALFIVS] Feneratorem quendam inducit Alfium, qui laudans uitam rusticam commoda tamen fenoris non omittat (*A ν V*

**69.** OMNEM REDEGIT I. P.] Tamquam [enim] eum pro fenoris lucro iam receptae pecuniae peniteret, ita recollectam Idibus Kalendis properat commodare (*A ν V*

8 uomerem *A ν*] uomere *V* 11 labore ipso *A ν*] ipso labore *V* fessos *V*] fesso *A ν* 12 uerne *A V* 13 ut *A ν*] *om. V* 15 uernacula *A ν Vcp* uernula *Iuu.* 16 infantum *ν V*] infantium *A* multitudinem *A ν*] similitudinem *V* retulit *ν V* 19 focos *A V*] idest faces *ν* focos metonomicos *c* metonomicos faces *p* 20 foeneratorem *ν* 22 foenoris *ν* omittat *A*] omittit *ν Vcp* 23 enim *Vcp om. A ν* 24 foenoris *V* receptæ *p*] recepte *cett.* peniteret *A ν*] poeniteret *V*

*⟨Pecuniam⟩] Vsurarum, quia ante per Idus exigebantur usurae, ut Cicero (*in Cat.* I 6, 4):

Praetermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes inpendere tibi proximis Idibus senties (*Γf*

**70.** PONERE] Deponere (*A v V*

---

## EPOD. 3

[AD MAECENATEM (*A*]

METRVM QVOD SVPERIVS (*A B Γ*

**1.** PARENTIS OLIM SIQVIS IMPIA MANV] Parentis, patris, ut (*Verg. Aen.* VI 609):

Pulsatusque parens.

Siquis ergo, inquit, parricidium fecerit, alium comedat pro poena, quia est ueneno nocentius (*A v V*

**2.** SENILE GVTTVR FREGERIT] Ad augmentum sceleris dixit senile, qui etiam si occisus non esset, mori [tamen] potuerit. Vt Lucanus (II 105):

Iam senis extremum piguit uergentibus annis
Praecipitasse diem (*A v V*

**3.** EDIT CICVTIS] Pro edat; sic enim ueteres declinabant, ut (*Verg. Aen.* XII 801):

Nec te tantus edet (*leg.* edit) tacitam dolor

(*A v V paul. sim. Γb Porph.*

9 Parentis patris *A v*] Idest patris *V p om. c* 10 ut — parens *om. V c p* 12 inquit] *om. v* alium *A*] allium *v V c p* cōmedat *A v, recte V c p* 13 pena *A, recte v p* 15 qui *A V*] *om. v* occisus non *A c*] non occisus *v V* non occissus *p* tamen *V c p om. A v* 16 lucanis *A* 17 iam *V c p*] non *A v* piguit *A*] pinguit *V p* piugˇit *v* pingit *c* a.p.d. *V* annis *A*] *om. v* 19 pro] *om. V* 21 nec te *A V p*] nec *v* te nec *c*

**4.** o dvra messorvm ilia] Fortia, ut (*Verg. georg.* IIII 512):

Durus arator (*AνV*

**6.** Num uiperinus c. (*V*)] Viperinum sanguinem uenenum dicit (*AνV*

**7.** incoctvs] Inmixtus (*AνV*

**8.** canidia tractavit d.] Canidiam pro Gratidia posuit; non enim proprium nomen notari decebat in carmine, ut (*Iuu.* 1, 163):

Nulli grauis est percussus Achilles.

Fuit autem Gratidia unguentaria Neapolitana quasi malefica (*AνV cons. Porph.*

*⟨Canidia⟩] Romana matrona est, quam notat alio loco quasi maleficam (*Γbf*

**9.** *'Vt' pro 'postquam'; et erit sensus talis: postquam mirata est Medea Iasonem, hoc eum perunxit medicamine, ut illum tauri non manderent (*Γf*

**10.** medea mirata est d.] Mirata est: adamauit, quem supra omnes maleficiorum herbas alio perunctum tauros ignem spirantes [naribus] iunxisse significat (*AνV*

**13.** vlta donis pelicem] Glaucen dixit Creontis regis filiam, quam dum reuectus a Colchis Iason uoluisset accipere uxorem, propter amorem Iasonis Medea repudiata dolore oblatione coronae malefica arte compositae incendit et occisis filiis Medo et Mermero dolorem suum ulta pinnatis draconibus uecta fugit et Medeam constituit ciuitatem (*AνV*

4 *lemma om. A* 6 inmixtus *Aν*] inpermixtus *V* permixtus *c* permistus *p* 7 canidia pro gratidia *A* 10 achillis *A* 15 et erit sensus: Talis postquam *Kurschat* 18 mirata est *Aν*] *om. V* 19 alio *Aν*] allio *Vcp* 20 naribus *Vcp*] *om. Aν* 22 regis *Aν*] *om. Vcp* reuectus *Aν*] reuersus *V* colchis *cp*] cholchis *AνV* 25 mermero *νc*] merinero *AV* merineo *p* 26 pennatis *V*

**15.** VMQVAM SIDERVM I.] Non tanto ardore solis siccari Apuliam dicit, quanto ardore alium comedentum uiscera peruruntur (*AvV*

**17.** EFFICACIS HERCVLIS] Nessus Centaurus uulneratus ab Hercule eo quod Deianeram uxorem eius rapere uoluisset, dum eam susceptam ab Hercule Euenum fluuium traiceret, ut se de eo ulcisceretur, lanam tinctam sanguine suo Deianerae dedit dicens eam satis ab Hercule amandam, si ex accepta lana confectum uestimentum Herculi dedisset. Hoc illa muliebri facilitate seruauit. Quando [autem] amore I⟨o⟩lae minus se amari cognouit ab Hercule, pallium factum ei, ut indueretur, dedit. Quo tacto Hercules tanto ardore correptus est, ut se ipse laniaret nec ardorem uinceret, nisi piram sibi in Oeta monte Thessaliae fecisset, cui se iniciens purgatus corpore inter deos adfirmabatur receptus. Deianeram autem Hercules acceperat uicto Acheloo, Aet[h]oliae fluuio, quae Deianera fuit Oenei filia, soror Tydei. Hanc autem fabulam ideo commemorauit, ut ardorem Herculis incendio alii conpararet (*AvV sim. Γbf*

**19.** ⟨VM⟩QVAM TALE CON.] Idest ut alium (*Av*
Idest aliud simile (*Vcp*

**20.** IOCOSE] Laete, iucunde (*AV om. v*

**21.** MANVM PVELLA SVAVIO OPPONAT TVO] Idest

2 alium *c*] laliū *v* alii *A* allii *Vp* comedentum *AV*] comedendum *v* 5 deianeram *v*] dieanerā *A* deianiram *V* 7 traiceret *A*] traiaceret *v* traieceret *V* 8 deianere *Av* deianiræ *V* 10 illa] *om. V* 11 autem *V*] *om. Av* amore iolae] *om. Vcp* ilae *A* ilie *v* 14 oeta *p*] titaa *A* tataa *v om. Vc* 15 thessalie *A* initiens *A* 16 adfirmabatur *v*] affirmabatur *A* affirmatur *V* deianeram *Av*] deianiram *V* 17 ętholię *v* cętholię *V* cetholio *A* calidonię *p* fluuio calidonie *c* que *A* deianera *Av*] deianira *V* 18 oenei *p*] conei *c* tinei *AvV* tydei *c*] tidei *AvVp* 19 alii *Av*] allii *V* compararet *vV* 21 VMQVAM] Quam *A, recte V* tale *cp*] tabe *A* ut *v*] *om. A* 23 laete *p*] lete *Ac* letę *V* iucunde *Vc*] iocunde *Ap*

refutet puella sauium tuum pro alii faetore et in sponda lecti fugiat olentem uirum.

Quidam uolunt Terentiam concubinam Maecenatis eum significare uoluisse (*A v V*

**22.** *⟨In sponda⟩] In extrema parte lecti (*Γ b f*

---

## EPOD. 4

[TERNARIVS IAMBICVS (*A*]

METRVM QVOD SVPERIVS (*A B*

**1.** LVPIS ET AGNIS QVANTA SORTITO OPTIGIT] Hic, quem adloquitur, libertus fuit Gnei Pompei Magni. Postea mortuo Pompeio, Sexto Pompeio filio eius exercente piraticam, ad Augustum relicto Sexto confugit. Iterum ad Sextum reuersus est, rursus illo relicto ad Augustum rediit et ab eo tribunus militum factus est (*A v V cons. Porph.*

QVANTA SORTITO] Inimicitiae aut naturales sunt aut uoluntariae. Sibi ergo cum isto naturales inimicitias [esse] dicit sicut agnis et lupis. Sortito aduerbium est qualitatis, hoc est: ex sorte idest naturaliter euenit (*A v V*

*⟨Sortito⟩] Aduerbium est qualitatis, hoc est 'ex sorte' (*Γ b*

**3.** HIBERICIS PERV⟨STE⟩ F. L.] Cruciatibus afflicte et uinculis Hispanorum, qui sunt districti ad resecanda delicta. 'Peruste latus' absolute locutus est (*A v V*

*Qui notas habes in dorso (*Γ*

1 sauium *Vc*] suauium *Ap* sanium *v* alii *Av*] allii *V* foetore *AV* factare *v* fetore *c* furore *p* 3 maec: *p*] mecenatis *AVc* moecenatis *v* 9 Lupus *A*, *recte vVcp* 10 alloquitur *vV* pompei *V*] pōpeii *A* pompii *v* 11 sexto pompeio] *om. Vcp* excercente *A* 18 esse *vVcp om. A* 19 hoc est] idest *V* 22 (peruste *vcp* p. *V*) afflictę *A*

**4.** CRVRA DVRA COMPEDE] Fortia aut ferrea aut cruda (*A v V*

**5.** SVPERBVS AMBVLES PECVNIA] Idest liberum te esse diuitiae excusare non possunt (*A v V*

**7.** SACRA⟨M⟩ METIENTE TE VIAM] Indignatione ait uidentes eum togatum incedere permoueri. Metientem dixit ambulantem, ut (*Lucan.* V 556):

Stabili gressu metitur litora cornix (*A v V*

**8.** ⟨BIS⟩ TER VLNARVM TOGA] Sex enim ulnis habebat diffusam togam (*A v V*

*Longa uidelicet nimium, ut Tullius (*Cic. in Cat.* II 10, 22):

Velis amictos, non togis (*Γ b f*

**10.** LIBR[R]IMA] Iustissima et libera (*A v V*

*Est liberrima indignatio, est et tacens. Liberrima est aperta, tacens ut de Chrisogono, seruo Syllae, quem potentissimum fecerat, indignabantur homines, sed non audebant palam loqui (*cf. Cic. pro S. Roscio Amerino*) (*Γ b*

**11.** SEC[I]TVS FLAGELLIS H. T. V.] Tamquam qui ad maius uitae dedecus a publico sit iudice uerberatus; nam ut tribunis plebi, ita triumuiris ius erat alienos seruos caedendi; 'sectus' ergo 'caesus'; [ut] Iuuenalis (10, 316):

Secat ille flagellis (*A v V*

*⟨Flagellis⟩] Qui frequenter apud triumuiros caesus est usque ad fastidium pr⟨a⟩econis. Interdum enim aliquid agente iudice pr⟨a⟩econes c⟨a⟩edunt eum, qui iussus est uapulare, quantum ipsi uolunt, aut 'pr⟨a⟩econis ad fastidium' hoc est in tantum caesus, ut fastidium patere-

5 sacra *A, recte v V c p* 6 uidentes *A*] uidens *V c p* uidensne *v* permoueri *v V c*] per mouerii // *A* promoueri *p Hauthal* per forum *edit. uet. et Pauly, em. K.* 10 diffusum *A* 14 et libera *A p*] uel libera *v om. V c* 21 plebi *A v*] plebem *V c p* triũ ueris *A* iusserat *A* 22 cedendi *A v* cędi *V* secit' *A* ut *V c*] *om. A v p*

tur pr⟨a⟩eco in clamando, ut plagae fortius inprimantur. 'Sectus' ergo grauiter caesus (*Γ*

**13.** ARAT FALERNI] Regio Campaniae uini boni fertilis (*AνV*

**14.** *⟨Mannis⟩] Nimiarum delitiarum uult esse burdos habere, idest burdones (*Γ*

**15.** SEDILIBVSQVE MAGNVS IN PRIMIS EQVES] Hoc est: inter primos sedet, quia Lucius Roscius Otho legem theatralem tulerat, ut in XIIII ordinibus sederent equites, de quibus in duobus sederent tribuni, non tamen serui, quia Menas tribunus factus fuerat ab Augusto. [Vt] Iuuenalis (3, 159):

Sat libitum uano, qui nos distincxit, Othoni (*AνV*

**17.** QVID ATTINET] Hoc est: quid prodest piratas superatos, si is, qui piraticam exercuit inter Sexti seruos, tribunus factus est militum? (*AνV cf. Porph.*

*'Quid attinet' cum ingenti indignatione dictum est (*Γb*

---

## EPOD. 5

[IN CANIDIAM MVTATO NOMINE (*A*]

METRVM QVOD SVPRA (*AB*

**1.** AT O DEORVM QVICQVID I. ⟨C.⟩ R.] In Canidiam ueneficam scribit inducta persona pueri, qui ad immolationem raptus uociferans rogat, ne mulierum consciarum turba pereat inclusus (*AνV*

5 delitiarum *γ* dilitiarum *r* 6 burdos *r*] burichos *γ* 7 Sedalibus quę *A*, *recte νVcp* hoc est *νV*] *om. A* 9 XIIII *νVcp* xini *A* sederent — duobus] *om. A*, *propter homoeoteleuton* 11 menas *A*] mecenas *νV* ut *V om. Aν* 13 sat] sic *p Iuu.* distincxit *A* distinxit *νV* 14 superatos piratas *V* piratas] *om. ν* 19 HOMINE *A* 20 supra *A*] superius *B* 21 C.] *exhibet V* 22 imolationem *A*

QVICQVID IN CAELO REGIT] 'At' uacat ut (*Verg. Aen.* II 535):

At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis.

Necromantiam factam detestatur a Canidia maga (*cf. Porph.*), quae infosso puero regio animam extorquere non ambigit (*AvV*

**4.** VVLTVS IN VNVM M.] Quasi etiam uultus crudelitate turbentur (*AvV*

**5.** PER LIBEROS TE, SI VOCATA PARTVBVS] Vult intellegi aut non peperisse Canidiam, aut de adulterio subolem suscepisse (*AvV*

**7.** PER HOC INANE P. D.] Velut praetextatus puer inane apud eas purpurae decus dixit, quia non proderat perituro (*AvV cons. P.*

**8.** IMPROBATVRVM H⟨A⟩EC IOVEM] [Hoc est] uindicaturum. Humanae enim uictimae Ioui acceptae esse non poterant, quia a iuuamine hominum Iouis dictus est (*AvV*

**12.** INSIGNIBVS RAPTIS P.] Expoliatus praetexta puerili (*AvV cons. P.*

**13.** INPVBE CORPVS] Aut delicatum (*cf. Porph.*) aut pulchrum corpus, quod et crudelitatem potuisset flectere barbarorum (*AvV*

**15.** BREVIBVS INPLICATA VIPERIS] Tamquam ipsa uenefica furiali habitu crines haberet uiperis inplicatos (*A v V cons. P.*

*⟨Breuibus uiperis⟩] Quia nulla de serpentibus breuior est, quae non sit et peior, aut breuibus, quia non multum uiperae crescunt (*Γ*

*Epitheton uiperarum (*Γ ex P.*

1 at uacat ut *cp*] *om. AvV* 4 necr: *p*] nicr: *AvVc* 10 sobolem *V* 13 purpure *A* 15 hoc est *V om. Av* 16 enim *AV*] *om. v* 18 puerili *Vcp*] pueruli *v* pueruli *A* 21 pulcrum *V* corpus *Avp*] *om. Vc* 24 habitu *cp P.*] ambitu *AvV* inpl: *A*] implicatos *vVcp*

**17.** SEPVLCHRIS CAPRIFICOS E.] Ligna etiam infelicia et sterilia e sepulchris collecta praeparata significat tamquam sacris infernis profutura (*A v V*

**18.** CVPRESSOS FVNEBRES] Vt (*Verg. Aen.* VI 216):

Feralis ante cupressus (*A v V*

**19.** ET VNCTA TVRPIS O. R.] Non oua ranae, sed uncta ranae sanguine oua. Rana enim infernum et uenenosum animal est, ut Iuuenalis (2, 150):

Et Stigio ranas in gurgite nigras (*A v V*

TVRPIS RANAE] Grandis, ut (*Verg. georg.* III 52):

Cui turpe caput.

Tales enim ranae uulgo rubetae dicuntur et magis uenenosae sunt; de quibus ait Iuuenalis (3, 44. 45):

Ranarum uiscera numquam
Inspexi,

et idem alibi (1, 70):

Miscet sitiente rubeta (*A v V*

**20.** NOCTVRNAE STRIGIS] Lucanus (VI 689):

Quod trepidus bubo, quod strix nocturna queruntur

(*A v V*

**21.** QVAS COLCHOS ATQVE HIBERIA] Colchos ciuitas Ponti est herbis ueneficis abundans, ut (*Verg. ecl.* 8, 94):

Has herbas atque haec Ponto mihi lecta uenena.

2 sepulcris *V* 5 ferales *V* cupressos *V* 7 uncta ranae *p*] uncta rane *A V om. v* 9 nigras] n. *V* 12 rubetae *p*] rubete *cett.* 18 *Hoc schol. post u.* 26 *inserunt A v V om. cp* lucanus *A*] ut lucanus *v V* 19 quęruntur *A v* quę *V* 21 colchos *A c*] cholcos *v* cholchos *V* colcos *p* hiberiam *A* h. *V, recte v c p* colcos *A* cholchos *V* cholcos *v* 22 habundans *v* 23 mihi ponto *V*

Nam et Hiberiam hic quidam uolunt non Hispaniam dictam, sed (*cf. P.*) Ponto ciuitatem uicinam, unde (*Verg. Aen.* VIIII 582):

Et ferrugine clarus Hibera;

et illic pro Pontica (*A ν V*

**23.** ET OSSA AB ORE R.] Vt Lucanus (VI 552):

Morsusque luporum
Expectat siccis raptur⟨a⟩ e faucibus artus (*A ν V*

**24.** FLAMMIS ADVRI COLCHICIS] Quales Medea tractauit apud Colchos de lignis infecundis (*A ν V sim. Porph.*

**25.** AT EXPEDITA] Succincta (*A ν V ex Porph.*

*Cincta, ut nulla fluxio uestimentorum se impediret (*Γ f*

SAGANA] Nomen ueneficae alterius. Haec senatoris cuiusdam uxor fuit (*A ν V*

**26.** SPARGENS AVERNALES AQVAS] [Quasi Auernales] Vt (*Verg. Aen.* IIII 512):

Sparserat et latices simulatos fontis Auerni (*A ν V*

**27.** CAPILLIS VT MARINVS ASPERIS] Erectis ipso sacrorum furore, ut Lucanus (V 171):

Erectis discussa comis (*A ν V*

**28.** CVRRENS APER] Furens, ut (*Verg. Aen.* X 711):

Inhorruit armos (*A ν V*

**29.** NVLLA VEIA] Veiam etiam nomine aliam ueneficam sacrificio ipsi ait interfuisse, quam in nullo scelere non misceri commemorat (*A ν V*

1 hiberiam hic quidam uolunt *A ν*] hic quidam uolun hiberiam *Vcp* 5 illic *A νcp*] illū *V* 8 expectat *cp Lucanus*] et spectat *A ν V* rapturae] rapture *A ν p* r. *V om. c* 10 colchos *A*] cholchos *ν V* 14 uenefice *A* 15 cuius dū *A* 16 quasi au: *Γ f om. A ν V* 19 ipso] *om. ν* 24 aliam nomine *Vcp* 25 scribit sacrificio ipsi ait *V*

**30.** LIGONIBVS DVRIS HVMVM] Vt infoderetur puer (*A v V*

*⟨Ligonibus⟩] Rastris; dicti autem rastri a raritate dentium (*Γ*

INGEMENS L.] Animositate operis laborantem designat (*A v V*

**32.** INFOSSVS PVER] Vt extante capite infosso, dum diuersos cibos porrigunt, diu animam reseruarent (*A v V*

**33.** *Ideo mutabantur dapes, ut desiderio mutatae dapis moreretur et cor eius et fibrae amatorium facerent (*Γ*

*Ante oculos defossi pueri cibos positos per momenta mutabant, ut desiderio tabesceret (*r*

**37.** EXSECTA VTI MEDVLLA] Vt de uisceribus eius amatorium poculum facerent uel ex medulla (*A v V*

**39.** INTERMINATO CIBO] ⟨Vt⟩ interdicto iam cibo moreretur (*A v V*

**40.** *⟨Pupulae⟩] Pupulas quas dicimus oculorum (*Γ*

**41. 42.** ARIMINENSEM FOLIAM] Magam aliam significat Ariminensem, Foliam nomine, uirorum libidine calentem (*A v V*

**41.** *Dicuntur quaedam mulieres habere naturam monstrosae libidinis coeundi cum feminis, quo crimine etiam Sappho male audit (*ex Porph.*). Huiusmodi autem feminae hermafroditae dicuntur (*Γ′ cons. α*

**43.** ET OCIOSA CREDIDIT NEAPOLIS] Aliena ab his curis et otio uacans, ut (*Verg. georg.* IIII 563. 564):

Alebat
Parthenope studiis florentem ignobilis otii (*A v V*

**44.** *⟨Vicinum oppidum⟩] Idest Puteolana ciuitas (*Γ*

**45.** QVAE] Subauditur Folia (*A V*

VOCE THESSALA] Magica, quod huiusmodi ars maxime Thessalorum est, ut et lunam cantibus deponant et astra commoueant (*A v V*

7 infosso *A v V*] infossi *cp, fort. melius* 22 monstrosae *γ Porph.*] monstruosae *r v* 25 ociosa *A Vcp* occisa *v* 26 otio] otioso *A* ocio *Vcp* ocioso *v* 28 ingnobilis *A*

**48.** CANIDIA RODENS POLLICEM] Habitum et motum Canidiae expressit furentis. Petronius, ut monstraret furentem (*fragm.* 3 *ed. Büchelcr*), 'pollice', ait, 'usque ad periculum roso' (*A v V*

**49.** *Ordo: quid tacuit aut quid non dixit? Per quod intellegitur dixisse multa et nefaria (*Γ*

O REBVS MEIS] Nunc uerba [sunt] inducta Canidiae (*A v V cons. Porph.*

**50.** ARBITRAE] Consciae et testes (*A v V*

*Consciae aut pr⟨a⟩esentes, sicut Salustius (*Cat.* 20, 1):

Arbitris procul amotis (*Γ cons. c*

**51.** DIANA] Pro luna posuit (*A v V*

**52.** ARCANA CVM FIVNT SACRA] Idest dum secreta et nocturna sacra celebrantur (*A v V*

**53.** NVNC IN HOSTILIS DOMOS] Vari cuiusdam, aduersum quem amore eius inflammata sacrificabat (*A v V*

**55.** FORMIDOLOSIS CVM L. S. F.] Vt nocte uexaretur, quae etiam feris quieti est, ut (*Verg. Aen.* IIII 526. 527):

Quaeque aspera dumis
Silua tenet, somno posita sub nocte silenti (*A v V*

**57.** SENEM QVOD OMNES RIDEANT] Vt usque in senectam amet et risui sit (*A v V*

**58.** SVBVRBAN⟨A⟩E CANES] Vt per amoris inpatientiam nocte ambulans a canibus [suburbanis] latretur (*A v V*

*⟨Suburanae⟩] Quod subustione paludeta illic siccata sint, Subura dicitur (*Γ*; *b absciss., sed nota adhuc extat*

**59.** NARDO PERVNCTVM] Vt placendi studio nardo uteretur, quale nec ipsa habere poterat, quae unguentaria erat (*A v V*

1 pollicen *A* 7 sunt *Vcp P. om. A v* inducta *A v V*] inductae *p Hauthal* inducte *c* canidie *A* 17 inflamata *A* 21 silua tenet *A v*] silua te *V* rura tenent *cp Verg.* 24 inpatientiam *v*] impatientiam *Ap* impacientiam *Vc* 25 suburbanis *AVcp om. v*

*'Nardo' unguentum generis neutri, herbam generis feminini comprobabimus, licet a poetis sint ista mutata (*Γ sim. b*

**61.** QVID ACCIDIT C. D.] Miratur cur in capiendo Varo preces suae tardius audiantur et aut se Medeam ponit pro perfectione artis aut Medeam ideo nominat, tamquam quae inuenerit et docuerit sacrum (*A v V*

**63.** SVPERBA] Potens [ut (*Verg. Aen.* I 21):

Hinc populum late regem belloque superbum] (*A v V*

VLTA PELICEM] Dolorem morte Glauces (*A v V*

**65.** CVM PALLA TABO M. I.] Alii uestimentum, alii coronam oblatam uolunt a Medea infectam uenenis, qua sumpta accipiens periret incendio (*A v V*

*Hic *παρ' ἱστορίαν* dicit. Dicitur enim Medea Glauc⟨a⟩e coronam dedisse, non pallam (*Γ' sim. b*

*Palla munus significat, figura efexegesis. Tabo autem hic uenenum, alibi sanguinem corruptum intellegimus, ut (*Verg. Aen.* III 29):

Terram tabo maculant (*Γ' cons. Porph.*

*Et est monoptotum nomen (*Γ' b*

**67.** ATQVI NEC HERBA NEC LATENS IN ASPERIS] Dicit se, dum nihil praetermiserit de his, quae a Medea facta sunt, cur ipsa nihil optinet, admirari (*A v V*

**69.** VNCTIS OMNIVM CVBILIBVS] Ita nil ualere actionem suam dicit, ut Varus, aduersum quem omnia fecerit, inmemor sui odoratis pelicum cubilibus teneatur quietus (*A v V*

**71.** *Ahah (*b*)] Scio quid est, et est uox dolentis (*b*

1 unguentum *r*] ungentum *γb* 2 sint *rb*] *om. γ* 7 tamquam quae (que *v*) *A v*] quia quasi *Vp* 8 ut — superbum *cp om. A v V* 13 accipiens *A v*] *om. Vcp* 14 enim *Γ*] autem *v* 23 optinet *A v V*] obtinet *c* timeat *p* obtineat *edit.* 24 nil *A*] nihil *v Vcp* 26 immemor *V* cubilibus *A v*] cubiculis *Vcp* 28 *INDE A V.* 71 — *epod.* 17, 27 *DEFICIT cod. v*

SOLVTVS AMBVLAT VENEFIC⟨A⟩E] Actionem suam credit inuenta doctiore ueuefica superatam (*A V*

**73.** NON VSITATIS, VARE, POTIONIBVS] Ab amoris sui uinculis Varum dicit nouis et magnis potionibus absolutum (*A V*

**74.** O MVLTA FLETVRVM CAPVT] Tamquam aduersum quem aggredi uehementiora disponat, ita ut alienus mente uoluntati (*leg.* uoluntate) eius uelut nescius rapiatur (*A V*

**76.** VOCIBVS] Incantationibus (*A Γ V*

**78.** FASTIDIENTI POCVLVM] Vt etiam uis poculi carminibus adderetur (*A V*

**79.** CAELVM SIDET INFERIVS MARI] Ante, inquit, ipsis elementis rerum natura mutabitur, quam non ita Varus amore meo ardeat, ut igni bitumen appositum (*A V*

**83.** IAM NON, VT ANTE] Vt cui adderet desperatio libertatem (*A V*

MOLLIBVS] Blandis (*A V*

**86.** THYESTEAS PRECES] Diras. Et tales infossus puer, ait, preces c⟨o⟩epit effundere, quales in tragoediis inducitur Thiestes cognitis filii membris in Atreum locutus (*A V cons. Porph. et Γ*

**87. 88.** MAGNVM FAS NEFASQVE] Lex enim humana habet malis poenam, bonis praemia pollicenda, et ideo furens puer dicit hoc eas carminibus mutare non posse (*A V*

**89.** DIRIS AGAM VOS] Promittit se in eas post mortem saeuiturum, ut (*Verg. Aen.* IIII 386):

Omnibus umbra locis adero (*A V*

**94.** QVAE VIS DEORVM MANIVM EST] Vt faciant insomnes uel malis gaudeant (*A V*

**97.** VOS TVRBA VICATIM] Missurum se populo promittit furorem, ut ex omnibus uicis turba concurrens eas saxis obruat pro factorum crimine (*A V*

2 superatam *K.*] spuerat ā *A* spretam *Vcp* incassum esse *Fabricius* 8 *em. K.* 20 thiestis *A* ex filii *A* in a:l: *A*] *om. Vcp* 23 poenam *V*] pęnam *Ap* penam *c* 28 manium est *A* m. e. *V*

**99.** INSEPVLTA MEMBRA DIFFERENT LVPI] Vt iam, quia eum ipsa⟨e⟩ paene sepelierant, ill⟨a⟩e grauius aliquid paterentur expositae feris et auibus insepultae (*A V*

**100.** ET AESQVILIN⟨A⟩E ALITES] Romanae, idest uultures (*A V*

*Aesquilina porta dicitur ad Sessorium, in qua certus erat locus sepulchrorum. Ibi enim pauperum corpora aut conburi solebant aut proici (*Γb cons. Porph.*

**101.** PARENTES HEV MIHI SVPERSTITES] Poenas earum etiam a parentibus suis ait uidendas, quod cum dolore promittit, tamquam qui se uiuere magis uoluerit quam uindicari (*A V*

---

## EPOD. 6

[DICOLOS IN CASSIVM SEVERVM IDEM METRVM (*A*]

METRVM QVOD SVPERIVS (*A Γb*

**1.** *Bibaculum modo persequitur poetam, qui maledica carmina in multos conposuit, inimicum suum dicens, qui accepto pretio multa fingebat. Et est allegoria in eum, qui quietos homines, idest sibi cedentes, inuehatur nimia dicacitate et inde glorietur, quod lacessiti ei non respondeant (*Γb*

QVID IMMERENTES HOSPITES VEXAS CANIS?] 'Immerentes' nihil mali meritos (*A V*

HOSPITES] Peregrinos (*A V*

VEXAS CANIS] Fatigas (*A V*

1 deferent *A* 2 paene *Hauthal*] poena *V* pena *Ac* paena *p* sepeliebantur *V* 6 (aesqu: *Γb*) 7 sepulchrorum *γb*] sepulcrorum *r* 8 conburi *r*] cōburi *γb* 11 tamquam *coni. K.*] eam quam *A* eāqā *V om. cp* 12 uindicari *A*] uindicare *Vcp* 17 dicens *r*] dicit *γb* 18 et est *b*] *om. Γ* eum *γb*] eos *r* 19 inuehatur *γ*] inuehebatur *b* inuehantur *r* 20 glorietur *γ*] gloriabatur *b* glorientur *r* ei *γ*] eis *r* ab eo *b* respondeant *r*] respondebant *b* respondeat *γ*

CANIS] Bene maledicum canem uocauit, uelut qui et ipse morderet (*A V*

**2.** ADVERSVM LVPOS] Lupis homines fortes comparauit. Vitas ergo, inquit, qui se ulcisci possunt, et miseros laceras. Et quia carminibus aliquos notabat, prouocat, ut in se audeat dicere, qui eum uelut lupus remordeat (*A V*

**6.** AMICA VIS PASTORIBVS] Efexegesis (*A Γ V*

Amicos canes pastoribus dixit, ut (*Verg. georg.* III 406. 407):

Numquam custodibus illis
Nocturnum stabulis furem incursusque luporum (*A V*

VIS] Sagaces canes dixit, ut (*Verg. Aen.* IIII 132):

Odora canum uis (*A V*

**7.** AGAM PER ALTAS A. S. N.] Seruat metaphoram et dicit se agere, hoc est persequi, aure ad latratus (alacriter sursum *suspic. K.*) posita in feras, et ostendit se persecuturum uerba maledici (*A V*

*⟨Aure sublata⟩] Erecta, sursum eleuata, quod specialiter canum est dum s⟨a⟩euiunt, alioquin timentium sunt remissae (*Γ*

**8.** *⟨Fera⟩] *Ἀλληγορικῶς*: quicumque me lacessit (*Γ*

**9.** COMPLESTI NEMVS] Demonstrat eum pecuniam quaerere maledictis, qua accepta ita desinere, ut canis, quod insectabatur, reperto cibo (*A V*

**11.** NAMQVE IN MALOS A.] Non se aut munere placandum aut precibus dixit, si maledictis eius c⟨o⟩eperit respondere (*A V*

4 uitas *Vcp*] uita *A* 6 qui — remordeat *Vcp*] *om. A* 8 efexegesis *Γ*] effexegesis *A Vp om. c* 15 metaforam *A* et] *om. A* 17 posita in feras] /////// *A* 20 dum seuiunt *γ*] seuientium *r* timentium] *silentio om. Kurschat* 21 sunt remissae *K.*] se remisse *γ* remissae *r* 22 ΑΛΛΕΓΟRICOS *r* Δddeτorikoc *γ* 25 quod ins: rep: cibo *A*] quod rep: cibo ins: *V* 27 maledict' *A*

**12.** PARATA TOLLO CORNVA] Vt (*Verg. ecl.* 9, 25): Cornu ferit ille, caueto (*A V*

**13.** QVALIS LICAMBAE SPRETVS] Datiuo casu Licambae posuit (*cf. Porph.*), cuius haec fabula est: Licambes habuit filiam Neobulem. Hanc cum Archilocus in matrimonium postulasset, promissa nec data est a patre. Hinc iratus Archilocus in eum maledicum carmen scripsit, quo tanto est dolore compulsus, ut cum filia laqueo uitam finiret (*A V*

*Lycambes filiam suam promisit Archiloco daturum uxorem, quod postea denegauit. Qua de causa iratus Archilocus carmina scripsit in Lycamben et eius filias, ita ut ex dolore carminum eius filiae laqueo uitam finirent (*Γ sim. b*

**14.** AVT ACER H. B.] Hipponactem significat, qui Bupali filiam nuptum petiit et pro deformitate contemptus est. Illud tamen uerius uolunt fuisse: Bupalum pictorem fuisse apud Laudiomenas (*scripserat fort.* Cladiomenas), ciuitatem Asiae. Hic Hipponactem quendam poetam deformem pro risu pincxit; quo ille furore commotus tali eum carmine perculit, ut se laqueo suspenderet. Vnde nunc similis carminis uim maledico minatur Horatius (*A V*

*Ipponax scilicet, qui poeta erat eloquentissimus foeda et uitiosa facie. Hunc Bupalus pictor in Panathenaeis pictum proposuit, ut risum moueret populo. Ille

4 cuius — habuit] *om. A propter homoeoteleuton* licambes habuit *cp*] licambe habuit *V* 5 neobulē *A* neobulen *V* eobolen *c* neobolem *p* 6 data est a patre *A*] a patre data est *V* 7 maledicum *p*] maledictum *A Vc* 8 licambes *ante* tanto *inserit c, post* compulsus *p*, *om. A V* laqueo uitam *A*] uitam laqueo *Vcp* 15 hipponactem *p*] ypponactē *A* yponactem *c* iponactē *V* 17 fuisse bupalum (bubalum *V*) pictorem fuisse apud (ap̄ *V*) *A V, secundum* fuisse *om. cp* 18 laudiomenas *A Vcp* clazomenas *edit. uet.* 19 hipponactem *p*] ipponactem *A* iponactē *V* yponactem *c* deformem] *om. A* pro risu *p*] pro rixu *V* risu *c om. A* 20 pincxit *A ut uid.*] pinxit *Vcp* 24 panathenaeis] bana thea nis *γ* panatheos *r* scena *b*

iratus iambis eum ita fatigauit, ut uitam suspendio finiret. Etiam iste socerum suum, postquam se fraudauit, carminibus petiit (*Γb*

**15.** ATRO DENTE ME PETI⟨V⟩ERIT] Maledico aut obtrectatorio sermone (*AV*

---

## EPOD. 7

[AD REMPVBLICAM DICOLOS (*A*]

METRVM QVOD SVPRA (*ABΓ*(*rb*)

**1.** QVO, QVO SCELESTI RVITIS AVT CVR DEXTERIS] Illud bellum cum exclamatione significat, quod ab Augusto gestum est contra Cassium et Brutum, interfectores Caesaris (*AV*

**2.** APTANTVR ENSES CONDITI] Vaginis clausi (*AV*

**3.** PARVMNE CAMPIS] Ciuilis belli tempore (*AV*

**7.** INTACTVS] Ante inuictus (*AV*

VT DESCENDERE⟨T⟩] Vt uictus pro triumpho duceretur (*AV*

**9.** SECVNDVM VOTA PARTHORVM] Qui occiso Crasso metuebant Romanos, nisi bellum emersisset ciuile (*AV*

**10.** SVA VRBS ⟨HAEC⟩ P. D.] Vt Lucanus (I 23):

In te uerte manus (*AV*

**11.** NON HIC LVPIS MOS] Vt se ipsi persequerentur (*AV*

**12.** IN DISPAR FERIS] Hoc est: in diuersam naturam (*AV*

**13.** VIS ACRIOR] Fatalis quaedam necessitas (*AV*

5 obstrectaṭorio *A* 8 supra *A*] superius *B* 9 quos cęlesti *A* 10 ex exclamatione *A* 13 clausi *A*] inclusi *Vcp* 16 ut *c*] *om. AVp* uictus *om. c* 19 em: ciuile *A*] ciuile emersisset *Vcp* 20 haec *p*] hec *c om. AV*

**14.** AN CVLPA RESPONSVM DATE] Velut interroget causas furoris (*AV*

**15.** ET ALBVS ORA PALLOR INFICIT] Velut qui conscientiam peccati monstraret, ut (*Verg. Aen.* IIII 499):

Pallor simul occupat ora.

Albus palloris epitheton (*AV*

*Ora pallor albus inficit (*b*)] Quia pallore foedamur, quando non habemus prompte quod respondeamus. Sic Cicero (*in Catil.* I 8, 21):

Cum tacent, clamant (*Γb*

**16.** STVPENT] Sollicitudine (*AV*

**17.** ACERBA FATA ROMANOS A.] Hoc est: tamquam illis tacentibus ipse intellexerit belli ciuilis originem inde in nepotes tractam, quia occiso fratre Romulus parricidium perpetrauit, unde (*Lucan.* I 95):

Fraterno primi maduerunt sanguine muri (*AV*

**20.** SACER NEPOTIBVS CRVOR] Pro execrandus (*AV*

---

## EPOD. 8

[AD ANVM DEFORMEM VEL IN GRATIDIAM (*A*]

METRVM QVOD SVPRA (*ABΓb*

**1.** ROGARE LONGO PVTIDAM TE SAECVLO] Inuehitur in eam, a qua dicebatur lentus in uenerem; et magis fetoris ipsius uel aetatis esse adfirmat, quod eam fastidiat, quam quod ipse nihil possit (*AV*

12 ꝑ (*natum ex u.* 20) hoc est *A* 15 perpetrauit *Vcp*] ꝑpenetrauit *A* 20 supra *A*] superius *B* 21 te putidam *A* p. t. *V* scto *A* 22 magis] *non hic, sed post* eam *pon. AVcp, transpos. K.* 23 (fetoris *AVcp*) etatis *A* affirmat *V* fastidiit *A* fastidit *Vcp, em. edit.* 24 quod *p*] *om. AVc* ipse nihil *Ac*] nihil ipse *Vp*

**2.** VIRES] Caput est uersus sequentis (*A Vp om. c*

**4.** FRONTEM SENECTVS EXARET] Senecta enim nonnumquam ex rugis apparet, ut (*Verg. Aen.* VII 417):

Frontem obscenam rugis arat (*A V cons. Porph.*

**6.** PODEX] Pudenda pars corporis, ut Iuuenalis (2, 12):

Et podice leui (*A V cons, Γb*

*⟨Crudae⟩] Aut macrae aut senectute confectae (*Γ*

**7.** SED INCITAT ME PECTVS] Vt reuera incitat (*A V*

**8.** QVALES VBERA] Qualis ut qualia ubera (*A interpol.? om. Vcp*

**9.** MOLLIS] Luridus et rugosus (*A V*

**10.** EXILE SVRIS ADDITVM] Aetate iam sine musculis et suris indiscrete sociatum (*A V*

**11.** ⟨EST⟩O BEATA] Beatam eam pro diuite dixit (*A sim. V*

**12.** DVCANT TRIVMPHALES TVVM] Idest tamquam nobilium funus imagines te maiorum praecedant (*A V cf. Porph.*

**14.** ONVSTA BACIS AMBVLET] Hoc est: nulla mariti cura sit comptior gemmis. Bacas gemmas dixit, ut (*Verg. Aen.* I 654. 655):

Colloque monile
Bacatum (*A V*

**15.** QVOD LIBELLI STOICI] Siue quod amicos haberet Stoicos, ut eos amoris et coitus notaret, siue quia libros

1 caput *Ap*] capit *V* *Post hoc scholion in A legitur:* Densa dententes; *edit. uet.:* Dens ater] Propter aetatem 3 apparet — rugis *per neglegentiam om. A exhib. Vcp* 11 lucridus *A* et *A*] *om. Vcp* 12 etate *A* 13 sociatum *Ap*] dissotiatum $V_2$ dissonatū $V_1$ 14 O beata ·i· diues *V* Beata ·i· diues ut idem supra: Nescias ante generum beati Phillidis flauae decorent parentes *p cons. c* 16 idē *A* 17 p̄cedant maiorum *V* 19 marita *V* 20 baccas *A* 23 ba$^{c}$catu *A* 24 quod *c*] qui *A* quia *Vp*

ipsos legere consueuerat, ut docta uideretur; quos ad ostentationem in Sericis plumaciis reponebat (*A V*

**16.** *Puluinum diminutiuum puluillum facit (*Γb*

**17.** NVM MINVS NERVI RIGENT] Hoc est: ita scolasticorum coítus eligis, tamquam minus in libidinem possint litteras ignorantes? (*A V*

**18.** MINVSVE LANGVET FASCINVM] Virilem penem fascinum dixit propter obscenam figuram, quam adiecerat in sequenti; lingua enim detersa fronte mulieres amputare se infantibus fascinum putant (*A Vp*

*Fascinum (*b*)] Virile membrum, quod fascia solet tegi (*Γb*

**19.** SVPERBO] Fastidienti (*A V*

**20.** ORE ADLABORANDVM EST TIBI] Aut lingua aut magis blandimentis, ut Iuuenalis (6, 197):

Vox blanda et nequam digitos habet (*A V*

---

## EPOD. 9

[AD MECENATEM POST ACTIACVM BELLVM · METRVM IDEM (*A Vp*]

METRVM QVOD SVPRA · [PRIMVS VERSVS SCANDITVR ITA: QVANDO · REPOS · TVM CAE · CVBVM AD · FESTAS · DAPES] (*A Γ b*

*In hac ode canit uictoriam Augusti, unam impetratam occiso Sexto Pompeio Gn̄ Pompei filio, qui nauali pugna uictus est, alteram de Cleopatra et Antonio (*Γb*

1 quos *Vcp*] quod *A* 3 diminutiue *b* puluillum *b*] puluillos *Γ* 7 penem *p*] pęnū *A* poenū *V; hoc schol. omisit c* 9 ditersa *A* 10 fascinum putant *Ap*] putant fasc: *V*
19 METRV̄ IDĒ *A*] Id metrum *V* idem metrum *p, om. c*
20 quando re · posi · tū *A* repos · tum *b*] repositum *A Γ*
22 impetratam occiso *r*] ¦tratam occiso *b* imperatam otioso *γ* reportatam antea de *audacter Kurschat* 23 filio *post* pompei *olim exhib. b*] *ante* gn. *pon. Γ*

**1.** QVANDO REPOS[I]TVM C⟨A⟩ECVBVM AD FESTAS DAPES] Idest seruatum, festis conuiuiis inpendendum. Scribit autem de bello Actiaco, quod cum Antonio et Cleopatra a Caesare Augusto gestum est (*A V*

C⟨A⟩ECVBVM] Campanum (*A V*

**3.** TECVM SVB ALTA DOMO] In Maecenatis scilicet domo (*A V*

*Probat hoc Iuppiter, ut uictore Caesare tecum bibam Caecubum uinum. Nam Iouis est auctor uictoriae (*Γb*

**5.** MIXTVM TIBIIS CARMEN LIRA] Quod est artificis miscere lyrae tibiarum sonum (*A V*

**6.** HAC DORIVM ILLIS B.] Tibiis barbarum, idest Frigium, lyra Dorium (*A V*

*Nomina sonorum sunt VII: Lydium, Dorium, Phrygium, Yperlydium, Yperdorium, Yperfrigium (*Γb*

*Barbarum Asianum, Dorium Gr⟨a⟩ecum; ut quod tria genera sint musicae: Ionium [Graecum], Lydium, barbarum (*Γb*

**7.** VT NVPER ACTVS IN FRETO NEPTVNIVS D. F.] Hac deuotione, inquit, uicto Antonio tecum bibam, qua nunc superato Sexto Pompeio, qui seruorum sibi manu in Sicilia congregata nauali pr⟨o⟩elio in freto perdidit et insula pulsus est. Vnde et Neptunium ducem uocauit eligentem maritimum conflictum (*A V*

*Sextus Pompeius, filius Gn. Pompei, qui piraticam exercuit in Siculo mari, ibique uictus atque fugatus est. Neptunium autem non ita debemus accipere, quod in mari dux fuerit, sed quod ea fuerit elatus insania, ut Neptuni se esse filium iactaret, uel quod ea ueste uteretur, qua Neptunus usus fuerit (*Γb*

5 cęcubum *V* 6 maec: *p*] mec: *A Vc* 10 lyra *p* 11 lyre *p* lirę *V* lire *Ac* sonū *A*] sonitū *V* sonitus *cp* 12 tibiis *V*] tibiarum *A* idest *Vcp*] *om. A* 13 lyra *p*] lira *Vc* lire *A* 17 ionium *b*] ionicum *Γ* 21 manu *A*] manum *Vcp* 22 congregata *A*] congregatam *Vc* (perdere = uinci) prelio *Acp* p̄lio *V* 26 ibique *b*] *om. Γ* atque *Γ*] *om. b* 28 set *γ* 30 usus fuerit *b*] usus fuit *γ* usus est *r*

**9.** MINATVS VRBI VINCLA Q. D.] Idest minatus est u. u., q. d. seruis fractis ergastulis (*AV*

*Nam ergastula Siculorum soluit et secum duxit ad nauale certamen (*Γb*

*⟨Perfidis⟩] Qui ad ipsum fugerant; nam quasi asilum fecerat recipiendo seruos sceleratos et uinctos compede (*Γb*

**11.** POSTERI NEGABITIS E. F.] Ad Antonium redit, quem dicit pro mancipio Cleopatrae datum nec a posteris pro infamia credendum, ut (*Verg. Aen.* VIII 688):

Sequiturque, nefas! Aegiptia coniunx (*AV*

**13.** FERT VALLVM E. A. M. E. S. S. R. P.] Quasi praeceptis Cleopatrae Romani milites seruientes et arbitrio eunuchorum, quorum illa obsequiis utebatur.

⟨SPADONIBVS S. RVGOSIS⟩] Rugosi enim aetate fiunt (*AV*

**16.** SOL ASPICIT CONOPIVM] Conopes Graece culices dicuntur et quia in Aegipto multi sunt [culices], habitacula, quae sibi Aegyptii faciunt ad arcendam culicum molestiam, conopia appellantur. Quidam reticulum dicunt Aegiptiorum reginae, quod supra lectum tenderetur aduersum culices inter uexilla portandum (*AV*

**17.** AD HVNC] Contra hunc, contra Antonium, quia ad Caesarem confugerunt et equos aduersum Antonium conuerterunt (*AV*

2 u. u. q. d. *A*] *om. Vcp* 5 qui *b* quia *Γ* ad ipsum *b*] illum *Γ* 6 seruos *b*] *om. Γ* 11 sequitur quę *A* ægiptia *p*] egiptia *AVc* 15 enim *A*] *om. Vcp* aetate *Ap*] etate *V* 17 græce *p*] grece *AVc* 18 ęgipto *p*] egipto *AVc* culices *A om. Vcp* 19 aegyptii *p*] egiptii *AVc* 20 conopia *A*] conopea *V* quidam *A*] quia *V* 21 aegiptiorum *Ap*] egiptiorum *Vc* regine *A* 22 portandum *V*] portantum *A* portantium *cp*

**18.** CANENTES C⟨A⟩ESAREM] [Laudantes] Vt (*Verg. Aen.* VII 698):

Regemque canebant (*A V*

**20.** LATENT PVPPES S. C.] Idest latent ad fugiendum. Citae autem ueloces, ut (*Verg. Aen.* V 66):

Prima citae Teucris ponam certamina classis (*A V*

**21.** *'*Ἀντὶ τοῦ* 'hoc restat, ut post uictoriam triumphes, Caesar' (*Γ*

**22.** INTACTAS BOVES] Paratas ad sacrificium pro triumpho. Intactas autem integras, [et] sinceras, ut (*Verg. georg.* IIII 551):

Intacta totidem ceruice iuuencas (*A V*

**23.** NEC IVGVRTHINO PAREM] Non tanta, ait, gloria triumphauit Marius de Iugurtha (*A V ex Porph.*

*Marium dicit, qui septies consul fuit. Hic enim clarissimum gessit triumphum. Hoc loco praeponit Caesarem et Mario et Scipioni Africano (*Γb*

**25.** CVI SVPER CARTHAGINEM] Contra. Deuicta enim Carthagine uirtute Scipionis Africani, cum Afri aduersum Romanos denuo rebellarent, consulto oraculo responsum est, ut sepulchrum Scipioni fieret, quod Carthaginem respiceret; tunc leuati cineres eius sunt de pyramide in Vaticano constituta et humati in sepulchro eius in portu Carthaginem respiciente (*A V*

**62.** Inpotentia] Idest pestilentia, ut Maro (*Aen.* III 141):

Tum steriles exurere Sirius agros (*ΓbV*

*Nimia potentia (*Γb*

**63.** Sensus: non sunt, inquit, istae terrae his concessae, qui erant periculis et laboribus destinati (*ΓbV*

**64.** Postquam Iuppiter aere tempus aureum inquinauit et postea id ferro durauit, illa littora piae genti segregauit (*ΓbV*

*'Durauit' autem dura fecit et mala, ac per hoc deprauauit (*Γb*

**66.** ⟨Datur fuga⟩] Vt ad ea loca ueniatis, quae sint uobis digna (*ΓbV*

Idest me suadente uobis piis fuga praestatur (*ΓbV*

1 aut — europen] *om. b* 2 querendam *γV* requirendam *r* 5 capita] *om. V* 7 o. a.] a. a. *V* obuertimus antennarum *cp* 13 inpotencia *b* 19 iuppiter *rbV*] iupiter *γ* 20 littora *γbV*] litora *r* 25 sint *γV*] sĭnt *r* sunt *b*

## EPOD. 17

*Ternarius iambicus (*B*

**1.** Iam iam efficaci (*cpV*)] Iterum in Canidiam magam dicit, quia efficaces eius artes probauerit (*cpV*

**5.** Refixa c⟨a⟩elo d. s. (*c*)] Vt (*Verg. Aen.* IIII 489):
Sistere aquam fluuiis et uertere sidera retro (*cpV*

**8.** Telephus N. (*V*)] Telephus rex Mysorum; huic Graeci ad Troiam euntes, putantes eos Troianos, bellum

4 quia *pV*] quod *c*  probauerint *V*  5 reffixa *c* caelo *p*  7 musorum *c* (*ortum ex* MYSORVM) misiorum *Vp*

## EPOD. 17

*Ternarius iambicus (*B*

*Trimeter iambicus acatalecto (*leg.* acatalecticus) (*Γ*

Iterum in Canidiam magam dicit, quia efficaces eius artes probauerit (*Vcp*

*Παλινῳδίαν* facit et laudat eam, quam lacerauit (*ΓV*

**3.** Non mouenda (*V*)] Non uiolanda, non offendenda, non mentienda, non excitanda. Significat autem Ecaten. Vel non mouenda quae non moueantur. Per haec autem numina adiurando ueneficam ostendit (*Γ b V sim. Porph.*

**5.** Refixa c⟨a⟩elo d. s. (*c*)] Vt (*Verg. Aen.* IIII 489):

Sistere aquam fluuiis et uertere sidera retro (*Vcp*

*⟨Refixa⟩] Euulsa ut (*Verg. Aen.* V 360):

Danais de poste refixum (*Γ*

**6.** Parce uti sacris uocibus contra me; sacris autem detestabilibus (*Γb V*

**7.** *⟨Solue⟩] Idest libera mentem meam nexibus, quibus ante illigasti (*Γ*

Turbo species est maleficii, cuius uertigine quadam arte homines ad amorem coguntur, quod Graece *ἴυγξ* dicitur (*Γb V*

Turbinem autem *ῥυθμόν* dicit, quem Graeci dicunt rhombum (*Γb V*

**8.** ⟨Mouit⟩] Exemplo docet etiam inimicos precibus posse flecti (*Γb V*

6 ΠΑΛΙΝΩΔΙΑΝ *γ V* palinodiam *r* lazerauit *V* 9 ecaten] etatē *γ* 16 sacris autem *ΓV*] idest *b* 21 quod — dicitur] *om. b* *ἴυγξ*] iunx *Γb V, ortum ex* IYNX 23 *ῥυθμόν*] rithmon *γ* rothmon *r* rithmum *b* pihtmū *V;* p *orta uidetur ex Graeca littera* Ρ = ϱ 'quem — rhombum' *post* 'coguntur' *inserunt Γb V, transpos. K.*

intulerunt. Telephus restitit et singulari certamine cum Achille conflixit, a quo et uulneratus est; hic, cum postea errore cognito in amicitiam redissent, ab Achille herbis curatus est, quarum scientiam habebat Chirone docente. Quod exemplum ideo ponit Horatius, ut, sicut Achilles Telepho, ita ei Canidia ignoscat (*cpV*

**12.** Homicidam Hectorem (*V*)] Pro viro forti posuit (*cpV ex Porph.*

**13.** *Postquam r. (*c*)] Etiam Priamo, inquit, roganti pro Hectore Achilles uictor ignouit (*cp*

3 redissent *cV*] rediisset *p* 7 *Inde ab hoc uersu scholia cum cp congruentia desinunt in codice V*

Telephus N. (*V*)] Telephus rex Mysorum. Huic Graeci ad Troiam euntes, putantes eos Troianos, bellum intulerunt. Telephus restitit et singulari certamine cum Achille conflixit, a quo et uulneratus est. Hic, cum postea errore cognito in amicitiam redissent, ab Achille herbis curatus est, quarum scientiam habebat Chirone docente. Quod exemplum ideo ponit Horatius, ut, sicut Achilles Telepho, ita ei Canidia ignoscat (*Vcp*

Hic uulneratus est in bello ab Achille nec potuit curari ab altero. Graecos euntes contra Troianos Telephus rex Mysorum non suscepit hospitio. Vulnerauit eum in bello Achilles. Et cum diu non curaretur, responsum est ei ab eo posse curari, a quo fuerat uulneratus. Ita, inquit, tu me, quem obligasti inprecationibus, mutatis sana carminibus (*ΓV*

**11.** Sensus est: et Hectorem iam addictum feris reddidit Achilles suis sepeliendum, postquam a Priamo rogatus est. Et tu [similiter] mitiga erga me iracundiam tuam (*ΓV*

**12.** Homicidam Hectorem (*V*)] Pro uiro forti posuit (*bVcp ex Porph. sim. Γ*

Pro eo, qui hominum atque hostium occisor fuit (*ΓbV*

Imitari uoluit Homerum: ‘homicidam’ pro uiro forti. Graece enim uoluit dicere quasi uirorum occisor. Graece enim dicitur androfonos. Licuit, inquit, et Hectorem sepelire, postquam Achilles Priamo supplice declinatus est (*ΓbV*

**15.** *⟨Heu⟩] Aut ad animum procidentis posuit aut

13 ei *rV*] *om. γ* posse *V*] illum posse *r* eum posse *γ* fuerat *Γ*] fuerit *V* 14 impcationibus *V* 18 similiter *r, om. γV* 20 homicidam *etiam b in lemmate* pro — posuit] uirum fortem *Γ* 22 qui *bV*] quod *Γ* 23 imitari] in quo imituri *b* 24 quasi *ΓV*] quia *b* 25 androfonos *bV*] androforos *Γ* licuit inquit et *Γ*] Ita ut inquit et *b* licuit & Inq *V*

**19.** *Dedi satis superque p. t. (*c*)] Vt (*Verg. Aen.* VI 853):

Parcere subiectis (*cp*

quasi Romanus poeta ingemuit et amator patrum Romanorum (*Γb*

Peruicacis (*b*)] Peruicaces dicuntur, qui in aliquo certamine usque ad uincendum perseuerant (*ex Porph.*), ut 'pernix' a 'pernitendo' (*ΓbV*

**17.** *⟨Volente Circa⟩] Cum exorata fuisset (*Γb*

*⟨Circa⟩] Pro Circe malefica filia Solis (*Γb*

Idest uolente Circe ad humanitatem conuersi dudum ab eadem in feras Vlixis socii redierunt. Est autem ordo: setosa membra (*ΓbV*

**20.** *Ex nimia Canidiae libidine uilem significat meretricem, siquidem dicit eam in amore fuisse nautarum (*Γ*

⟨Institoribus⟩] Duo sunt genera negotiatorum: institores et exercitores (*ΓbV*

⟨Institoribus⟩] Mercatoribus. Proprie enim institores sunt, qui exercent ipsam mercaturam. Meretricem autem significat fuisse (*ΓbV*

'Amata' uocatiuum casum quidam (*ut Porph.*) uolunt. Et cum tam uiles amatores eius dicat, uidetur eam laudare, quasi tam pulchra sit, ut tot habuerit amatores (*ΓbV*

**21.** ⟨Fugit iuuentas⟩] Sibi dicit haec accidisse propter pulchritudinem eius; sed oblique carminibus id uult factum intellegi. Verecundum autem colorem ruborem ait, ac per hoc pallere se dicit (*ΓV sim. b Porph.*

5 ut — pernitendo] *om. b* pernix *Γ*] p ṃ ọ *V* 8 idest — eadem] *absc. aut euan. b* 10 ordo autem est *r* membra *rb*] menbra *γV* 12 fuisse n: *γ*] n: fuisse *r* 16 mercatoribus] *om. b* 19 uolunt quidam *r* 21 quasi tam *b*] si *ΓV* 22 haec *r Porph.*] hec *γ* hoc *V* accidisse *Γ*] accessisse *V* 24 uǒlt *γ* 25 ait *Γ*] dicit *V*

**22.** *Lurida (*cp*)] Tabida, nigra (*cp*

**24.** *Nullum a labore m. r. o. (*c*)] Nullum tem pus sibi prestari carmine eius ad requiem ostendit (*cp*

**28.** *Increpare (*cpv*)] Disrumpere siue incitare (*cpv*

**29.** *Dissilire nenia (*pv*)] Vt tamquam in mortuum canat (*cpv*

**30.** O mare, o terra, a. (*c*)] Sub indignatione exclamat, ut Terentius (*adelph.* V 3, 4):

O mare, o caelum, o terra! (*cpv*

1 tabida pallida nigra *p* 3 ostendit ad requiem *p* 4 *REDIT COD. v* disrumpere *pv*] dirumpere *c* 5 tamquam *v*] tanquam *cp* in m:] immortuum *v* mortuum *cp* 9 o mare o cælum o terra *p*] o celum o mare o terre *c* o cęlum · o terra · o maria neptunia *v*

*Verecundus (*b*)] Nitidus, rubicundus, rubeus, pudibundus, ut (*carm.* I 27, 3):

Verecundumque Bacchum (*Γb*

**23.** Sensus hic est: ego discrucior m⟨a⟩eroribus, et tu uacas deliciis. Canus est, inquit, non per aetatem, sed odoribus et deliciis. Aiunt enim ungentis maturius canos fieri capillos (*Γb V*

**25.** *Idest per noctem opto diem aduenire et per diem cupio noctem, quia inpatiens sum omni tempore (*Γ sim. b*

**26.** Idest neque contingit neque conceditur, ut leuentur aliqua ratione suspiria. Vult autem intellegi quasi quibusdam tormentis ueneni animum suum cruciari (*Γb V sim. Porph.*

**27.** *Cogor, inquit, credere, quod antea non credebam, carmina plurimum posse (*Γ*

**28.** Sabella (*V*)] Sabeorum (*Γ V*

A Persis enim trahunt originem (*Γ′ V*

**29.** Marsa (*V*)] Marsica. Hi enim et herbis et carminibus medicari solent aduersum uenena serpentium (*Γ′ V*

'Marsa' idest magica, quae habundat apud Marsos (*Γ′ b V*

*Marsi a Sabellis ducunt originem (*b*

*Magi enim a Sabellis ducunt originem (*Γ′*

Nenia (*b V*)] Carmine mortuorum (*Γ′ b V*

'Nenia' pro maligno carmine posuit (*Γ′ b V sim. Porph.*

**30.** Quid amplius uis? (*b*)] Scilicet quam ut confitear, quod amo, ut (*Verg. Aen.* IIII 100):

Habes, tota quod mente petisti (*Γ′ b V*

1 nitidus] autem nitidus *b* 4 discrutior *Γb V* 6 ungentis *γ b V*] unguentis *r* 9 inp: *γ b*] imp: *r* 15 antea *γ*] ante *r* 20 aduersum *γ v V*] aduersus *r* 26 nenia *Γ′ b*] s, *V* posuit *Γ′ b*] *om. V* 27 scilicet *b*] *om. Γ′ V* 29 tota *V Verg.*] totum *Γ′ b*

*Ardeo (*cp*)] Dicit se non uoluntate amare, sed ui magici carminis (*cpv*

**33.** *Aethna (*p*)] Mons est Siciliae semper ignitus (*cpv*

**36.** *Quod me manet stipendium (*c*)] Certis enim stipendiis milites otium merebantur (*cpv*

**39.** *Siue mendaci lira (*cv*)] Tamquam quae de ea falsa caneret per timorem (*cpv*

6 otium *v*] ocium *p* ocia *c* 7 tamquam *v*] tanquam *cp*

*Terentius (*ad.* V 3, 4):

O caelum, o terra, o maria Neptuni (*Γ b*

(*De cod. v diximus p. 456; facit cum cp, sed falso; Terentius ipse enim exhibet:*

O caelum, o terra, o maria Neptuni)

**32.** *Nessus Centaurus ab Hercule interfectus est ob stuprum Deianirae, quam Hercules adamauerat (*Γ*

**33.** *⟨Virens⟩] Aestuans (*Γ*

**34.** *Iniuriosis (*b*)] Qui quasi ludunt sibi et iniuriam faciunt omnibus rebus, idest qui de euersionibus ludum sibi faciunt (*Γ b*

**35.** Idest tu, o Canidia, quae es officina maleficiorum, tamdiu cales uenenis Colchicis contra me, donec aridus cinis factus fiam uentis ludibrium (*Γ′ b V*

**36.** Stipendium (*b V*)] Pro poena uitae posuit, aut obsequium et ministerium. Vel stipendium dixit pro tributo (*cons. Porph.*), quod annuum praestatur. Stipendium uero illud proprie dicitur, quod dabatur militibus profecturis ⟨in bel⟩lum (*Γ b V*

**39.** ⟨Mendaci lyra⟩] Plena mendacii. Mendacium enim uidetur, si te laudauerim. Tua enim uita non admittit laudes. Vel 'mendaci lyra' falsa et adulanti, licet non ueras, tamen dicam tibi laudes (*Γ′ b V*

**40.** More Ariadnes et Iustitiae, idest Erigon⟨a⟩e, quae uirgo Icari filia castitatis pietatisque causa inter sidera est: consecraberis, inquit, et tu (*Γ′ b V*

**41.** ⟨Aureum⟩] Aut hic est distinctio, aut 'perambulabis astra', ut sit efexegesis: 'Castoris sidus aureum' (*Γ b V*

7 adamauerat *r*] adamauit *γ* 12 idest *Γ′*] *om. V* Sensus est *b* 13 cales *b r*] calens *γ v V* 17 stipendium enim proprie dicitur quod militi datur *Γ V* 22 lyra *Γ′ b*] lira *V* 23 tibi dicam *V* 26 est *γ b v*] *om. V* dicitur constituta *r* 27 est hic *V* 28 efexegesis *Γ b*] effexeḡ *V*

**42.** *Infamis H. C. (*v*)] Stesicorus poeta Siculus dum uituperationem Helenae dixisset, indignatione Castoris et Pollucis oculos amisit, sed placati postea lumina ei reddiderunt (*cpv*

1 stesicorus *v*] stersicorus *c* tersicorus *p* sic: *c*] *om. pv*

**41. 42.** Ordo est: Castor, sidus aureum, infamis Helenae uice, idest iniuria offensus, fraterque magni Castoris, idest Pollux, adempta uati lumina reddiderunt (*Γ′ b V*

Stesichorus etenim, poeta Graecus, uituperationem Helenae scripsit, et irato Castore et Polluce amisit oculos, postea laudem dixit et pristinum lumen inuenit (*Γ′ V*

*⟨Offensus⟩] Ὑπεραλγήσας, propter Helenam laesus (*Γ*

**46.** Figurate dixit non eam fecisse, quae fecit; nam et sordidis parentibus fuit. Negat enim quod erat, enarrans quod non erat. Et satis urbane hoc agit (*Γ′ b V*

Obsoleta (*V*)] Idest non infimo nata genere. Obsoleti sordibus dicuntur, qui de adulterio nascuntur (*Γ V paul. sim. b*

**47.** Hoc est: nec ad maleficium ossa humana colligis. Prudens autem anus gnara uel docta (*Γ′ b V*

⟨Pauperum⟩] Quia diuitum sepulchra custodiuntur, ideo dixit 'pauperum' (*Γ′ b V*

**48.** Nouendiale dicitur [mortuorum] sacrificium, quod nono die pro mortuo celebratur (*cons. Porph.*), aut quia nono die post mortem parentatur (*Γ b V*

*Nouendiales cineres: recentes Manes (*Γ V*

Dissipare (*Γ b V*)] Eruere. Scilicet quae nescias carmine ⟨eruere⟩ sepulchra pauperum et post nouem dies, quibus sunt sepulta, excitare corpora mortuorum. Nam humilium maxime a magis umbrae suscitantur. Apud antiquos mos hic fuerat, ut, ubicumque quis m⟨ortuus

4 stersicorus *V* etenim *Γ′*] enim *V* ḡcus fuit *V* 5 scripsit et amisit *Γ* scripsit. irato castore et polluce amisit *V* 10 et *b*] *om. Γ′ V* 11 infimo *V*] infirmo *Γ* obsoleti sordibus dicuntur *Γ*] obsoletis sordibus nasci dicuntur *V* 16 sepulchra *v*] sepulcra *V om. Γ b* 17 ideo d: p:] *om. b* 18 mortuorum *b om. Γ V* 19 pro⟨mortuo⟩ *b* mortuo *Γ om. V* celebratur *Γ V*] cremabatur *b* quia *b*] quibus *Γ V* 20 post mortem *γ b V*] *om. r* parentatur] *absc. b* 22 eruere *V*] et eruere *Γ′* idest uexare et eruere *b* s, q̄ nescias carmine *V* carmine quae (que) nescias *Γ′* carmine uocando///que nescis *b* 23 sepulchra *Γ′*] sepulcra *b V* 25 apud] nam apud *b* 26 hic mos *b* ubicumque — defe⟨rretur⟩ *b*] *om. Γ′ V*

**49.** *Tibi hospitale pectus et purae manus (*p*)] Hironicos autem laudat omnia: hospitale pectus, puras manus et puerperium, cum pollutam eam humanis sacrificiis ante retulisset (*cpv*

**50.** *Tuusque uenter Pactumeius (*p*)] Pactumeium dicit filium Canidiae, quem habere se fecunditatis gratia laetabatur (*cpv*

**51.** *Et tuo cruore rubros obstetrix pannos lauit (*p*)] Cace⟨m⟩phaton in sensu (*cp*

1 hironicos *p*] hyronicos *cv* 3 ante *p*] superius *v om. c* 6 dicit *cp*] dixit *v*

esset⟩, si fieri posset, eodem die ad domum suam defe⟨rretur⟩, ut triduo corpus defuncti iaceret domi; unde in poeta (*Verg. Aen.* VI 152):

Sedibus hunc refer ante suis.

Post triduum in rogum ponebatur, unde idem (*Aen.* XI 210):

Tertia lux caelo dimouerat umbram.

Per sep⟨tem⟩ uero dies plangebatur. Item post triduum cinis in urnam mittebatur et tumulo mandabatur. Ideo ait:

Nouendiales dissipare pulueres.

Et notandum pulueres pluraliter usurpatum esse [sicut sepius multa usurpatiue posuit] (*Γ′ b V*

**49.** *⟨Hospitale⟩] Mite, amicum, bonum, benignum (*Γ*

**50.** Pactumeius (*V*)] Subpositicius filius aut adoptiuus (*Γ′ V*

*Nomen eius, quem sibi filium esse dicebat. Supra enim subpositi partus ream fecit. Ventrem autem posuit pro partu (*Γ b*

**51.** *Parturientes solent sanguine partus inficere pannos, quos lauant obstetrices . . . . . . . . . . . asti pannos sanguine (*b*

*⟨Lauit⟩] Pro lauat antique dixit (*Γ′ b*

3 in poeta *Γ′ b*] poeta *V* 5 postriduum *γ* unde idem] et col| *b* 8 per — plangebatur *b*] *om. cett.* postriduum *γ v* |triduum aliud *b* 9 et tumulo] Nono autem tumulo *b* 10 pulueres *b V*] cineres *Γ′* 11 pluraliter us: esse *V*] plurali sicut sepius multa usurpatiue (usurpatione *r*) posuit (ponit *r*) *Γ′* numero plurali si| |sepius multa eum usurpatiue posuiss| *b* 14 subpositicius *r v*] subposititius *γ* supposititius *uel* suppositiuus *V* aut adoptiuus *V*] adoptiuus fililus *Γ′* 17 suppositi *r*

**53.** *Quid obseratis auribus (*p*)] Vt (*Verg. Aen.* IIII 428):

Cur mea dicta negat duras dimittere in aures?

Inducit Canidiam precibus suis inplacabiliter respondentem (*cp cons. v, sed uide apparatum*

3 Inducit e. q. s.] *v iterum profert hoc scholion, sed hoc altero loco pro* precibus — respondentem *haec exhibet:* sibi respondentem, et negantem sibi posse reconciliari, quia uulgauerit eius ueneficia    inplac: *v*] implac: *cp*    respondentem] *ultima uox est in cp*

Dicendo 'utcumque fortis puerpera' ostendit eam non peperisse (*Γ′ b V*

Nonnulli (*ut Porph.*) 'exilis puerpera' intellegunt, ut maciem eius notet (*Γ′ b V*

Aliter: quantumuis exilis, tamen fortis es. Ostendit illam non peperisse, sed supposuisse filium (*Γ b V sim. P.*

**53.** In quibusdam hic ode incipit et est titulus eius sic: Negat Canidiam sibi reconciliari ideo, quoniam eius maleficia uulgauerit, et ipsam Canidiam introducit loquentem (*V cons. γ v B*

**56.** Inultus (*b*)] Idest ut sine ulla uindicta magicam artem et patefacta a me inferorum secreta deriseris (*Γ′ b V*

⟨Cocytia⟩] Carmina infernalia (*Γ′ b V*

Cocytia ⟨sacra⟩ dixit, ut honesto uocabulo turpitudinem suam celaret. Sic Iuuenalis (2, 92):

> Cecropiam soliti Bapt⟨a⟩e lassare Cocyton (*Γ′ b V*

Cocytia autem 'sacra Cupidinis' esse dicit, quia haec maleficia, quae per inferos fiunt, ad amorem uult pertinere. 'Liberum' autem ait Cupidinem, quia obnoxius nulli sit, sed omnes ipse deludat. Vnde Maro (*Aen.* I 665):

> Nate patris summi qui tela Typhoea temnis

(*Γ′ b V*

Quae Cocytia Cupidinis sacrum est, et nunc datur

1 dicendo utcumque *b*] quandocumque dicendo *γ v* dicendo quandocumque *r* dicendo *V cf. Porph.* 5 aliter *r*] uel *V om. γ b* 7 In — sic *om. γ B*; *γ exhibet* NEGAT — LOQVENTEM, *sed* MALEFICIVM *scribit pro* MALEFICIA, *B exhibet* negat — uulgauerit, *sed* ueneficia *scribit pro* maleficia; *de v uid. p.* 464 15 cocytia *b*] cocitia *r* cocicia *V* coticia *γ v* 17 cocyton *Γ′*] cociton *V* 18 cocytia *r b*] coticia *γ v* cocicia *V* 19 quae *Γ b*] q̃ *V* qui *v* 20 autem *Γ′ b*] *om. V* 21 set *γ* maro *Γ′ b*] uir̃ *V* 23 temnis *γ b*] tempnis *r v V* 25 cocytia *r b*] coticya *γ* cocycia *V* coticia *v* nunc *r v*] non *γ V*

intellegi Canidiam Horatio commisisse secreta sacrificiorum, quae ille uulgauerit irridens (Γ′ V

*Quae Cocitia Cupidinis sacrum est. Ostendit se Canidia ueneficiorum su⟨orum⟩ secreta Horatio commisisse, quae ille uulgauerat irridens (*b*

**58.** *Aesquilinus mons est, ubi erant sepulchra mortuorum, quo pergebant, qui uolebant [ueneficio] animas excitare (Γ′*b*

'Pontificem' ait quasi censorem, quia pontifices de sacris iudicabant. Aesquilini autem ideo, quia extra Aesquilinam portam erant monumenta in aggere, in quo Canidia magicam noctibus exercere consueuerat (Γ′*b* V *ex Porph.*

Aut pontifex idest conscius riseris (Γ′ V; *b gloss. exh.* 'conscius'

**59.** *Idest ut me sine uindicta urbis fabulam feceris (Γ*b*

**60.** Quid prodest tibi, o Horati, adhibuisse Pelignas anus magnis mercedibus, quae te carminibus suis a meis maleficiis liberarent (*sim. Porph.*), uel quid profuit tibi miscuisse uenenum, ut moriaris? (Γ′*b* V

Pelignas (V)] Sabinas a Peligno monte uel ab oppido. Idest magicas (Γ′ V *et b om.* i: m:

Sine causa, inquit, magistras meas anus mercede ditaui, ut carmina discerem et ut uenena conficerem (Γ′ *b* V

**61.** *'Toxicum' est uenenum efficax eo quod sagittae inde tinguantur (Γ′*b*

**63.** ⟨In hoc⟩] Propter hoc. Ob hoc, inquit, solum [diu] uicturus es, ut ad maiora supplicia reserueris et diu poenas luas (Γ V *sim. b v*

7 ueneficio *γ* uenefitio *v om. rb* 9 ait *rb*] aut *γv om.* V 10 aesquilini Γ′ *b*] esquilini V aesquilinam *bv*] esquilinam Γ V 11 in quo *r*] in qua *γbv* V 17 prodest tibi Γ′ *b*] tibi prodest V 19 maleficiis Γ′ *b* V] ueneficiis *Porph.* 22 idest] *om. v* 23 ditaui mercede *r* 24 et — conficerem] ad nouos labores ferendos *γ* (*ex schol. u.* 64) ut *rbv*] *om.* V 25 eo quod *γbv*] eoque *r* 26 tinguantur *γbv*] tinguntur *r* 28 diu *r om. γ*V

**64.** *⟨Vt⟩ suppetas (*b*)] Vt suppediteris nouis suppliciis (*sim. Porph.*), uel suppetas, idest cadas, ut sufficias ad nouos dolores ferendos (*Γ'b*

**65.** *Quia Myrtilum praecipitauit in mare, per quem uicit (*Γ'b*

**67.** *⟨Alite⟩] Vulturio (*Γ'b*

**68.** Sisyphus ob hanc causam punitur, quoniam socerum suum in scrobem igneum occultum praecipitauit, quod multum ab eo poscebat (*Γ'bV*

**69.** *⟨Iouis⟩] Plutonis (*Γbz*

**71.** Norico (*V*)] Pro qualicumque gladio. Est autem species pro genere, ut mos est poetarum, uel maxime lyricorum (*Γ'bV*

**73.** *⟨Fastidiosa⟩] *Δυσαρεστουμένη* (*Γ*

Aegrimonia (*V*)] Angor, tristitia, quae uitam fastidiat tot suppliciis deditam (*Γ'bV*

**74.** ⟨Vectabor humeris⟩] Quid est 'uectabor humeris', nisi forte subaudiamus extrinsecus 'iactantibus' aut quid tale? Sic enim iactare humeros solent, qui gloriantes incedunt. Quod si ita est, 'inimicis eques' iungendum erit, ut si diceret: 'equitans super inimicos meos'. Aut numquid 'humeris inimici (*leg.* inimicis) uectabor' intellegemus, quod super inimicorum meorum humeris ero ac sic uectabor atque equitabo (*Γ'bV ex Porph.*

Tunc ego (*V*)] Idest cum superauero superbiam inimicorum meorum, tunc uectabor atque equitabo (*Γ'V*

*[Idest in nocte, quando ad aliquem comedendum conuenire debemus, te equitabo (*z*]

**75.** ⟨Insolentiae⟩] In antiquis 'insolentiae' (*leg.* inpotentiae *K.*) intellego positum et insolentiae (*leg.* in-

7 (sisyphus *rv*) 8 occultum *γv*] occulte *rb om. V* 9 poscebat *γvV*] poscebatur *rb* 12 uel *Γ'b*] *om. V* 14 δυcαρηcτουμηνε *r* τιcαρεcτυμενε *γ* 18 subaudiamus *Γ'b*] subaudimus *V* subaudiendum *Porph.* 21 erit *rbvV Porph.*] est *γ* ut si] ac si *b* 22 inimicis *Porph.*] inimici *γbvV* inimicorum *r* 23 quod *γbvV*] idest *r* quasi *Porph.* 29 in — et *γV*] *non Porph.*

potentiae) quasi nouae potentiae intellegendum (*Γ V cf. Porph.*

**76.** Summa sensus haec est: an quae difficiliora facere possim, idest cereas imagines animare, lunam caelo deuocare, umbras ⟨mortuor⟩um ab inferis elicere, mentesque hominum potione amoris incendere, nihil in te potero et artis meae circa te inpotentiam uelut miseranda flebo? (*Γ′ b V ex Porph.*

3 summa *Γ′ cons. b*] *om. V Porph.* haec est *b cons. Porph.*] *om. cett.* difficiliora *r b Porph.*] difficilia *γ v V* 4 possim *γ pr. Porph.* possum *γ corr. cett.* idest *r b v*] ut *γ* uel *V* animare *b*] mouere *V* euocare *Γ′* caelo *b*] e caelo *r om. γ v V* 5 deuocare *b v*] deuorare *V* uocare *Γ* ⟨mortuor⟩um ab inferis *b*] *om. cett.* mentesque hominum potione ⟨a:⟩ i: *b* et per haec (hec *γ* hoc *v*) potione (pocione *V*) amoris mentes incendere (incedere *v*) *cett.* 7 inpotentiam *γ b v Porph.*] impotentiam *r V*

# CARMEN SAECVLARE

[EPODON EXPLICIT INCIPIT CARMEN SECVLARE (*A*]

*Carmen hoc ideo dicitur saeculare, quod per centum et decem annos ludi celebrabantur tribus diebus et tribus noctibus (*Γb*

*Metrum tres Sapphici, quartus dipodia. Dixerunt autem hoc carmen saecularibus ludis, quos celebrabat Augustus in Capitolio post centum et decem annos cum uirginibus et pueris praetextatis (*Γ*

**1.** PHOEBE SILVARVMQVE POTENS D.] S⟨a⟩ecularis carminis duplex deuotio esse consueuerat: aut enim pro sedanda et uertenda pestilentia, aut pro certo et constituto numero annorum; centesimo enim decimo anno in Capitolio a puellis et pueris inpuberibus cantabatur. Ideo autem tempora numeraturus ab Apolline et Diana principium sumpsit, quia ipsi in honore solis habebantur et lunae, unde Vergilius, dicturus Georgicon carmen, sub aliorum uocabulis numinum ipsos inuocauit (I 5—7):

Vos, o clarissima mundi
Lumina, labentem caelo quae ducitis annum,
Liber et alma Ceres (*AfvV cons. cp*

3 carmen — secu(lare)] *euan. b* 7 secularibus *γ* 8 cum uirg: et pueris praetextatis *r*] uirgines et pueri pretextati *γ* 10 foebe *A* phebe *V praemisso* Aliter; *recte vp* 11 aut uertenda *V* 13 enim] & *V* enim et *c om. f* 14 impuberibus *Vcp* 15 numerat' *A* appolline *A* 17 unde — ceres] *om. f* uerḡ. *A*] uirg. *cett.* georgicon dicturus *V* carmen] *om. V*

Hoc carmen saeculare inscribitur. Cum enim saeculares ludos celebraret Augustus, secundum ritum priscae religionis a uirginibus puerisque praetextatis in Capitolio decantatum est. Propter hoc carmen Augustus diuus esse tunc meruit. Ita autem coepit, ut Maro in georgicis (I 5. 6):

Vos, o clarissima mundi
Lumina.

His enim reguntur omnes res terrarum: calore solis per diem, humore lunae per noctem. Ergo idem sunt sol et luna, qui Apollo et Diana, unde et Dianae arcus adsignatur ex similitudine incipientis lunae (*ΓbV*

**2.** O COLENDI SEMPER ET CVLTI] Colendi in futurum, culti in praeteritum (*AvVp om. c*

**3.** *Vt semper uirgines et pueri dicant dis carmen per centum et decem annos (*Γ′*

**4.** *⟨Tempore sacro⟩] Ludis secularibus (*Γ′*(*γfv*) *om. r*

*Trinoctio, quia per tres dies et tres noctes celebrabantur ludi isti, aut tempus sacrum dixit, quo ludi celebrantur (*Γ*(*rbf*)

Porro ii ludi seculares tribus diebus et tribus noctibus continuatim agebantur (*V*

**5.** QVOS] Idest Romanos (*AvVp om. c*

**7.** SEPTEM PLACVERE COLLES] Romam significat in septem collibus, ut (*Verg. georg.* II 535):

Septemque una sibi muro circumdedit arces

(*AvV cons. cp*

1 hoc — decantatum est] *sim. Porph.* inscribitur s . . . lare *b* seculare *γV* cum — decantatum est] eo quod secularibus ludis quos cęlebrabat augustus in capitolio post centum et decem annos secundum ritum prisce religionis a uirginibus puerisque p̄textatis cantatum est in capitolio *V* seculares *γ* 3 in capitolio *γV Porph.*] in campo *r, b euan.* 9 enim *γV*] autem *r, b euan.* 15 dis *γ*] diis *r om. v* 20 ludi isti *r*] isti ludi *bf* 22 ii *K.*] in *V* 24 idest *om. V* 26 ut — arces *om. V*

**8.** ⟨Dicere carmen⟩] Valerius (*leg.* Verrius) Flaccus refert carmen saeculare et sacrificium inter annos centum et decem Diti et Proserpinae constitutum bello Punico primo ex responso decemuirorum, cum iussi essent libros Sibillinos inspicere ob prodigium, quod eo bello accidit. Nam pars murorum urbis fulmine icta ruit. Atque ita responderunt: bellum aduersus Kartaginenses prospere geri posse, si Diti et Proserpinae triduo, idest tribus diebus et tribus noctibus, ludi fuissent celebrati et carmen cantatum inter sacrificia. Hoc [autem] accidit consulibus P. Claudio Pulchro L. Iunio Pulchro (*Γ b V*

Cum Roma pestilentia laboraret, ex libris Sibillinis iussum est, ut Diti Patri ad Terentum stipes mitteretur. Hoc etiam idem libri iusserunt, ut nobilium liberi in Capitolio hoc carmen decantarent (*Γ b V*

**9.** CVRRV NITIDO D. Q. [E.] E contrariis perpetuum Solis numen ostendit dando ei et praeteritum et futurum tempus, dum in diem alius renascitur. Sicut enim ortu suo diem, ita discessu noctem facit (*A v Vc cons. p*

**10.** *⟨Aliusque et idem⟩] Recedendo alius, quia cottidie nasceris; idem, quia non mutaris (*Γ'*

**11.** POSSIS NIHIL VRBE ROMA VISERE MAIVS] Magnitudinem suam precatur urbi Romae seruari (*A v Vcp*

**13.** *⟨Rite⟩] Solito tempore (*Γ' b f*

APERIRE] ⟨A⟩edificare (*A v V om. cp*

**14.** LENIS] Propitia (*A v Vcp*

*Facilis, propitia (*Γ' b*

ILITHIA] Ipsam enim Lucinam, Lunam et Dianam ostendit, quam mistico nomine, sicut in sacris dicebatur, Ilithiam nominauit, sicut eam et Homerus uocauit; ipsa enim partubus mulierum fauere putabatur (*A v Vp cons. c*

5 sibillinos *γ V*] sybillinos *r, b euan.* 7 kartaginenses *b r*] cartaginenses *γ V* 8 idest — celebrati] laude celebrati *V* 9 cantatum carmen *V* 10 autem *r om. γ b V* 16 contrariis *v*] contrarius *A* contrario *Vcp* 18 in diem *edit.*] diem *c* idem *cett.* 28 ilithila *A* ilithia *v V* 30 elithiam *A* ilitiam *p* ylithiam *c* sicut — uocauit] *om. v*

**15.** *A nobis genitalis dea, a Gr⟨a⟩ecis Ilithyia (*Γ′b paulum sim. Porph.*

**16.** SEV GENITALIS] Genitalem uocauit Dianam, quam et Lunam intellegi uoluit, quia ut solis calore animantur semina, ita lunae humore nutriuntur; penes ipsam enim et corporum omnium ratio esse dicitur et potestas (*AνVp cons. c*

**17.** Diua producas sobolem precamur (*b*)] Implicata elocutio, quae sic ordinanda est: diua, precamur, ut producas subolem nouae prolis patrumque decreta prosperes super iugandis feminis feraci marita lege, quoniam senatusconsultum de matrimoniis propositum fuit (*ΓbV sim. f Porph.*

*Quae praees gignentibus uel partubus (*Γ′b*

**18.** PROSPERES DECRETA] Nuptialibus, inquit, legibus faueas (*AνVcp*

**19.** FERACI] Fecunda, quae procreandorum liberorum causa promulgata est, quae lex Iulia dicitur (*AνVcp*

**20.** 'Lege marita', quae prolis ferax sit (*ΓbV*

'Lege marita' quasi lex fertilitatem feminis dederit. Legem autem Iuliam dixit (*ΓbV*

'Lege marita' pro 'maritali' ut Plautus (*Epidic.* 180 *G.*):

Quae quidem non marita est

pro 'maritalis' (*ΓbV sim. Porph.*

*Aut marita dicitur, quae de maritandis ordinibus lata est. Caesar enim post bellum legem tulit, nequis caelebs esset aut uidua, quo posset iuuenum iactura refici, quae bellis ciuilibus contigerat; nam prope octoginta milia perierant armatorum (*Γ(rb)*

1 ilythyia *γ* ylithia *ν* ilitria *r* ilithia dicitur *b* 5 lune *A* 8 implicata est loqutio *b* 9 elocutio *Γ*] locuti *V*, o *euanuit*, frasis *Porph. ed. H.* precamur ut *rV*] *om. γbf Porph.* 10 subolem *rbV*] sobolem *γf* patrumque d: prosperes *Γb Porph.*] et prosperes d: patrum *V* 18 lex] lux *A* 20 lege marita quasi *Γb*] quia si *V* 21 autem *Γb*] *om. V* 22 lege *rb*] le *γ om. V* 26 aut m: dicitur *b*] *om. r*

Marita (*V*)] Qua nuptiae celebrantur (*Γ′V*

**21.** CERTVS VNDENOS DECIES P. ⟨A.⟩] Decies undenos annos centum decem dixit per orbem circuli annalis peractos, pro quibus et carmen s⟨a⟩eculare dicebatur; ludi enim s⟨a⟩eculares ternis diebus et noctibus agebantur pro cultu Solis [die ac nocte] et Lunae (*AνVp cons. c*

Sensus est: precamur, ut certus et perfectus orbis, qui est annorum centum et decem, cantus et ludos referat frequentes. Et notandus tropus per metonomian in eo, quod ait ‘certos ludos orbis referat’ pro eo, quod est ‘homines certi temporis orbe completo referant ludos’ (*ΓbfV sim. Porph.*

Ordo est: ut cantus referat ludosque (*ΓV*

**22.** Orbem nunc temporum circulum accipe in se scilicet redeuntium (*ΓV ex Porph.*

**25.** VOSQVE VERACES CECINISSE, PARC⟨A⟩E] Quae uera mortalibus praedicant futura; et uos, ait, prosperate sacrum carmen, quod pro perpetuitate imperii Romani ex Sibillae libris in celebritate ludorum constitutum est, unde et (*Verg. Aen.* I 279):

Imperium sine fine dedi (*AνV cons. cp*

Sensus a plurali ad singularem: uosque, Parcae ueraces, seruetis, quod semel dictum est uos cecinisse, et Terminus seruet, quod semel dictum est (*Γ(rf)V sim. P.*

**26.** [SEMEL DICVNT] STABILISQVE RERVM] Perpetuus et inmutabilis (*AνVcp*

**27.** BONA IAM PERACTIS I. F.] Idest perfectis rebus uberiora fata iungite, quae nihil habeant aduersitatis (*AνV cons. cp*

6 die ac nocte *del. K.*] die ac nocte et lune *Aν* die ac nocte lunae *Vp* die et nocte lune *c* 7 precamur *V*] *om. Γbf* certus et] certus idest securus et *V* 8 centum decem *V* cantus *γV*] cantum *rbf* 9 metonomian *V* 10 orbis ludos *V* referant laudes *V* 16 VOSQVE] uos q (= quod) *A, recte Vp* 18 ex *A*] et *νVcp* 19 sibille *AνVc* sybillę *p* 23 uos — est] *om. V propter homoeoteleuton* 26 imm: *V*

Ordo est: et uos, ueraces Parcae, iungite fata bona peractis aeque bonis et similiter ordo seruet haec bona (*ΓbfV*

**29.** FERTILIS FRVGVM PECORISQVE TELLVS] Laudat Italiam et optat frugum ubertatem et prosperam pecorum feturam. Vnde et coronas offerri Cereri pro messium fertilitate promittit (*AvVc cons. p*

**31.** Fetus generaliter omnium rerum accipere debemus, et inanimalium, quae ad utilitatem nostram pertinent. Salubres autem non tantum aquae, uerum et aurae intellegendae sunt (*ΓbfV*

**32.** IOVIS AVR⟨A⟩E] Aer serenus (*AvVcp*

**33.** CONDITO MITIS PLACIDVSQVE TELO S. A. P. A.] Mitem et placidum optat Apollinem, qui est sagittis armatus. Sic enim iratus ponitur, ut (*Verg. Aen.* VIII 704):

Actius haec cernens arcum intendebat Apollo

(*AvV cons. cp*

Quidam pestilentem deum Apollinem putant. Hic ergo petitur, ne noceat. *Ὅμηρος* de eodem similiter sensit, cum eum Graecis pestem inmisisse dixit, et Plautus in Mercatore inducit matrem familias precantem, ut filio suo parcat (*ΓbfV sim. Porph.*

**35. 36.** SIDERVM REGINA B. A. L. P.] Ita pro puellis Lunam ut audiantur, ut Apollinem pro pueris precatur (*AvVcp*

**37.** ROMA SI VESTRVM EST OPVS] Si Romam, inquit, numina coli iussistis turmis Iliacis, statutis uestris fauete, ut semper felix sit, ut aput Vergilium (*Aen.* X 33. 34):

1 est *γf*] *om. rbV*  2 similis *b* simit *V*  ordo seruet h: b:] *om. f*  5 peccorum *A*  6 cereri *edit.*] cęsari *AVp* cesari *vc*  8 (foetus *Γbf*)  9 etiam animalium *f* et animalium *V recte Γ*  14 optat *Av*] *om. V* dicit *cp*  15 ponitur *Av*] *om. Vc* inducitur a poetis *p*  ut *Avp*] *om. Vc*  19 OMHROC *γ*] OMEROS *r* homerus *f V Porph.* home| |s *b*  de eodem] *om. V*  23 L.] i, *superscr.* luna *A*  24 ut audiantur *Av*] *om. Vcp*  28 aput *Avc*] ap̄ *V* apud *p*  uerḡ. *A*] uirg. *cett.*

Sin tot responsa secuti,
Quae superi Manesque dabant;

siue propter Iliam sacerdotem, Romuli matrem dictam (*A v V p cons. c*

Si propter uos facta est Roma, quia oraculo Apollinis Troiani, sicut ait Virgilius (*Aen.* X 33. 34), ad Italiam perrexerunt. Ideo ait 'Iliae turmae'; nam Aeneas auctor est Romani generis (*Γ′ b f V*

**38.** LITVS ETRVSCVM] Propter Euandrum, qui illic prior regnauit (*A v V c p*

*Tiberinum litus, quia ab Etruscis oritur (*Γ′ b*

**39.** PARS MVTARE LARES] Deorum responso, ut (*Verg. Aen.* III 5):

Auguriis agimur diuum,

et alibi (*Verg. Aen.* III 161):

Mutandae sedes (*A v V c p*

*Ideo pars, quia non omnes cum Aenea ad Latium uenerunt; nonnulli enim cum Antenore (*Γ sim. b f Porph.*

**40.** SOSPITE CVRSV] Propter nauigationem (*A v V c p*

**41.** CVI] Romae (*A v p om. V c*

ARDENTEM SINE FRAVDE TROIAM] Aut ut Troia non proditione (*cf. Porph.*) uideretur euersa, sed fato, aut 'sine fraude' 'sine laesione', ut (*carm.* II 19, 20):

Bisthonidum sine fraude crines (*A v V c p*

Non 'sine fraude ardentem', sed 'sine fraude iter muniuit' Aeneas (*Γ f V cons. b*

*Quidam enim putant Aeneam patriae superstitem fuisse, quod iuxta quorundam opinionem crimine proditionis sit dampnatus (*Γ b f sim. Porph.*

3 dictam *A v*] *om. V c p* 6 sicut ait *Γ′ b*] secundum *V* 8 rom: generis] romanorum *b* 11 quia *K.*] qui *Γ b* qui et *v* 12 responso *c*] responsa *A v V p* 24 bisthonidum *A V*] bistonidum *v c p* 27 enim *b f*] *om. Γ*

**42.** CASTVS AENEAS] Castum Aeneam pro religioso siue pro pio posuit et incorrupto animo, ut (*Verg. Aen.* III 409):

Hac casti maneant sub religione nepotes (*AvVcp*

**43.** LIBERVM MVNIVIT ITER] Vt (*Verg. Aen.* II 633):

Dant tela locum flammaeque recedunt (*AvVcp*

Mire liberum iter appellauit, quo libertatem sunt adepti (*Γb V*

DATVRVS PLVRA RELICTIS] Posteris maiora daturus (*A v Vcp*

*Idest facturus maiorem ciuitatem amissa Troia (*Γ*

DATVRVS] Da syllaba breuis semper est praeter in inperatiuo modo, ut (*Verg. Aen.* VIII 150):

Accipe daque fidem (*AvVcp*

**45.** *⟨Docili iuuentae⟩] Aut peritae aut quae facilis est ad docendum (*Γb*

**46.** *⟨Senectuti placidae⟩] Quae quiescit, quia laborum inpatiens est (*Γ*

**47. 48.** ROMVLAE GENTI D. ⟨R.⟩ PRO. E. ⟨D.⟩ O.] Imperium decoremque optat et populum, ut et populo imperium et populus imperio Romano praestetur (*A v V cons. c p*

*Romulae (*b*)] Pro Romuleae, ut (*Verg. Aen.* X 57):

'Dardana tela' pro 'Dardania' Maro dixit (*Γb*

**49.** BVBVS VENERATVR ALBIS] Vt (*Verg. georg.* II 146. 147):

Hinc albi, Clitumne, greges et maxima taurus
Victima.

1 castum aeneam (eneam *A*) *A v*] *om. Vcp* 2 siue] & *V* 4 sub *A v*] in *Vp Verg.* 7 mire — adepti] *nil nisi* liberum iter *extat in V* 12 syllaba *cp*] sill: *cett.* breuis est semper *c* semper breuis *v Vp* 13 inperatiuo *A*] imp: *cett.* 20 decoremque *cp*] decorem *A v V*

Per quam deuotionem Romam uult intellegi religiosam (*Aν V cons. cp*

*Quia albis uictimis sacrificabant imperatores triumphantes (*Γ*(*γbf*)

**50.** CLARVS ANCHIS⟨A⟩E VENERISQVE] Per Aeneam Romani accipiendi (*Aνp om. Vc*

*Hoc ad Caesarem Iulium pertinet, quod Iulia gens ab Iulo ac per hoc a Venere et Anchisa orta existimatur; ideoque Veneri Genitrici templum constitutum est (*Γf sim. b Porph.*

**51.** BELLANTE[M] PRIOR] Siue Augustum dicit priorem ad arma aduersum rebelles, et subiectis mitem, ut (*Verg. Aen.* VI 853):

Parcere subiectis et debellare superbos,

siue quia Romanis mos erat, ut iustis causis bella susciperent et, nisi per Fetiales edicta belli causa, minime pugnarent (*Aν*

*Lenis (*rcp*)] [Mitis ut] Virgilius (*Aen.* VI 853):

Parcere subiectis et debellare superbos

(*Γb cp sim. Porph.*

**54.** MEDVS ALBANASQVE TIMET SECVRES] A Medis hostibus timentur secures Roman⟨a⟩e; ideo autem Albanas dixit, quia Roma ab Albanis, quos continet, dicta est, ut (*Verg. Aen.* I 7):

Albanique patres atque altae moenia Romae (*Aν*

*Albanas secures (*Γ*)] Romanos magistratus, ab Albanis descendentes, ut (*Verg. Aen.* I 7):

Albanique patres (*Γf Vcp, b absc.*

1 romam *AV*] romanam *νcp* 3 uictimis *γf*] bobus *b* 5 eneam *A* 18 mitis ut *cp om. Γb* 21 a medis *A*] medis *cett.* 25 męnia *A* 27 desc: — patres] degentes *c* degentis *Vp*

**55.** IAM SCITHAE RESPONSA PETVNT] Praecepta, quid eos obseruare uictor iuberet; et hoc in laudem Augusti, ut (*Verg. ecl.* 1, 44):

Hic mihi responsum primus dedit ille petenti (*A v*

**57.** IAM FIDES ET PAX ET HONOR PVDORQVE] Armis pacem et honorem pudoremque Romanos dicit quaesisse et reparata uirtute redisse fortunam; ipsa est enim, quae copiam beato idest diuiti cornu diffundit. Singula autem singulis applicanda sunt: fides militibus, pax ciuitati, honor senatui (*A v*

**58. 59.** *⟨Redire u. audet⟩] Properat, nil iam dubitat (*Γ′*(*rbfv*)*cp*

**61.** AVGVR ET FVLGENTE DECORVS A. P.] Ad laudes Apollinis redit, cui datur augurium, sagittarum usus et musica, unde inter nouem Musas cum cithara ponitur canere, ut Vergilius (*Aen.* XII 393. 394):

Ipse suas artes, sua munera, l⟨a⟩etus Apollo
Augurium citharamque dedit celerisque sagittas (*A*

**63.** QVI SALVTARI LEVAT ARTE FESSOS] Idem enim et medicinae putatur inuentor, ut (*Verg. Aen.* VII 769):

Paeoniis reuocatum herbis et amore Dianae (*A*

'Salutari arte' idest medicina, cuius Apollo inuentor est. Inducitur enim apud Ouidium (*met.* I 521) loquens:

Inuentum medicina meum est (*Γf V*

**65.** SI PALATINAS VIDET ARAS] Ante Palatium enim templum est Apollini constitutum, uelut numini salutari (*A*

Apparet iam eo tempore ab Augusto dedicatum fuisse in Palatio Apollinis templum, ut Maro etiam testatur (*Aen.* VIII 720):

1 ꝑcepta *A* qui deos *A v* 2 uictor *v*] auctor *A*
14 usus] *euanuit A* 21 poeoniis *A* 22 salutari arte] *om. V*
29 maro etiam testatur *Γ′bf*] uir̄ *V*

Ipse sedens niueo candentis limine Phoebi

(*Γ′bfV sim. Porph.*

Sensus est: si acceptas aras habet Apollo, quae ei sunt in Palatio dedicatae; hoc est: si propitius Romanos aspicit, melius saeculum tribuat in futurum (*ΓbfV sim. P.*

*Idest si respicis res Romanas, Apollo, felicissima tempora consequentur (*Γ′bf*

AEQVVS] Propitius (*Ap*

**67. 68.** MELIVSQVE SEMPER PRO. AE.] Meliora Romae tempora daturum propitium promittit Apollinem (*A*

*⟨Proroget⟩] Differat, dilatet (*Γ′fcp*

**69.** AVENTINVM TENET A.] In Auentino enim et in Algido templa Dianae famosa cultu et magnitudine sunt condita (*A*

Algidus mons ab assiduo frigore appellatus, non longe ab urbe. Etiam Romani in hoc Dianae sacra celebrabant. Sensus autem huiusmodi est: et Diana, quae Auentinum tenet et Algidum, si quindecim uirorum preces curat et uotis puerorum aures applicat, in alterum lustrum aeuum proroget (*Γ′fV cons. cp*

*Hic ergo ex superiore sensu per zeugma particula ‘si’ accersenda est, ut sit: si quindecim uirorum preces Diana curat et si uotis puerorum amicas aures applicat (*Γ′f sim. Porph.*

*Si in sacris faciendis uota et preces curat uel quindecim uirorum uel puellarum, in aeuum felix prorogabuntur Romana tempora (*Γ′*

**70.** QVINDECIM DIANA PRE. V. C.] Quindecim enim sacerdotes Dianae de patriciis creabantur (*A*

**71.** AMICAS] Propitias (*A*

**72.** ADPLICAT AVRES] Ad audiendum inclinat (*A*

1 niueo *Γ′b*] inueo *f om. V* 5 (saeculum *rbf*) in *γbfV Porph.*] *om. r* 13 magn:] gnitudine *euanuit in A* 16 sacra celebrabant] sacrificabant *V* 20 aeuum proroget] p̄cibus roget *V*

**73.** HAEC IOVEM SENTIRE DEOSQVE CVNCTOS] Finis sacri carminis hoc habebat, ut in haec uerba deuotio solueretur, quo dicerent sentire Iouem uota et deos cunctos, ad omnia etiam numina precationem carminis peruenisse, auditos se spe certa domum reuerti (*A*

*Idest haec uelle Iouem et ceteros deos satis credo (*Γ'b*

**75.** DOCTVS ET PHOEBI CHORVS ET DIANAE DICERE LAVDES] Hac ipsa se inbutos carminis uaticinatione dicebant non falli in bon⟨a⟩e spei ⟨pro⟩missione (*A*

[EXPLICIT CARMEN SECVLARE (*A*]

[FINIT ACRONIS COMMENTVM IN ORATII CARMINVM LIBROS ·IIII· EPODONQVE ET CARMEN SECVLARE · ∾ *p*]

8 phębi *A*   9 ipse *A*

PA
6408
A4
1902
v.1

Pseudo-Acro
Pseudacronis scholia in
Horatium vetustiora

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY